

Catullus clarus .

Continuo choreis Charitum , cytharisque colende
Compeo CATVLL E canis Cytharede canore ca-
nende ,

Comparatio Criticorum .

Consimiles Criticis criticant, crepitantque Cicade;
Consimilique cadunt crepitu , cecidereq; clade .

Carminum cupiditas .

Continuo crepuit , ceciditq; crux cruentum
Condere cor cupiens celeberrima Carmina Centū .

Dignitas Dastylica .

Dysticha Doctiloquos docui , dirimenda dolui ,
Dastylicumq; decus didici documenta dicaui .

Durities deuitanda .

Demito duritiem , dirimenda que destrue durus ;
Dulcia Dastylici decoris documenta daturus .

Epicus , & Elegiacus .

Exeris eximios Epichos Epicharme Epiceis ,
Edis , & Empedocles Elegos Epinice Elegeis .

Ennius Epicus .

Edidit Ennius ecce Epicosque, Elegosq; & Ephesibus
Emittur, estq; epulans, epulare Epicure , & egebis .

Fontes Forenses .

Frigida fornicibus fluibunda fluenta fluuntur,
Fulgida Fonte Foro, fluidoq; fragore feruntur .

Fama fallax .

Fama facis facinus fugiens, fera famina stando ,
Falsaq; scita ferēs, faciundiaque, factaque, fando .

Flaccus facundus .

FLACCE facis feriare Forum , Fidicenq; fauisti
Floridulis Fidibus facilis, fluidisq; fuisbi .

Felicitatis fiducia .

Firma Fides feriare facit fera flagra ferendo ,
Fortia Fata fero fore fausta futura fruendo .

Gigantum genealogia .

G Rande genus genuere Getae, grauiterque gra-
dantem .

GERMINIVM, gennitque Gyan Galilea Gigantem .

Gradulana glaciata .

Gesta globis glaciata gelu gelo Graeca gregata ,
Gaudia gutturibus Gradulana genima grata .

Imitator IESVS .

I pse imitādo IESVM ire iter illicet impar in ibo ,
bus in Indigetes inhibilis indigus ibo .

In inuidum .

Inuidus increpitans, inimicus iniquus inibis .
Impetere Indigenas? in honoros, inutilis ibis .

Iubileum Innocentianum .

Interes innocuis? iubilare iucunde iuberis ;
Ireque in Indigetes inhibitor , inique inhiberis .

Ianua inuincibilis .

IANVA in introitus inhibilis inquit id ipsa
Itale, Ibcre, itidemq; inhibitis inermis in ipsa .

Linguæ libertas .

L Ingua libens , licitis labijs , leuiterq; loquendo
Laude ligat, lepide lacerat, laqueatq; legendo .

Leporeamba lucida .

Leporeamba legas lita, lita, linita Liao ,
Limpida labe luis , Latioque locanda Lyceo .

Leporeamba lepida .

Leporeamba legens lepidissima ludicia lambe
Legitimis labijs , lachrymans laqueare Lycambe .

Lina lexuiata .

Linnea lexuij laticum lunione lauamus ,
Litaj; lauta lito lateri leuiora locamus .

Labara Ludouicea .

Lilia Leucothoe Labaris LVDOVICE locata ,
Lutea, lauta legis ; laqueis , laterique ligata .

Medicamina metuenda .

M Ille malis Medicus minimè meliora meredo ,
Mortificat, minuitq; magis , metuoque me-
dendo .

Martyres memorandi .

Martyribus meliora manent, moneo moribundum
Multimodis monitis metuenda miserrima, Mundū .

Memoria Mortis .

Morte minante mori, melior moderamine morum
Me meliora manent meditans monimenta malorum .

Mater Misericordiae .

Multa minante mihi memorans metuo , M A-
LACHIA ,

Morte mea, misero miserere memento MARIA .

Mortis meditatio .

Mors memorando monet mediter mea menda mi-
nuta

Mille MARIA mihi misero mala maxima muta .

Melior methodus .

Musa miserta mihi misero memora moribundo
Mittere multa modo meliore melodica Mundo .

Memoratio miseriarum .

Mincia Musa mei memoro mala multa Maronis ;
Maxima moxq; mali memini male mulcta mu-
cronis .

Naso nitidus .

N ASE, notes , numerisq; nouis, noua nomi-
na noris .

Nectere nobiliter, niuei , nimiq; nitoris .

Nomina nulla .

Nomina nostra nitent, nihili nituere necanda
Nobiliora nimis : ne quioraque nulla nouanda .

Opus oculorum .

O Pticus Orberm oculis operosior orbiculare
Omnibus officijs opulentior optat onare .

Ortho-

Orthographia obseruanda.

*Optet olere Opus orbem obeundo, oner, occupet ore,
Omnibus Orthographis opulentius Opis odore.*

Præmia popularia.

Porrige pro pateris peto, Persica, Prunna Popetlis.

Punica poma placent pueris, pariterq; Puellis.

Pulcher Prospectus.

Parthenopes placuere Plage prope pascua pura;
Pausilipi Procerum, Populiq; Palatia plura.

Peccator pœnitens.

Porta Poli pateat, Petre parce Paterq; piamur,
Procubuisse pudet; Paradise patere precamur.

Padua pinguis.

Padua plenipotens pecuaria pingua præstas,
Porticibusq; patet patulis Patauina potestas.

Petrus Pontifex.

PETRE Prior Populo penetralia pande Piorum,
Pasce Pater pecudes proprias pietate Proborum.

Paulus Prædicator.

PAVLE propinque PETRO, petimus, pete,
probra piare

Pontifici, penitusq; probos potiora probare.

Puerpera purissima.

Pulchra Parens, Paranympha Patris, prece pene
petisti,

Pura Puerperio Populis Puerum peperisti.

Poëmata propalanda.

Pendula Porticibus, Patribus, puerisq; probanda
Promoto pulcha palam placitura Poëmata panda.

Piacula pianda.

Prändia Pauperibus prope pocula ponito plane
Probra piare penu poteris pudibunda Prophane.

Pax Pamphilica.

Palmite Pamphilico pudibunda patrata peribunt,
Pax, Pietasque Penus Populis pariterq; præbunt,

Pixis puluerca,

Puluerulenta pluunt propè plumbea pondera prona
Pixide præcipiti, properando piacula pone.

Poëtæ Prophetæ.

Principibus, Populis, Proceres placuere Prophetæ;
Præcipuiq; penes Pueros placuere Poëtæ.

Quies quærenda.

Qvarito quanta quæcas, quiénisse, quietèq; quita,
Quæsq; quando quies quærebunde quiesce
Quirita.

Regia Romulea.

RVeribus remeando redux ruditate refecta,
ROMA recens reparata redis, rediuua re-
fecta,

Rosaria reuidentia.

Rura reculta rubent, redimita Rosetaq; rident,
Rore rigante rosas, rutilan e rubore resident.

Rota regulata.

*Recta rudente rnis Kota rite rotanda rotari;
Rapta redis, redundo rnis, ruitura ruaris.*

Studium scriptoris.

Scibere si studeas similia sumito, scinde
Symbola, sic subiges Senecam, Siliumq; subi-

Silius sonorus.

SILIE si fileas, Sicula siluere Sorores;
Soluere sine sonos, sapidi subiere sapores.

Statius sublimis.

STATIE si studeam stabilis satagens supereris,
Sum stupidus, stolidus, studuiq; satisque, super-

Supereminentia Sapientis.

Sido super solium stabilis Sapientia stando,
Sydereos superos, Seraphimque sedilia sando.

Spes salutis.

Spe subeunte, solo subaranda, serenda seruntur,
Spicea serta super sua semina sàpè sequuntur.

Stephani sanctitas.

Sede super Seraphim Stephanu sua saxa sacrata
Stigmate sanguineo Solyma Satrapas superarunt

Sacharum salubre.

Sincope, seu stomachum stimulanteque sanguis
sumas

Sacchara, sàpè solent, siue stigmate, soluere sumas.

Signaculum Solare.

Secula Sol subigis, spatys sua signa struunt
Symbola, sic Silicum simulachra simulq; sequuntur.

Thespis Tragoëda.

TIbia texta triplex tonuit tenuissima ractu
Tempore Thespianis tribuitq; tripudia trahit
Traces triumphati.

Tormina terribili tonitru tria, tempore tristi,
Turcica turba tenus Tenedo tremebunda tulisti.

Truculentia temporis.

Tunsa Theatra, Tholi, temerataq; Tepla teguntur
Tempore tota tremunt, tumulataq; Tecta teruntur.

Tibullus tener.

Terpsicore teneros, timidos teretando tenores.

Terse Tibulle tuos, tetigit, tonuitq; timores.

Tusculum temperatum.

Tuscula temperies tepidissima, tute tuere,
Tempora tuta terens, truculentiaq; tolle timere.

Vrbs Veneta,

VIRBS Veneti vigilata viris Venus usq; venusta,
Vera Virago vale, validissima vinea vetusta.

Valetudo vegeta.

*Viribus ut valeas validus, vegetusq; vocari,
Vinere verte vorax, vitys Venerisq; vorari,*

Vinum viride.

Vitibus undifluis viridi veneranda virore.

Vina vetusta volo vegeto vacuanda vigore.

Verba

Verba vana.

*Vilia verba vides vegetor vacuata vigore.
Vana volare velut volucri viduata valore.*

Verba viua.

*Viribus undeliberat valida venientia vena
Viuenda verba valent vitiosa vorare venena.*

Vindemia Vesuuiana.

*Vinitor urbe uehas validissima Vina Vesuua
Vitibus undeliberat validis venit utilis una.*

Vergili valor.

VERGILII *Veneres video volitare venustas.
Versibus, ut validis valuit variare Venustas.*

Veris viriditas.

*Vere u rente vides Violas, Veneresq; vigere
Vallisbus undeliberat Violaria verna virere.*

Versus vertendi.

*Versiculos Veterum variare, valebis VBERTE
Versificare volens, vigilando volumina verte.*

Aliorum Scriptorum Carmina.

CXCIII.

NE MO, quem sciam, præter Leporeum, totum voluit Abecedariū percurrere, nam, quæ huius generis Carmina reperiuntur, ad unicam literam spectant (nempe, ad hanc, aut illam; prout vel Authori placuit, vel tempus, & occasio petiuit. Penam aliqua exempla, quæ possit Philomusus ingeniose imitari.

A.

ERAT D. Antonius Gomez, optimus meus Dominus, amicusque, Astromomiæ peritus, & Cæli adspectu summoperè delectabatur. Iam est (sic opto, & spero) Cæli incola, & pede præmit sydera, quæ in terra superstes metiebatur. Eius Cælestè studium expressi hoc Tetraستico.

*Aetheris Antoni astricomas adscendis ad arces,
Atque ad Atlantigeras aduenis acer aquas.
Aurora auratis adfis argutior alis,
Eternos annos altiloquentis age.*

Altiloquentis nominis intelligi debet Hector, quem longæua experientia sublimia docuit, vt duodecimo transformationum libro Ouidius adnotat, inquit enim. O facunde senex, cui prudentia nostri. Vnde, & Codrus, Longa alias Pylium prudentem Nestorea fecit. Et Nævius apud Gellium lib.9. cap. 7. Dulciloquum illum appellat.

Et hîc obiter noto me diphongos AE, & OE ad primam vocalem reducere, vt scripturæ constem: at, quia tantummodo secundam proferemus, non condemnarem illum, qui illas reduceret ad E: carmina enim non ad calamum, sed ad linguam spectant.

B.

LITERA est sterilis, & in lingua Latinâ praecipue. Et ideò rara inuenientur carmina Pantogramma, quæ ab hac litera incipiât. Hæc pauca in exemplum propono. Considera versum sequentem.

*Barbare Bellerophon, Batauum Bellona beauit.
Aut etiam hunc.*

*Belligeris Bacchus Batauis, Belgisq; benignus.
Cui est similis hic.*

Bosq; boas, balatq; bidens, batuitq; Bootes.

C.

HANC literam ante octingentos Annos elegit D. Hugbaldus, Monachus Eluonensis, in Eclogâ de Caluis, ad Carolum Caluum Romanorum Imperatorem: quæ plures fuit impressa alibi, & tandem fuit recusa Louaniâ anno 1562. Non videtur omnino sine causa Hugbaldus elegisse hanc literam: nam acturus de Caluis cum Cæsare Carolo Caluo, nullam aliam deligere debebat literam, quam C.

Extrat, & aliud carmen *de pugna porcorum*, in quo omnes voces incipiunt à P. & à multis eidem Poëta adtribuitur, nec immerito nam in priori carmine, quod sine dubio illius est reperitur hoc Distichum.

Caluo caluitum Carolo cecinere Camenæ.

Porcorum pugna placide placuere Poësi.

Sed quid, si legendum sit Placidi, & non placida: nam, & illam lectionem, & non hanc Editio Louaniensis exhibet? an tunc potius dicendum est à Placido quodam illius æui Poëta, descriptas illas pugnas fuisse? Lector viderit, ego enim nolim proprium Authorem fraudare laude merita, & ideò sententiam censuræ Lectorum remitto.

Vt autem discas quis Hugbaldus is fuerit, audi Trithemium Abbatem Spanheimensem, qui de ipso sic scribit.

HUGBALDUS Monachus Eluonensis Cœnobij, Ordinis S. Benedicti, natione Gallus, Vir tam in Diuinis Scripturis, quam in sacerdotalibus literis eruditissimus, in Musica, Poesi, Philosophia, & ceteris artibus humanitatis, nulli suo tempore secundus: quod, multa

multa vtroque stylo ab eo conscripta, testantur, de quibus ego tantum adhuc reperi subiecta. Ad Carolum Caluum Imperatorem mirabile opus centum triginta trium versuum, in quo omnia verba ab una litera C. incipiunt, ut *Carmina clarisone Caluis cantate Camenæ*:
Quod prænotatur.

De laude Caluorum	lib. I.
De arte Musica	lib. I.
Gesta S. Lebuini	lib. I.
Epistolarum ad diuersos	lib. I.

Vitas etiam multorum ornato descriptis eloquio, & cantus in honore ipsorum dulci, & regulari melodia composuit. Claruit temporibus Caroli Calui Imperatoris, Anno Domini 880.

EGLOGA

D E C A L V I S

Authore Hugbaldo Benedictino, ad Carolum
Caluum Cesarem.



Armina conuitij cerritus carpere
Caluos.

Conatus cecinit: celebrentur carmina Caluis.

Conspicuo clari carmen cognoscite cuncti.

Proemium, in quo inuitantur Camenæ ad laudem Caluorum.

Carmina clarisone Caluis cantate Camenæ:
Comere condigno conabor carmine Caluos,
Contra cirrosoi crines confundere colli.
Cantica cocelebrent calletes clara Camenæ.
Collaudent Caluos, cocludat criminè cluras
Carpere conantes Caluos crispate cachinno.
Conscendat Celi Caluorum causa cacumen.
Conticeant cuncti concreto crine comati
Cerrito Caluos caluentes carmine cunctos.
Cōsona cōiunctim cātentur carmina Caluis.

Quod Caluities, veluti quodam presagio futurorū, quibusdam prouenire videatur.

Carmina Clarisone Caluis cantate Camenæ.
Cum crescit calui capitis ceruice corona.
Consortem cleri consignat confore caluum
Capturum claram Christo cedente coronam:
Ceu crines capitis, conuellens crimina cordis
Corde creatorem conspectat, corpore Cælu,
Cælicolas ciues cupiens contingere cultu.
Crimina cū curis condemnat cuncta caducis:
Cæli consensum, consentum cælicolarum
Concipiens cupide, cōlauda cuncta creantem.

Caluos, Cantores, Abbates, Doctores etiam, & Episcopos esse, ac Sacerdotes.
Carmina clarisone Caluis cantate Camenæ
Coniubilant Calui celso clamore canori,
Continuantq; choro castas cantare choreas,
Conformes capiti, concordi corpore cuncti,
Complicitas cleri contendunt cōdere caulas,
Correpto cornu, cœlestia classica clangunt:
Cōficiūt charū Christi cognomine Chrisma:
Cōsociant cuneo cōspersos Chrismate cōstut:
Concordes cautè celebrant conuiuia cœnæ,
Consaturant Christi conuiuas carne, cruce,



Caluos Cœnobitas, Psalmistas, Grammaticos esse,
& Poetas; atq; Scribas plurime abstinentia.
Carmina clarisone Caluis cantate Camenæ
Complures Caluos cogunt castissima castra,
cœtica certatim celebrantes cantica Christi,
Corpore crine carent, conlustrant culmina
Cæli,
Cælica concipiunt, cohibent curare caduca,
Cōponunt chartas: cōcinnant carmina clara,
Catholicū canonē certum cōscribere curant,
Cōmulcant carnē: congestant corde calorem
Constantem, castum; communi currere curſu
Cōtendunt celeres: Celiq; capescere culmen.

Quod Calui Reges sint, & Imperatores, Consule quoque Legislatores, & Indices.

Carmina clarisone Caluis cantate Camenæ
Cōregnant Calui: cōscendunt culmina clan
Conspicui compti crisea ceruice corona.
Clementes censu condunt consulta clietum,
Cincinnosæ caue, cōdemnant crimina Calui,
Censorem Caluū, censuram, condere constat,
Cordacem Caluum cordatū crede cauendū:
Caluentem Caluos cœcari corpore censem,
Caluicium Calui cœcatus corpore cesser.
Cesla caluastrum (cessa) corrodere, cessa.

Laus Caluorum ex peritia artis Medicina tunc pharmatiae, quam chirurgie.

Carmina clarisone Caluis cantate Camenæ:
Comperies Caluos columen cōferre cerebro:
Comperies caluos capitis curare catarrhos.
Comperies caluos cœcas curare cauernas.
Cronica cum cancro ceditq; cacexia caluo,
Cardia cor carpens cassatur, colica cestat.
Cōtrestant chalibem conscientia carne coeret
Corruptum capitis costa ceruice crux.
Cur cōplura cano? clandestina cuncta caduci
Corpore conficcat, conlapsaq; corpora curat.



Quod

Quod Calui sint Duces exercitus, ipsi etiam belatores docti, & robusti.

Carmina clarisonæ Caluis cantate Camœnæ:
Conducunt Calui cuneos certamine claros
Compugnant Calui cristati casside coni
Contorquent, crispant celeres cum cæde ca-
teruas,
Comprendunt cirros, contundunt calce co-
matos,
Cuspide confodiunt, capulo concisa corusco
Colla cadūt, celebrat calui clamore celeuma,
Commotus certare catus certamine Caluus
Conculcat, cædit, crinitos cædere cogit.
Captiuos captat, captos ceruice coartat.

*Innectio increpationis aduersus cauillatorem
Caluos conuiciantem.*

Carmina clarisonæ caluis cantate Camœnæ.
Corde cauus cirrose, caue certare creanti,
Conuiciumq; creature condicere cessa.
Condita cunctipotens causarū cuncta creator
Constituit, curamq; cauens conferre creatis
Cetera curuauit, clarum consurgere Calui
Concedens culmen, cui cedere cuncta coegit.
Cerritus cur conlatrat clamore carano
Condiderat Caluum colapsa cucurbita cæno?
Conticeat citius cœnosa calumnia cuius.

*Item aduersus eundem, conlaus Caluorum de hu-
mitate, & charitate, atque castitate cordis,
& coporis eorum.*

Carmina Clarisonæ Caluis cantate Camœnæ.
Complex carnificū, coriū conuellere Caluo
Cur censes? cordis conuellit crimina Caluus.
Cur censes capiti cineres conspegere Caluo?
Cognoscit cinere Caluus concrescere corpus
Cur censes calido carnes carbone cremari?
Corda crema Calui Christi concocta calore.
Cur censes Caluum castrari corpore castum?
Cordetenus cunctis castratur concito culpis.
Carmine carnificans Caluum, compelte ca-
uillum.

*Exprobratio carminis eius comparadigma de
Heliæo Propheta Caluo, cum pueris
illi insultantibus.*

Carmina clarisonæ Caluis cantate Camœnæ.
Carminibus caueo claris coniungere cœca.
Calcetur cœno calcanda calumnia calce.
Cœnosus cœnosa canens concludito canam.
Censetur certè censorum codice cantum,
Clariuidum Caluū, cui conscientia cœlica cuncta,

Commotum catulū, circumlatrare cachinno.
Clamantes cōscende citus cōscendito Calue.
Condemnasse cacos: confessim crima clarent.

Conuicij corrosa cadunt cum corpora carpāt.

*De egregio Paulo Apostolo Caluo: quod a Christo
vocatus, cœcatus sit, raptusq; in tertium
Calum.*

Carmina clarisonæ Caluis cantate Camœnæ:
Carmina Caluorum cumulentur, carmina
Calui

Conspicui: cuius crudelis cautio cœdis
Constituit Christi cultores sacrificare,
Coniubilent circumferēte charismate Caluo
Cœcato cuncta Christi clamore citato.
Corruerat cœco confossus ceu cuspidé conti,
Confestimq; capit confensem culmine cœli,
Clariuido cernens conspectu concipotentē,
Confore ceu cuius claret cœlestē cacumen.

*Quod ex Persecutore factus est Prædicator: &
quod comam nutritre, & turpem vetat
sermonem proferre.*

Carmina clarisonæ Caluis cantate Camœnæ:
Conglomerate choros, Caluo celebrate cho-
reas.

Censuram celebrem Caluum cambisse co-
lendum
Comperimus, cœli consul consulta cauendi,
Crimina consultat: cœnosī cuncta coeret
Colloquij cunctis communia commoda cen-
set.

Confundit cirros: collegia ciuica condit.
Conciliando consponsorum Christicolarum
Corda ciet capiti corpus coniungere certans
Cerritus celebres cesset contemnere Caluos.

*Alloquitur Poeta Camanas de cauillatore insi-
nuans cum Calui regis iudicio cœcatum.*

Carmina clarisonæ Caluis cantate Camœnæ:
Crudelem Caluos casso conamine cunctos
Carpere conantem, compescite criminè ca-
ptum

Conuicij commentantem commēda caducas,
Concito conuictum cœcis concludite clau-
stris.

Caluaster censor cœcari criminè captum.
Censet: cœcē canis cessa contemnere Caluū.
Conquinisce canis configēs criminè Caluus.
Conquinisce cauis, cōlattrans carmine Caluos
Conquinisce canis, cessans corrodere Caluos.

Epitoma laudis Caluorum à corporis situ, & pulchritudine, & quod Caluus Microcosmus sit.

Carmina clarisonæ Caluis cantate Camænæ:
Concilium clarum Clauorum congere cœtū.
Cum cernis Caluum Cæli comprehendito ci-
clum.

Caluitij culmen, Cæli cognoscito centrum.
Circuitu cosmi, commendant cætera Calui.
Caluos consocia:candentes congere Caluos.
Cinthia cessabit criseos conserre colores.
Cornua contenebrâs cedet cōcrescere Caluis
Conludent Calui, Caluorum cassida Caluis
Conrutilans Celi ceu copia clara coruscet.

Causula Carminis.

Carmina clarisonæ Caluis cantate Camænæ:
Conueniet charas claustris componere canas
Compleetur claris carmea cantabile Caluis.

D.

Avdi attente, & benè considera hoc Mora-
le Monitum; complectitur enim doctrina-
m, valde necessariam, & piū. De Autho-
re, ne sollicitus sis; nam quicq; ille fuerit,
nos sanctissimè instituit.

*Diligē Doctores docilis: discendas dise:
Defuge desidiam, delige dona Dei.*

Diligit Doctores, qui illos libenter audit, ut
discat: qui adhibet laborem, & non est de-
ses: & quia habere bonos Magistros, & do-
num Dei, diligit dona Dei, qui studendo, &
collaborando ostendit se nec Deo, nec Præ-
ceptoribus cœlitus sibi concessis, esse ingra-
cum.

E.

HVC pertinet ille de sc̄tis Philosopho-
rum versus, quem apud Ioannem Hen-
ricum Alstedium inuenies.

*Excudit Empedocles: Epicurūg; excipit error. &c.
Fortè illud que aliquis esse diuersam dictio-
nem contendet, & huc pertinere non posse.
Et quidem Pantogramata ab hac litera exor-
dium sumentia rara sunt, & ideo illa non fre-
quenter inuenies.*

Huc spectant duo illi versus, quorum sen-
sum penitiorem non facili negotio expēdes.
Araſius Midendorpius sic cecinit.

*Euripides exors Erebī est: exosus Ephebus.
Explicat ensiferos; Elephas exsurgit, & effert.
Et posteā? Tu conceptum absconditum ex-
plica.*

Inter politicas occupationes non caret a-

liquibus horis, quibus Parnassum, & M. honoret Illustrissimus D. Baro Bucelleni sue Cæsareæ Maestatis Consiliarius. eius carmina perpolito scripta calamo ci- cumferuntur, & applausum merentur, at præsentiarum tantum producam Pantogram- mum quoddam Epigramma, quod ad laude S. Isabettæ Portugalliae Reginæ concinnauit. Sic dixit.

*Eccoti, esclama Europa,
Essere Elisabetta
Eternamente eletta
Effortante, efficace, & eccellente.
Ella eſtermina efferciti eloquente,
Et equamente eguale
Eccola eſſortar empi,
Edifando egregiamente eſſempi.*

F.

IN Philippi III. Hispaniæ Regis obitu en-
ditas, & pias fudit lachrymas Salmant-
ensis vniuersitas, & omnia Europæ inge-
ad arenam, & agonem prouocans suscipi-
modum posuit, vt omnes ad metrum, num-
erosq; lugerent. Quidam ingeniosus ade-
scens hos versus edidit.

*Funera felici faciet fortuna Philippo.
Felices fines facta, fides facient.
Fida fas fidei functos frangere funes,
Fama fas firmas figere facta fores.
Fertilitas Fama fulget fecunda Filippi,
Fertilior fulget fertilitate fides.*

Et hīc statim scrupulosus Lector inrerrogabit, cur ab F. & non à PH. vox *Filippus*, & omnes aliae, quæ illi se attemperant, initium sumant? & ego interrogarem statim, cur vox *Filippus* debeat initium sumere à Ph? Fortè o-
lim F. Latinum, & φ Græcum diuersæ erant
erant pronunciationis, at hodie differentiam
non video. imò nec omnino viderunt vete-
res, Græcè enim dicebatur Φίλιππος, Doricè φίλιππος
& Latini dixerunt *Fama*: & cur in alijs simili-
ter? Ergo si rationi stetur, φ est F: at quia o-
mnes aliter scribunt, oportet, vt viam tritam,
& communem sequamur. Huc pertinet illud
Distichum.

*Fæmellas furtim facies formosu feſellit:
Fortuito faciens feruenti furta furore.
In Accademico Occulto (liber est, quem Fer-
dinādus III. Romanorum Imperator compo-
suit) Hexastichum sequens inuenies.
Friburgo fu francato fato fece felici
Forze ferme fatali feritrici,
Fino fuggir fremendo fu forzato;
Fer'fote Ferdinando felice, fortunato,
Ferocis*

Feroi, forti, fier, fanti fugando,
Fama fa fin famosi fato fando.
Primus versus, & quartus si rhymicè, hoc est,
vsque ad ultimum accentum syllabas denu-
merare placeat, habet accentum in tertia-de-
cimâ; alij in decimâ: & in ipsis vniuersæ di-
ctiones initium habent ab F, quæ in nomine
Ferdinandi III. Authoris, & Ferdinandi II.
cui carmen dicatur, nomine est prima litera.

G.

PERILLISTRIS DOMINUS CANONICUS FRANCISCUS
NATALIS POETA LAUREATUS, & EXCELLENTISSI-
MUS MUSICUS, multa in lucem emisit, ob que
merito celebratur: inter alia hæc curiosa Te-
trasticha ad harmoniam reduxit.

*Godete, gustate
Gionanetti Giardinieri,
Gratijs Giornalieri
Grandemente guadagnate.*

*Gridate, grauate
Gelosissimi Guerricri,
Guardiani Gabbellieri
Giornalmente guadagnate, &c.*

H.

HABENAS IMPERIJ MODERATUR LEOPOLDUS,
FERDINANDI III. INUITISSIMI CÆSARIS FI-
LIUS, SUB QUO PROMOVENTUR VIRTUTES, & VI-
TIA AB ORBE CHRISTIANO PROSCRIBUNTUR: QUOD
IPSUM ILLUSTRISSIMUS D. JULIUS BUCELLENIUS CÆ-
FAREUS CONSILIARIUS, SEQUENTIBUS NUMERIS
CELEBRAT.

*Hippocrisia humile
Habita hormai heremi
Harpia, Hamo, Heresia.
Hor Huomo, Heroe, Historia,
Humiltade, Honestade
Hanno honore, harmonia, &c.*

I.

SANTAM THERESIAM, GÉTIS HISPANÆ GLORIÆ,
& SEXUS FÖMININI PRODIGIÙ DIUNI AMO-
RIS IACULO ANGELUS DIUINITÙ MISIUS TRANSUER-
BERAT. CONTEMPLATIONIS OCULIS R. P. MAR-
CELLINUS à S. IOSEPHO CARMELITA EXCALCEA-
TUS, ADMIRATUR PRODIGIUM, & IN NUMEROS SE-
QUENTES ERUMPENS, SIC AIT.

*Ignifer immensus iactanter iacula iactat,
In noscosq; ignes (innocati illa) iactat,*

*Ignes ingeminat, iussusq; incendia iungit
Ignibus illustrans; illaq; inusta iacet.
Imminet, igniuomumq; immergit in ilia iactum:
Illa iterum inuitans impauda interyt,*

MAGNAM NON TAMEN BONAM FAMAM SUO SCLE-
RE INDEPTA FUIT HERODIADES. OBIIT TERRIS, &
CÆLIS, & PERILLISTRIS DOMINUS CANONICUS
IOANNES BAPTISTA ALOYSIUS IURIS VTRIUSQ; DO-
CTOR, HOC DISTICHUM TUMULO APPENDIT.

*Iugiter impura, imprudens, infesta Ioanni,
Ignibus infernis irrequieeta iacet.*

L.

SI DEFINIRI LEGEM POSTULES MULTÆ, & VARIA
DEFINITIONES A SINGULIS DOCTORIBUS AUDIES:
& quia omnis apud Legitas definitio nō so-
let vacare periculo, perges vterius, volesq;
diuersos, & diversos audire. Audiatur igit
tur idem Perillistris Dominus Canonicus
iussus legem describere, dedit sequentes nu-
meros.

*Lex, lumen, lampas, libamen, lingua, libamen,
Lans, labarum, limen, laurea, libra lucrum.*

DIGNI SUNT, QUI ILLUSTRENTUR, & DILUCIDENTUR:
AT EGO SI IN SINGULIS DIFFUNDI VELLEM, BIBLIO-
TECAM VERIUS EUULGAREM, QUAM LIBRUM. PER-
GAMUS ERGO VTERIUS, & HOC DISTICHUM ALIBI
SCHOLIO OPPORTUNO ILLUSTRABIMUS.

M.

PVLCHRUM, & MYSTICÆ SIGNIFICATIONIS PLE-
NUM EST ILLUD CARMEN, QVOD CHRISTI DO-
MINI PASSIONEM, & RESURRECTIONEM DESCRIBIT.
VIDELICET,

*Mors mortis, morti mortem (o Mors) morte
dedisti.*

Vt omnes voces inciperent ab M. posset ex-
pungi illa interiecto o, & queri aliqua, quæ
incipiatur ab M., & vocis dedisti locum subi-
re possit.

MAGNA ADVENTIA, & LABORE BENEDICTUS
ARIAS MONTANUS BIBLIA EDIDIT, QVÆ REGIA DI-
CUNTUR. ET QUIDAM VIR DOCTUS ELOGIUM SCI-
PSIT, IN QUO OMNES VOCES AB M. INITIUM SU-
MUNT. EST HEBRAICUM, & EDITUM IN PRIMO
HORUM BIBLIORUM TOMO SUB INITIUM. LAU-
DANT MULTI, & MEMERITO HOC PANEGYRICUM:
INTERIM DUO NOTANDA SUNT; ALTERUM ESSE ILLUD
NON METRICA, SED SOLUTA ORATIONE COMPOSITA:
ALTERUM NULLAM LITERAM APUD HEBRAEOS DITIO-

rem esse, quam Mem: nam ab omnibus radicibus oriuntur nomina, & tempora, quæ sumant initium à Mem; talia sunt Benoni in Pihel, Hiphil, & Hithphael: nec non Pahul in Hiphil. Huc pertinet illud carmen

*Magna Minerua minax, minitatur maxima
Mauors.*

Etiam istud Distichum ad Maximilianum I. Romanorum Imperatorem.

*Maximiliane modis magni memorande Maronis.
Meonys memorande metris, memorade Minerua.*

In voce *Maximilianus*, illud *lia* est vna syllaba: Sic enim necessitate compulsi omnes Poëtæ fecerunt, qui hunc Cæsarem versibus celerarunt. Addo hoc pium suspirium.

Mundisca misérū Miserator Maxime Mundi.

N.

R Om̄e extra moenia apud S. Pancratium Collegium Patrum Carmelitarum Excalceatorum erigitur, in quo nunc P. Philippus à Sanctissima Trinitate est Rector, & sub tam docto Antistite non solum Diuinæ, sed etiam humane literæ excoluntur, & florēnt. Hæc nostra Metametrica placuit ibi Iuuentuti studiosæ, illamque honorauit his versibus.

*Narremus, nobis Notum nunc nobile Nomen,
Nonnullos nœuos Namq; no'are nequit.
Nactus natales nitidos, nactusq; nitores,
Naturam niveam, nectareasq; notas,
Nusquam nigrescit. Nondum nouere nocuum
Numina; non nescit, norma nocere nefas.
Nocta noctescat. Nostris nouitate nitibis,
Nunc numeris nec̄tis nam noua non nocua.
Nanfragium nescit nauis noua, nauita nauus
Non nouit nimbos, nubila, nec nebulae.*

O.

E Minentissimum Principem Cardinalem de Aragoniā, pietate, doctrina, & nobilitate conspicuum; quem hodie Roinæ indigenæ, & peregrini venerantur: Reuerendissimus P. Eugenius à S. Iosepho, Carmelita Excalceatus, S. Theologiæ Professor, Concionator Cæsareus, & meus optimus Dominus, & amicus celebrauit his versibus

*Offerat oris opes ornamento Orbis oportet
Omnis, orans, occinenſq;
Obrutus officijs occurrens omnia obiuit
Optime, ouans, occupatus.*

*Obnixum, Oſtraq; opesq; ornarunt, omniaq;
Obligans Oſtrum obligatus.
Omnigenis ostendit opem; Oratoribus, Orbis,
Oſtium oppreſſis olori.
Opportunè oriens ostenditur omnibus oris
Orbis Oraculum ominantur.*

P.

H Vius literę mentionem fecimus superine cum dedimus Hugbaldi Eclogā de Quis: nam & ipse creditur *Porcorum pugnare* diffe. Hoc Poëma Stephanus Taubourot adscribit cuidam Germano Petro Porcio; Elias Petro Placentio, qui sorte ille idem est, quem Placidum Hugbaldus appellauit. Ergo Poëma antiquum ante annum Christi 880. compositum. Nolo totum exscribere, sed versus sequentes solummodo.

P laudite Porcelli, Porcorum pigra propago
Progenies, &c.
*Præcelsis proauis pulchre prognate Patrone
Pectore prudenti pietateque prædite prisca,
Præter progeniem præter præclaræ parentum
Praelia, pro patria, pro præsulibusq; peracta
Pleraque, pro populo proprio perfecta petenter,
Pellucens probitate, potenteque prosperitate.
Proptereaq; probas philomusis præquerisq;
Parnasso potes precio, precibusque poetas
Postquam percepti puerile placere poema.
Præcipue propter præscripta premia pugna.
Porcorum, placuit paruam præfigere pugna
Pagellam, porci prodentem proprietates,
Plausibiles pingue patronum promeruisse.
Pectore pinguiculo pol promeruisse Poetam
Pingui porcorum pingendo poemate pugnam.*

Addam, & hoc Morale Monitum, quod nimo, & mente retineas.

*Perfer perpetienda, parit patientia palmarum.
Huc potest meritò subscribi ille versus Alstedij.*

Principibus placuisse püs primaria palma.

A B anno MDCVXIII. ardebat bellis interstis Europa: [inter Germanos tandem fuit pax inita anno MDCLXVIII. & inter Hispanos, Gallosq; anno MDCLX.] & Maximilianus Scherhægel ab Hartenfels Austriacus anno MDCXL. 5. Nouembris exercitij causa in Scholâ Ratisbonensi declamauit, & typis mandauit Norimbergæ apud Lemriam Dumlerum. Ergo dum tota Europa exclamabat.

*Deserat humanas tristis Discordia mentes;
Candida Pax adfis: adfis Pax aurea nobis.
Parometum hoc Poëma dixit Maximilianus.*

PACIS PRAECONIVM.

P Laudite præpositi, proceres patresq; potentes:
Plaudite Primates populi, plebisque patroni,
Plaudite patricij, pueri, parvæq; puellæ.
Pellantur planctus pertristes, profugiantq;
Ploratus, placidi pertentent pectora plausus.
Ponite pyramides, pulcherrima pegmata
pannos
Pendite purpureos, peristromata pendula.
passim
Porticibus, portis, proscenia publica picta,
Ponite, pergrandes pini, palmae, plataniq;
Pondere priuentur: ponanturq; perq; plateas
Proceri picei postes, prunæq; pyrarum.

Belli fuga, & Comitum.

P Ersephone properat properatò, pallida
pergit
Paupertas, pestis probrofa, perhorrida prorsus
Proditio, pauitans ploratio, passio, planctus,
Perditio petulans, pædor, pallorque, pudorq;
Plurima præterea phlegethonica phasinata
pergunt,
Plorantes pariter piratae, prædonefq;
Procurrunt plures Polyphemi, Porphyriones
Præpropere Patriamq; petunt, propriosq; penates,
Pertæsi PACEM, pertristes perturbati:
Præcipitantq; pedes pugnatores peregrini.
Partiti peras, prædaque potente potiti,
Parmas portantes pergrandes, plumbea pila,
Pyrobolos, petasos perferratos, pharetrafq;

Religionis Effectus.

P Rifica polo PROBITAS, PIETAS q; probata
parentum.
Procedens plebem periuram, perniciosem,
Proficat Paphiæ peruerso pocula philtro
Plena propinantem, per honestum perq; pu-
dicum

Persiciet populum; passim prostrata parabit
Phana panomphei pelagiq; poliq; potentis,
Propositoq; pio, Patrum, proauumq; penates
Prudenter positos Prælatis Presbyterisq;
plura procestria Petri, puluinaria Pauli,
Percelsiq; polis præfectorum Paradisi.

Fælicitas publica.

P Vblica PROSPERITAS procedit palliolata
Pauperiem pellens pedetentim, prospe-
riore
Pyxide, pandoræ profundit plurima Pluti
Præmia, per procerum, priuatorumq; penates,
Per penetralia, perq; palatia præpositorum.
Primatum, passim plenissima prandia præbet,
Pocula proponit phialis prædulcia, puris.
Porphyrius pateris pergrata phalerna propi-
nat;
Potatur PACIS pro prosperitate perenni.

Nauigatio.

P Ortunus purgat portus pontesq; palæmon,
Proproris pandens peregrinis, pôticoleq;
Phocæ, pergrandes pistrices, pelamidesq;
Prosiliunt ponto plaudentes, prospiciuntq;
Pacatum pelagum, piratis purgatumq;

Mercatura.

P Ercurunt pôtum puppes, piceiq; phaseli,
Plurima portantes pretiosi pondera pluti
Persica poma, piper, perrari pondera plura
Pigmenti, plumas peruanas, plumbea pila,
Perdices, porcos, pullos, picas peguacas.
Pauones pictos, pyra, pontica pruna, pyropos
Purpureos pânos, phrygio peristromata picta,
Pollice, pæoniam panaceam, pardaliumq;

Agricultura.

P Rimus pastorum Pan per pecuaria profert
Pastorale pedum: palas pingues, paleasq;
Pulchra pales profert, priscoq; palilia passu
Pyrricha per palearia, pastorumq; palestras
Proponit: pariter pilumnus, pitumnu sqs
Plaustra palustria procurant: per prædia per-
gunt
Pastores pecudum; pecudes per pascua prati
Pabula percipiunt: pilenta, petorita pergunt
Primatum pâssim, pulso, per prata pauore:

Pisciculis pedicas per pontum, perq; paludes,
Pertenues ponit p̄scator, pomiferasq;
Pampineasq; putat plantas, platanosq; putator,
Pluriima Pomonæ pomaria procurando.

Iustitia publica.

PRÆSCIA, persapiens populatrix publica
PALLAS

Palladium profert, per plebescita popellum
Procurat per priuilegia, pactaque patrum,
Præmia pro meritis, pœnasq; parado proteruis:
Præfectos plebi populares, publicolasq;
Præponit, prætores per prætoria passim.

Artiumq; liberalium Studia.

Pierides Pindi placido psalteria pulsu
Percutiunt, phœbus plectrum præconia
psallit
Pragmatici PACIS paranymphi, præcipueq;
Principibus Patriæ Patribus pœana precatur
Pindaricum, proprium, perdignum Phocide,
Pindo.


Promoti pueri philomusi pædotribæq;
Procopij, Procli, Ptolomæi, pausaniæque
Plurima Plutarchi paradigmata, plura Platoniæ

Præclaræ Phisices præcepta probata probates
Perdiscunt, pariter Pandectas perscrutantur:
Perdiuina Prophetarum psalteria plena
Pneumate perspiciunt Paracleto, perpoliuntq;

Gratiarum actio pro PACE.

Pontifices, Parochi, Prælati, Presbyteriæq;
Primates, primi plebis, pueriq; puellæ,
Pergratas proferte preces Patri Paradisi
Pronis poplitibus, pressis, pugnisq; precantes
Pro PATRIA, Patriæ patronis, Principibusq;
Pro pactæ Pacis progressu, prosperitate,
Perpetuò Patriæ perturbatrice profundo
Persephone puteo phlegethontis præcipitata
pressâ pergrandi petrâ pedicaque perenni.

Ha sunt Maximiliani Acrostiches de Pace:
addidit unum, aut alterum ex Hieronymo,
& Augustino testimonium, ut suam opinionem
firmaret, quod libenter subscribo, ut dissentientes
gentium animos ad Pacem, & concordiam reducam.



HIERONIMVS
Tom. 2. ad Theophilum pag. 184.

VOlamus & nos Pacem, & non solum
lumus, sed & rogamus: Sed Pacem Chri-
sti, Pacem veram, Pacem sine inimicitijs, Pa-
cem, in qua non sit bellum inuolutum.

AVGUSTINUS
Tom. 5. de Cœnitate DEI, l. 19. c. 13. p. 33:

PA X animæ rationalis, ordinata cogni-
tionis, actionisq; consensio, Pax corporis,
& animæ, ordinata vita, & salus animan-
tis. Pax hominis mortalis, est DEI immor-
talis ordinata in fide sub æterna lege obedie-
tia. Pax hominum ordinata concordia. Pa-
domus, ordinata imperandi, atque obedi-
di concordia cohabitantium. Pax ciuitans
ordinata imperandi, atque obediendi con-
cordia ciuium. Pax Cœlestis Ciuitatis ordi-
natissima, & concordissima societas fruendæ
DEO, & inuicem in DEO. Pax omnium re-
rum tranquillitas ordinis.

AVGUSTINUS
Tom. 10. ad Fratres in Eremo pag. 910.

QVI pacem cordis oris, & operis no-
habet, Christianus dici non debet.

Potior iniqua Pax, quā iustum Bellū.

SAcra iacent, delubra ruunt, graffantibus v-
mis,
Absorbetq; graui clade ruina minax.
Marte pauent urbes, & rura latronibus horren-
Exulat inde procul Pax, & amica Themis.
Pace vigent leges, virtutibus omnia vernant,
Ex bello impietas, & genus omne scelus.
Incrementa vehit paruis concordia rebus,
At bello immodeca dilapidantur opes,
Pax iniusta igitur potior, meliorq; colenda est,
Quampia, que instis legibus arma fremunt.

Q.

Alexandri VII. Pontificis Maximi, cuius
muniscentiâ, & locum possident, & no-
uos fauores sperant, Stemmatibus subscripte-
runt hoc Tristichum Iuuenes Religiosi apud
Sanctum Pancratium Liberalibus Scientijs
Studentes.

Quæstas

*Quæstas Quarulas quid queso Quirine querelas
Querere quamprimum, qui q̄eis quocumq; quiete?
Quassatus quoniam Quercum querendo quiescis.*

R.

HVnc characterem nobilitauit Roma, quæ caput Vrbium est, illumq; habet in capite. Multa potuerunt Poëtæ Pantogrammata huc pertinentia scribere, at pauca, vel nulla ediderunt; at posset ingeniosus scriptor versus condere similes subsequentibus.

*Romani rad̄js redimiti Romule regnant,
Ruraregit ratio; reuocat Respublica Rege, &c.*

S.

SCipio Elcius Germanis venerationi summè fuit, dum apud Cæsarem Nuncium Apostolicum ageret. Antiqua enim Principum Elciorum stemmata suauissimis moribus, pietate eximiâ, & doctrina eminenti exornauit, & tandem dignissimè ad Cardinalianam Maiestatem euectus, à Reuerendissimo P. Eugenio de Sancto Iosepho his numeris salutabatur.

*Salue sacrati splendor, specu'umq; Senatus
Scipio; splendida stirps, Sol spectatissime salue;
Salueto spes sola soli, seruare solamen.
Splendescis superis suscep tam sparge salutem.
Submissus sphæris sarcire sinistra scienter,
Sincere stabili sancire salubria statu.
Suspiceris sicuti signum, sicutiq; serenum
Suspireris sydus; scite, sancteq; superbi,
Salue sinum, sobrie fortem sumptura secundam.
Suspendo superis supplex suspiria summis,
Sacrificans studio, soleo stimulare supernos,
Serueris sospes serò; sapiensque supremum
Scandere specteris solium. sic spero secundis
Signiferis stellis superanti sydera spiritu
Sanctus sis, semperque, semelue superlatiue.*

T.

STerilis est hæc litera; aut infelix verius; non enim inuenio multa poëmata, quæ ad illam spectent. Olim non distinguebatur à D. nam veteres Alexantrum, & Cassantram dicebant, vbi nos hodie Alexandrum, & Cassandram dicimus, quam pronunciacionem hodie seruant Germani, apud quos D, & T in pronunciatione coïcidunt. Illum versum Virgili.

At tuba terribili sonitu tarantara dixit.

Corrigit Apollo Paromœus, cuius influxu grandius Virgilius cecinisset, dicens.

Tunc tuba terribili tonitu tarantara trusit.

V.

Germani sicut i vocale ab j consonâ, sic u vocale ab v consonâ semper distinguut; hanc autem distinctionem Hispani, Itali, &c. videntur, non curare, aut negligere: tu tuę Patriæ morem iam præscriptum obserua. Ut Illustrissimo Domino Violo, suo Episcopo, & Mecenati dedicaret quidam Studiosus Parisijs, versus istos compositus.

*Vim vernæ Viola visu veneramus utroque.
Virtutes varias vulgus, ut violi:
Ventorum violat violas violentia: verum
Virtutem violi ventus ubique vehet.*

Et hinc colliges Poëtæ etiam in Gallia esse liberum vti vocibus incipientibus à v. consona, vel ab u vocali. Verum seuerior esset norma, & lex, si v consona, & u vocalis non confunderentur.

Apud Ioannem Alstedium reperio hoc Pantogrammum.

*Viue, vigil; valeas venturam, ut viuere vitam
Vita vapor veluti, vana vel umbra placet.*

Et mihi illud placet, non placet: deberet enim ibi ponì valet, aut alia vox, qui initium fumeret ab V. etiam in illo Disticho ex exametro, & Senario Iambico composito.

*O uæ uæ uæ uæ, uæ uæ uæ uæ mihi, uæ uæ!
Viget, vigebit, victa vincet veritas.*

Displacet illud O. si potuit decies ponì uæ: cur non vndecies? Huc etiam hoc pertinet Distichum.

*Virtutum vegeto vincenda vigore voluptas.
Vince: viam vity vitato: vine, valeque.*

X.

Etiam est X. litera pauper, & apud Latinos præcipuè, qui paucas voces Græcas ab hac literâ initium sumentes admiserunt. De huius literæ fono moderno, non est cur multa scribam: notus est: æquiualeat enim aliquando CS, & aliquando GS. nā vbi nos scribimus Apex, Græc, veteres Apecs, Gregs scribebant, vnde notandum est præterituin

titum *Lixi* aliter à *Luceo*, & aliter à *Lugeo* proueniare, ibi enim sonat *Lucsi*, hic autem *Lugsi*. Olim in Asia aliter proferebantur, nam *Alexander* nominatur *Scander*: Ergo ipsis X erat SK.

Nc hæc litera ceteret Pantogrammate, Euridius Medicus, Orbenum constituit hæredem, & Theodulo discipulo suo legauit.

Xenia, xiphiam, xyphum, xilobalsama, xilon.

Y.

CArminis Pantogrammi author esse videatur Aristophanus, qui nidorem culinæ expressit hoc Iambico Dimetro.

υ υ υ, υ υ υ, υ υ υ, υ υ υ,

Placuit vulgo: & docti illum imitati per similitudinem ad alias literas procedentes, Tautogramma, & Pantogramma condiderunt.

In tota lingua Latina, ne vnam quidem vocem, quæ incipiat ab Y reperies, nam apud Græcos semper Y in initio posita aspiratur, & vertitur à Latinis in Hy.

Z.


INuidiæ scœutiem quis toleret? & quis illos contemnat, qui ab Inuidis malè trahuntur. Canonicus D. Franciscus Natalis cuius aliqua ingeniosa carmina etiam alibi dedimus, & laudauimus, in Zoilum de omnibus viris egregijs murmurantem sic cecen-

Zelo Zenobiam zelas, Zephyrumq; Zacinthus, Zenonem, Zopirum, Zoile, Zodiacum.

PONAMUS finem huic Appollini colligendo aliqua nomina quæ ad Artem præsentem spectant.

Versus, si singuli à diuerfis literis, & in singulis omnes voces ab vnâ, & eâdem incipiunt, vocantur *Tautogrammi*, *Tautogrammati*, seu *Tautogrammatici*, & Epigramma hoc genere carminum conditum *Tautogramma*.

Si & omnes versus, & omnium etiam versuum voces sumant ab vnica litera initium, dicentur *Pantogrammi*, *Pantogrammati*, & *Pantogrammatici*: Adeoque Epigramma hoc versuum genere exaratum *Pantogramma*.



A P O L L O

LOGOGRAPHICVS.

*Gryps inimicus Equo, iam tandem est Pegaso amicus:
Hippodromum peragit Gryps, Grypodromumq; Veredus.*

CV C.



GA M de Logographis, quorum magnus hodie in scholis est usus: nostri enim Apollinis Logica non nisi grifos habet. Est autem Logographus, Grifus Logicus hoc est, *carmen anigmaticum*, ex eodem nomine multa significata eruens, vel retro lecto, vel in syllabas dissipato, vel literis demptis, alijsue additis, que significata figuratis verbis exponuntur. Sic illum describunt in Poetica lib. 2. cap. 19. pag. 303. Christophorus Heluicus, & Conradus Bachmannus Academiæ Gissennæ Professores; at ipsi Logographos proponunt, quos posita descriptio non capit. Addendum igitur aliquid est, vt omnibus ipsa Logographis conueniat. Sic ergo inquam. *Logographus est enigma Grammaticum*, & est duplex: Materialis, Formalis: prior literarum materiam, figuram locum ordinem, posteriorq; significationem concernit. Est autem Logographus materialis, *ingeniosum problema*, quod literarum alicuius nominis figuram solum, aut ordinem ponendo ob oculos, aut aliquas literas vertendo inverendo, demendo addendo, dissipando ipsum nomen inquirit. Hec est Logographi Descriptio: Nolui dataim ab Heluico reponere, quia negligentia illa calamo fuisse scripta videtur: Habet enim aliquas voces superfluas, & caret nonnullis necessarijs. Ergo primò illum in Materialem, & Formalem diuisi, maioris claritatis gratia. Secundo in Definitione Materialis addidi *figuram, sonumq;* è quibus non ignobiles riuntur Logographi; Tertiò abstuli vocem

carmen, quia tametsi eiusmodi plerumque ænigmata metro fiant, possunt oratione soluta, imo, & solent componi.

Sed cur literaria ista ænigmata Logographi vocantur? Cur etiam aliquando Grifus? Quia γρίφος apud Græcos est Nassa, vas vineum, ad intercipiendos pisces elaboratum. Cum igitur hæc enigmata, flexuosis, & intortis verbis, ceu viminum laqueis, & nodis, quibus nassæ contextæ conficiantur, γρίφοι vocata sunt, vt Iuo Villiom obseruauit. Soleo cadem vocare *Logographos* grandiore etymo, & significantiore vocabulo. Sunt γρύψ animalia quadrupedia pennata, inter Aquilas, & Leones media; quæ si cogites ænigmatica, aut chimærica putas, nesciasq; an ad bestias, an vero ad volucres sint referenda. Equis dicuntur infensiſſimi Gryphes; cum ergo Pegasus inermis æquus sit, nec Musæ vratatur alio in Parnassi Hippodromo mirum non erit, si istas ingenij cruces *Logographos*, vel si aliter efferre libeat *Logogryphes*, aut etiam *Logogryphas* dicamus: reperitur enim in nominatio Gryps, & Grifus, vt constat ex Authoribus eloquentissimis. Virgilius Eclog. 8. *Iunguntur iam Gryphes Equis* Plinius lib. 10. cap. 49. *Pegasos Equino capite volucres, & Gryphas auritos, &c. & lib. 7. cap. 2. Arimasspi assidue bellum gerunt cum Gryphis.*

Sed quis, obsecro, Logographorum Author? Hoc ænigmatum genus se excogitasse profitetur Scaliger lib. 1. cap. vlt. quæ de re libellum à se elaboratū *Logographos* inscripsit. Sed multò antiquiores sunt hi Meandri vocum, & intricatae literarum insidia; nam & veteres à literarum figura, sono, & ordine, non pauca arcana deduxerunt.

CXCVI.

P Astor apud Euripidem , literarum ignarus, characteres tamen , quibus THESEI nomen scribitur, accurate depingit versibus, quos Natalis Vetus sic reddidit .

Quum literarum non peritus ipse sim,
Dicam figuras, signaque enidentia.
Est circulus torno velut factus tenet,
Signumq; habens in ventre, quod clare patet. Θ
Binas secunda forma lineas tenet : H
Dispescit has medio incidens mox altera. C
Cincinnus inde tortus ipsa tertia. E
Subit figura quarta, recta linea.
Tres incidentes dividunt hanc lineæ.
Quintam minus promptum sit ipsam dicere, Y
Sunt differentes lineæ inter se due, C
Quæ conueniunt ambe simul in unam basim.
Extrema differt nil figura tertia .

Sic de figura Græcarum literarum Rusticus. Et hic obiter nota non debere scribi ΘΗΣ ΕΥΣ , ut in multis libris reperitur; sed ΘΗΣΕΥΣ , ut constat ex ipsi carminibus .

Simile est huic vetus illud Draculum, quod Stephanus Tabourotius , ca . 21. vbi agit de notis, edisserit .

Quando un fourchu assis dessus deux paux
Suturont cinq; corps, & sept ciseaux ouuers .
Lors on verra le grand Roy des Capraux ,
Donter cachun , & regir l'univers .

Vna forcinula super duos baculos est M. quinque corpora sunt CCCCC : septem forfices apertæ , sunt XXXXXX. simul M,CCCCCC,XXXXXX.breuius MDLXX. hoc, inquit, anno Rex Galliæ (vbi enim hodie tria lilia, olim tres bufones pingebantur) totum orbem terrarum gubernabit. Sed transiuit hic annus , & Gallus intra sue regionis limites contentus, nemini inturius, omnibus amicus, singulos viuere in pace permittit, & peregrinis dominari non ambit .

Hec de literarum figurâ adnotasse sufficiat: pergo ulterius; nam de illarum sono , & pronunciatione acutè admodum , breuiterq; his versibus lusit Quintianus Stoa Martianum Capellam imitatus .



- A sub directo memorabilis oris hiatu est .
- B simul inclusis profertur utrinque labellis.
- C linguam adpulsis compellit ad usque mol
- D cogit superos linguam contingere dentes.
- E paulum pressa profertur gutture lingua.
- F Labrum inferius superis cum dentibus u
- G damus extreum quum tangit lingua palat
- H oritur tractis cum ventus faucibus halat.
- I linguam impellit collidi dentibus imis.
- K fances formant media cum parte palati.
- L facit extreum contingens lingua palatum.
- M cum fit, pressum premitur per utruq; labell
- N lingua adpulsa colludit litera dentes .
- O ve rit, exoritur cum spiritus ore rotundo.
- P datur eruptis ter litera quinta labellis.
- Q sit in adpulso, cum stringimus ora palati.
- R facit ut supero crispetur lingua repulsa.
- S cum fit, peragit colliso sibila dente .
- T linguam impulsu contactis dentibus exit .
- V facit os strictum, si promula labra fatigat.
- X r addit quidquid C arq; S. formare videmus.
- Y psilon apprehensis labris procedere instrumif.
- Z eta sepulchralis imitatur concita dentes .

Hinc facile erit in verbis, & literis iudeiam figuram, iam sonum, iam ordinem considerando . Aliqua exempla proponamus.

Redde mihi medium Lunam, Solem, & canis ira.
Atque una totum te mihi tradideris .

Media Luna est C, Sol O, & canis ira R.E go COR postulatur . & Logogryphus expernitur isto Pentametro,

Si mihi cor , totum te mihi tradideris .
Hic Logogryps concernebat præcipit characterum figuram , dabo alterum, qui primum sonum .

Alexis Phyllidi .
Reddere, quod debes , & quod desidero verbis
Non ausus nudis exponere profero mentem
Indutam tenebris . Sic inquam Candida Philli
Damibi, quod profert, impellens usq; molares C
Qui medium lingue vocem effert ore rotundo O
Et crisante strepit lingua , stridetq; palato . R
Nil alind prorsus Pastor tuus orat Alexis ,
Feceris , & totam te Pastor Alexis habebit .

Ex vocis diuisione, & syllabarum separatione subnascitur Logogryphus , quem multi celebrant ; & est me iudice dignus , qui subscribatur .

Si caput est , currit : ventrem superadde , volabit :
Adde pedem comedes , & sine ventre bibes .
Monstrum

Monstrum quidem mirabile! Monstrum informe, immane ingens, dum lumen ademptum, quod his verbis repingo.

Da Monstrum, cuius plexum caput eruit ædes,
Sub terris, posuitq; domos, atq; horrea fecit.
Prode caput, quod ventre volat superaddito: &
ipsum.
Et cum ventre minus fuerat, quam ventre refecta
Sex mouet ecce pedes, cum non habet. Ilicet ipsum
Integrum edi debet, fractum nequit: atq; reciso
Ventre bibi persæpe solet. Si prodere Monstrum
Descriptum possis, fueris mihi Magnus Apollo.

Et quidem, si singula curiosius meditor, tot
inuenio repugnantias, quot verba. Quo e-
nimir modo caput excisum potest edes diruere,
sub terris habitare, & granaria instituere.
Capita alata vidimus. Sic enim Seraphimos
solet punicillus exprimere. At vero caput in
volucrē merā ventris positione transire, con-
ceptus est credulitate humanā maior, & phi-
losophicā certitudine minor. Scimus etiam
omnia crescere additione compartis, at ven-
trem caputq; simul esse, quam solum caput,
in Arithmeticæ leges demonstratas impingit.
Monstrum quidem hoc pedem vnicum habet
quo exciso retinet adhuc sex? Sic inquit Au-
thor carminis; credite posteri. Ex septem
debet auferri vnum, vt sint sex, non ex uno.
Sed & hoc videtur mirabile, quod integrum
comedi debeat, & euisceratum fiat liquidum,
& bibi soleat. Ut video carmen hoc contra-
dictionum, & repugnantiarum est fasciculus,
qui fingi potest, & ob oculos ponī nō potest.

Sed non. Monstrum illud mirabile, quod
hoc carmine pingitur M V S - C A - T V M est:
cuius caput est MVS, venter CA, & pes TVM.
Caput excisum, hoc est MVS diruit ædes, &
teste Virgil. 1. Georg.

Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit.
Hoc caput MVS, si ventrem CA addideris,
erit MVSCA, volabitq; & nihilominus Musca
est multo minor, quam Mus, ut mirum sit il-
lum additione diminui. M V S C A T V M mon-
strum est, vnico pede præditum, qui est TVM,
quo ablato quicquid remanet sex habet pe-
des; nam manet Musca, quæ sex pedum est
animal. Porro M V S C A T V M comedi inte-
grum debet, non excisum, nec enim MVS,
nec MVSCA est edulis, si tamen euiscerari
illud contingat, bibi poterit; ventre enim
exfecto erit M V S T V M, quod à plurimis
naturis solet. Est autem M V S C A T V M fru-
ctus aromatibus varijs conditus, quâ parari
arte solent Nuces, quæ vocantur Muscate.

Possit multis modis unus, & idem conforma-
ri Logographus; hos pauculos versus sub-
scribo.

Si condire cibos mirâ vis arte, sequaris
Istum Processum, coquus & oris Aulæ.
Adde Catum Muri, nec erunt, condire palata
Ercula qui meliora queant. Sed si caput addas,
Fortè cati tantum, comedes nihil; omne volabit.

Et est etiam MVSCATVM, quod habebis, si
ponatur primo loco M V S, & posteâ super-
addas CATVM. Quod si, non iam CATVM in-
tegrum, sed eius tantum caput (nempe CA),
placeat addere, non erit MVSCATVM, sed
MVSCA, quæ volare potius poterit, quam
vorari.

Multa occurunt, è quibus adhuc nonnulla
proferam, eo ordine quo in memoriam ve-
niunt, quæ enim nullam habent inter se con-
nexiōnem, quocumque ordine possunt pro-
duci. Audiui olim Louanij Ioannem Stur-
mum, Medicinæ Doctorem, suos conuiuas
huius Distichi festiuitate recreantem,

Carbones sine BO Medici comedunt aliquando,

Et Metrum sine T, sèpè solent bibere,
Et quid obsecro Carbones sunt, si syllabam BO
succidamus? Carnes. & quid Metrum erit
sine T? Merum. Carnes igitur Medici co-
medunt, & Merum bibunt.

Addâ quatuor in idem redeunt̄ Logogra-
phas, quos Metaphysicæ nescius, nequeat af-
fieri. Sit primus.

Est quid in ore tuo, a quo si quingenta recidas,
Semper in ore meo quidque superst̄, erit?
Est quidem in ore tuo D E N S, à quo si reci-
das D, hoc est quingenta, manebit ENS,
quod non solum erit in ore meo, sed in o-
mnibus rebus, & locis. Quam ob rem alijs
verbis, latiore præditis significatione, eum-
dem Logographum efformo. Sic inquam:

Quid gerit ore Leo, a quo si quingenta recidas,
Quidquid erit reliquū, semper remanebit ubiq;
D E N S enim in ore Leonis, est; & præcisa D.
quæ litera vales quingentis, manet E N S,
conceptus Metaphysicus transcendentalis, qui
semper, & ubiq; inueniuntur: nec cælo clau-
ditur, vnde altero usus calamo sic scripsi.

Integrum quamuis capis illud ore,
Si caput plectas, remanebit una
Pars, nequit toto licet omniformi
Que æthere claudi.

D E N S enim est naturæ prodigium, quod in-
tegrum capitur ore, & plexum capite hoc est.
sublatâ literâ D, Cælo capi non potest.
D E N S enim acephalum est E N S, & hoc

Itra Empyreum expanditur, ybi cunque enim
DENS est, ibi & ENS est.

Solent interdum Logogryphes (Gryps enim pennatum est animal) superuolare Cælos, & audentiores debito hummana immiscere Diuinis: in quo si modus adsit, suâ laude digni. Resumam eumdem conceptum, & ubi nullam comparationem æqualem habuisse locum fatcor similitudinem inueniam, & eximio parallismo exiguum rem (DENTEM scilicet) dilucidabo. Augustæ N. Romano-rum Imperatrici, summi ingenij, & eruditio-nis Viragini, idem ænigma literariorum proponam, & sic in quaum:

*Regina Cali supplex Ecclesia dicit:
Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit Orbis.*

*In tua se clausit viscera factus Homo.
Et Princeps Augusta Tibi Gryps talia profert:
Res illa Empyreus, quam totus non capit Orbis,*

*Quingenias alias Tu simul ore capis.
Virgine an es maior? minime generosa Virago:
At quia vera loquor, Princeps audito. Silent
Ore capis quantum, promere voce velis.*

Non multum à nostro affuit conceptu, qui vocem MENS in M & ENS dicerpsit, dixitq;

*Quod sibi notebant parci licuisse Latini
Exhibit, primo se vertice Millia tollas.
Omnia si sunt hic, cur omnibus addita Mille?*

Cuius Grphis ultimum versum sic intelligo.
[Si omnia sunt h̄ic, nempe in voce ENS; cu
omnibus addita Mille, hoc est litera M. Ar
stoteles enim docet Mentem esse quodam
modo omnia, & qui alias solet esse auar
Nomenclator Latinus mille adiiciens, non
fine prodigalitatis notā insinuare videtur mē
tem Hominis non omnia solum, sed etiam
multò plura complecti.]

Simili cōceptu possent voces GENS, LENS,
& similes aliae explicari. Sed & olim cuiquam
Doctori Vvesphalo hanc Nassam enoda
dam exposui.

*Quis locus in terris sine Te fuit inuicibilis?
Atq; Vrbs illustris Te p̄aeunte fuit?*

Est TECILLA, Vvesphaliae Vrbs non longe à Monasterio sita, quam Gryps iu TE, &
CELLAM diuisit.

Huc spectare poterit illud antiqui Cuspi
Serar. Carmen, quod nomen Frederici duci
dat.

*Fre fremit in Mundo: De deprimit ala pro
fundo:
Ri rigidum flectit, Cus cuspis mucroq; ple
ctit.*

Vnde si literas excerptas, quæ charactere or
fiuo scriptæ prodibit statim Fredericus.

M V S A I. D O C E N S.

C X C V I I.

CMNES facultates habent propria vocabula, quibus ignoratis illas nemo addiscere potest. Stenographia, vt vidimus Abecedarios vocat plagas, & cardines ventorum: apices spiritus; claves Coniurationes. Chimicus metallæ cælestium Planetarum altis nominibus insignit, aurumq; Solem, argentum Lunam, hydrargyrum Mercurium, cuprum Venerem, stannum Iouem, & plumbum Saturnum appellat. Ergo quæ Logogryphos conformat ars debet habere specialia vocabula, quibus uti possit, & debeant ignorantibus abuti. Nulla est, fateor in Dictionario huius Facultatis concordia (nemo enim de illa scholasticè scripsit) videtur hæc dialectus ad terminos, & voces

sequentes posse (aut debere, si adquiescere velis) reduci.

Vox est imago hominis, quæ non corpus solum (aliter enim loquuntur pingues, aliter debiles) sexum (aliter enim mares, aliter fœminæ) ætatem (aliter enim pueri, aliter viri, aliter senes) sed & animum, & mores exprimit (aliter enim lascivii, aliter arrogantes, & aliter loquuntur humiles.) Ergo sicut homo, etiam vox in partes, & membra diuidatur. Prima igitur vocis litera, aut syllaba vocatur caput, pileus, petasus: ultima: media venter. Et quia hæc voces ad huius Artis dialectum, & lexicon pertinent, ab omnibus debent præsciri.

Literæ nonnullæ habent nomina in concreto, aut abstracto, quæ non debent nesciri. A, & C dicuntur iudiciales, quia in tribunalibus significant absolu, & condemnno. ouina

quina, & R canina, à voce istorum animantum. F vocatur digama à figura. H spiritus: M (vel potius m) tripus, & n vocatur dippus: & S serpens, C Luna: O Sol, T & X Crux, V angulus à figura: Y litera Pythagoræ ab inventore.

Scaliger, qui vult videri Logographorum Inuentor in Logographis suis, verb. *Herba.* ait B. vocari *uterum.* & verb. *Maledicus,* D. vocari *Ægyptum,* quod hæc regio triangularis sit, & à plurimis vocetur *Delta.* & F. vocari characterem *Æolicum.* Et verb. *Mercurius,* litteram I. tenuem appellat.

Etiam nomina literæ fortiuntur à loco: quæ enim est dictionis media vocatur *Cor:* & duæ hinc inde adhærentes *Cordis alæ.* Omnes voices, quæ impari literarum constant numero, cor habent; & omnes, quæ pari, sunt excordes.

Sunt literæ, quæ habent cristas, seu plumas: sunt quæ caudas: & ipsæ si nudentur mutant valorem, & potestatem. Plumas habent b d h l: & extractis plumis transeunt in v a n i. Caudas habent g p q y; & excisis caudis transeunt in o u a u, quod est dignissimum consideratione.

Sunt literæ nonnullæ conuertibiles. Et illæ sunt, quæ manent adhuc literæ, si vertantur: videlicet: a b c d e f h j l m n o p q s u x z; quæ versæ transeunt in v q z (hoc est con)p a (hoc est d) f y l j u (hoc est u i vel iu) u o d b s n x z: è quibus f o f x z valorem retinent: cæteræ mutant: & g k r t y conuersti nequeunt.

Ecce Logographicæ terminos, & fundamenta paucis complexi sumus, hanc modo doctrinam, ut clarius sit, reducamus ad praxim.

M V S A I I . V T E N S.

¶ CXCVIII.

HIS igitur instituti notitijs, aliqua exempla subiungamus. [Elegam faciliora, ut artem clariùs tradam: quæ enim nimis obscura, admirationem aliquando merentur, nunquam laudem. Et hic obiter notari volo, interdum male proponi Logographos, & hanc ob rem harum figurarū Promethea debere esse ingeniosum, & prouidum, & antiquiorcs imitari.]

I. Griphus.

QVÆ Græcè sum *Nassa*, alis, & corde recisis
Sum Palamedis auis, tūc alis, cordeq; donor,
Quis caruisse prius certum est. Galeâque
reiectâ
Diuersas plantas, segetesq; recondere possū.

An-ne verum, quod excisis alis, & corde, adquirat alas, & cor, quibus carebat prius? Maxime. Et quomodo id erit sine contradictione explicabile? Rem tene. Vox *Griphus* exciso corde P, & alis ardis I, & H, dat vocem *Grus*. Est autem *Grus* auis Palamedis apud omnes: & habet cor, & alas, quibus vere *Griphus*, & *Nassa* caruit. Si à voce *Grus* galeam, seu literam primam excidam, habebo *Rus*, & in ipso segetes, plantas, &c.

II. Saturnus.

TOtos in ætherei mundi regione supremâ Lassus ago. Careo satur & pede, ventreq; sanus.
Litera iudicialis abest? sum *Sturnus*, & hostis
Si caput amitto sum *Æneæ*, nomine *Turnus*.

Ex septem Planetis, qui ætheream auram peetunt, supremum circulum agit Saturnus, lassus, quia tardus, & nonnisi trigesimo anno periodum complens. Cum est claudus, & caret pede hoc est syllabus, remanet Satur: & cum ventre hoc est syllabâ tur, manet sanus. Et plexus capite, hoc est amissa syllaba fa, qua huius dictionis caput est, fit Turnus, hostis Æneæ, à Virgilio, & alys Poëtis celebratus. Sublata litera judiciali A. remanet Sturnus, quem si deuorarit, & in se complectatur Saturnus, quod mirum, si esse satur dicatur.

III. Puer.

CAsside depositâ vernantia tempora præbet.

Vox *Puer*, si tollatur cassis (hoc est, prima litera) dat Ver: & quidem tempus etati simile: nam pueritia est vita humana Ver, & Ver est anni Solaris pueritia.

IV- Mars.

DEPONO galeam feras, & do sedulus artem.

Dictionis Mars galea, seu primo charactere deposito, manet Ars. Hinc patet, quanta sit inter Artem, & Martem connexio: vnde aliquando dixi

*existere in orbe:
Mars absq; Arte nequit. Ars sine Marte potest.*

Hinc orta phasis *Hoc proprio Marte Clodius fecit.* hoc est, proprio ingenio vel arte. Cicero 3. Officior. *Hanc partem relictam explebimus, nullis adminiculis; sed ut dicitur nostro Marte.*

V. Nauis.

DIC; quibus in pelago nauis formatur aperta?

Tertia cum prima litera versa canunt.

Considero igitur vocem nauis. *verto primam, & tertiam literam, & habeo uanis: addiscoq; prudentibus naues non seruire, sed vanis, hoc est stultis.* Nam, si queras, cur tu hereas in littore, & Otho nauiget? Respondebit Iuuenalis Satyrā 3. Sic libitū vano, qui nos distinxit, Othoni.

VI. Vox.

QValis Aristoteli Physicam dum edifferit, est Vox?

Responsum princeps litera versa dabit.

M V S A III. SCALIGERA.
CIC.

VLIVS Cæsar Scaliger paucis horis, vt ait, centum Logographos composuit, qui difficultate carmine expositi clariorem dictiōnem mererentur: interdum enim quid velit dicere non intelligimus, & ideo an dicat bene, non possumus iudicare. Elegi ex ipsis aliquos ipsos nouo modo, vt varietas delectet, subscribo.

GRIPHS.

I 2 * * * 34
* 1 * * * 23
* 1 * * 2 34
1 2 3 * * *

Grus. Avis nota.
Rus Campus.
Rhus.
Gri. alijs Gry.

Scripsit Philosophus Stagyrita, libros physicos quasi non scripsisset: tot enim tenebris, & obscuritatibus singulas dictiones inuoluit, ut merito inbeamur eius uocis primam literam vertere: uox enim, versa prima litera est vox,

VII. Decus.

QVOD Decus est prati? responderet primus reflexa.

Sanè vox decus, si prima vertatur fit pecus, nos monet pratorum decus esse pecora.

VIII. Index.

INDEX quis veri vis discere? verte secundum daim.

Et merito: nam vox Index, si secundam conuertamus est Iudex: ut scias politicas rerum iusticias à tribunalibus petendas esse: qui enim am sententiam Iudicis alteri parti credit, lenis est.

De alijs linguis.

VI X, aut ne vix quidem hæc literarum conuersio, in linguis Orientalibus inuenitur. Non illam habet lingua Hebreæ, non Chaldaæ, non Arabica (Turcica, Persica, &c.) Sed neque lingua Græca: huius interim aliqui characteres, et si non alterentur, aliter valent in lingua Latina nam Græcorum γ, α, δ, ν, ε, χ, (Gamma, Etha, Theta, Ny, Rho, Chi) figura sunt similes Characteribus Latinorum γ, α, d. v. p. x. quorum est valor, & significatio diuersa.

MENS.

* 1 2 3 Ens.

SATVRNVS.

1 2 3 4 5 * * *	Satur.
1 * 2 3 4 5 6 7	Saturnus.
1 2 * * * 3 4 5	Sanus.
* * 1 2 3 4 5 6	Turnus.

PVER.

* 1 2 3 Ver. anni tempestas.

MARS

MARS.

1 * 2 3 Ars. *Hinc proprio Marte,
quasi propria arte.*

VENVS.

1 * 2 3 4. Vnus.

IVPPITER.

*** * 1 2 3 4. Iter.
***** 1 2 3. Ter.

MERCVRIVS.

1 2 3 * * * 4 5. Merus. *Hinc Herus.*
1 2 * * * * 3 4. Meus. *Et penultima in-
uersa Mens.*
1 * * * 2 3 * 4 5. Murus.
1 * * * * * 2 3. Mus.
1 2 3 4 * * * 5. Mercs. Merx.
*** 1 2 3 4 5 6. Curius.
*** 1 2 3 * 4 5. Curus. Currus.
*** 1 * 2 * 3 4. Crus.
*** * 1 2 * 3 4. Vrus.
*** * * 1 * 2 3. Rus.

LVCINA.

1 2 * * 3 4. Luna. *Sol dicitur, quia solus,
ergo Luna, quia est illa vna.*
* 1 * * 2 3. Vna.
1 * * 2 3 4. Lina.
** 1 2 3 4. Cina.

DIES.

1 2 * 3. Dis. *hinc Dij, Dij, Is, Ij.*
1 * 2 3. Des *hinc Es verb. Aes nom.*

SPIRITVS.

** 1 2 3 4 5 6. Iritus. Irritus.
*** 1 2 3 4 5. Ritus.
**** * 1 2 3. Tus. Thus.

MVSCATVM.

1 2 3 4 5 6 7 8. Mus, Catum. *Hinc Tum.*
1 2 3 4 5 * * . Musca.
1 2 3 * * 4 5 6. Mustum. *Hinc Vstum.*
1 2 3 4 * * 5 6. Muscum. *Hinc Cum.*

PAVLVS.

* 1 2 3 4 5. Aulus. *auλος*.
1 * * 2 3 4. Plus.
1 * * * 2 3. Pus, vris *wugofas*. Pes.
1 2 * 3 4 5. Palus, i. Palus Vdis.

PVRVS.

1 2 * * 3. Pus *Vide in Paulus.*
* 1 2 3 4. Vrus. *ωρος.*
** 1 2 3. Rus.

MARES.

1 2 3 4 * . Mare Oceanus.
* 1 2 3 4. Ares. *αρες Mars.*
1 2 3 * 4. Mars Planeta notus
* 1 * 2 3. Acs. Metallum, & tuba.

PARIES.

* 1 2 3 4 5. Aries *Eſt vox equinoca.*
1 2 3 4 * 5. Paris *nam. & verb.*
1 * * * 2 3. Pes Membrum, & Mensura.
* 1 * * 2 3. Aes *hinc & Es verbum :*

AVIS.

I * 2 3: Ais. *Hinc interiectio aij & pron. Is.*
* 1 2 3. Vis nomen, & verbum.
I * * 2. As. assis. *Sumitur pro re integra*

DAPES.

* 1 2 3 4. Apes. *Hinc Pes, & Aes.*
** 1 2 3. Pes. *Hinc aes.*
* 1 * 2 3. Aes. *Hinc Es verbum.*
1 2 * * 3. Das. *Hinc Da, & As.*
I * * 2 3. Des. *Hinc iterum Aes.*

FOEMIMA.

I * 2 3 4 5 6. Femina.
** 1 2 3 4 5. Hemina.
*** 1 2 3 4. Mina.
*** * 1 * 2 3. Mna.

Quaritur an HE-
MINA habeat
fundam breue,
an longam & est
vini mensura. I-
cant H E M I -
N A M, Germani
HEMI'NAM -

ANAS.

* 1 2 3. Nas.
** 1 2. As. *Vide Auis.*

CÆSAR.

1 2 3 4. Aſar, Deus apud Tusc.

SCALIGEK.

* * 1 2 3 4 5 6. Aliger.
 * * 1 2 * * 3 *. Ale. Alx,

PLVVIA.

*** 1 2 3. Via. Hinc Vi
 ** 1 2 * 3. Vua.

PORCVS.

* 1 2 3 4 5. Orcus Anagr. Vcſor hoc eſt-
 *** 1 2 3. Cus.
 1 2 3 * 4 5. Porus. Πορος. Πωρος.
 * 1 2 * 3 4. Horus Ωρος.
 * * 1 * 2 3. Rus.

(Vxor.)

VITA.

1 2 * 3. Via.
 1 2 * *. Vi.
 * 1 2 3. Ita. Hinc It.

CAPER.

* 1 2 3 4. Aper. Hinc Ape. & Per.

AER.

* 1 2. Et. n̄q. Ver.

GALLINA.

1 2 3 4 5 * *. Galli. Hinc Alij.
 * * * 1 2 3 4. Lina. Hinc In.

COLVMBVS.

1 2 3 4 5 * *. Collum.
 * * 1 2 3 4 5 6. Lnmbus.

TAVRVM.

* 1 2 3 4 5. Aurum.
 * * 1 2 3 4. Vrum.

ROSA.

1 2 3 4. Røſa. Røſa.
 * 1 2 3. Oſa. Oſa.
 * 1 2 *. Os. oris.

BARBARVS.

1 2 3 4 5 6 7 8. Barba-Rus.
 * 1 * 2 3 4 5 6. Abarus. Auarus.
 1 2 * * 3 4 5. Barus. Baρος.

CASTANEA.

1 2 3 4 5 6 7 8. Caſta. Nea. via caſta.

INTELLECTVS.

1 2 3 4 * 5 6 7 8 9 10. In te lectus.
 * * * 1 * 2 3 4 5 6 7. E lectus.
 * * 1 2 3 4 * * * 5 6. Tellus.
 * * * * * * 1 2 3. Tus. Thus.

IVNO.

1 * 2 3. Ino. Hinc In. (E hine Hisp. No.
 1 * * 0. Io.

MALEDICVS.

1 * * 2 3 4 5 6 7. Medicus. Hinc Medius.

MENDICVS.

1 2 * 3 4 5 6 7. Medicus. Hinc Mediu

MVLVS.

* 1 2 3 4. Vlus. Vllus.
 1 2 * * 3. Mus.

PRVDENS.

* 1 2 3 4 5 6. Rudens.
 * * * 1 2 3 4. Dens.
 * * * * 1 2 3. Ens.
 I * 2 3 4 5 6. Pudens. Hinc Vdæ.

CC.

O ccurrent nonnullæ dictiones alogognæ, in quibus æquè gratum sit audire, cur non generent Gryphos, quam in alijs, cui generent. Considera versus sequentes.

Sol.

N ON gignit ſobolem, ne proles urat Olym-
 pum.

Nox.

M Ater confilij, ſedes veneranda quietis,
 Obscura eſt adeo nihil ut cognoscere poſſit.

Mox.

O Mnia, qua perivit, nil de ſe gignere poſſit.

Echo.

M irum, que ex alijs renouat beneſedula-
 ces,
 Ex ſe ipſa nullam ſit renouare potens.

Sunt etiam aliae multæ his ſimiles, è quibus
 nihil vtile eruas, eti multum labores.

[NOTA]

[NOTA. Sanè non sunt omnes istæ voces ita steriles, vt putauit Scaliger. Sol enim, si auferatur vltima, & cætera recurrent, dat Os. Sic etiam, si inuertatur prima litera vox dat nox. & Mors dat Sors, hoc est Sors. Et tandem si media excidat, Echo dat Eo.]

CC. I.

Sunt multi Logographi, quibus inest Echo prioris vocis, & nihil aliud: & isti non videntur ita curiosi, quām alij tales sunt apud Scaligerum ferè omnes; & inter alios Scaliger, aliger. Mens, ens. Saturnus, tur-nus. Puer, ver. Mars, ars. Iuppiter, iter, ter. Mercurius, curius, ius. Spiritus, ricus, Muscatum, catum. Paulus, aulus. Purus, urus. Mares, ares. Paries, aries. Auis, vis. Dapes, apes. Fœmina, mina. Cæsar, esar. Pluvia, via. Ras, os. Leo, eo. Porcus, orcus. Caper, sper. Bos, os. Lilium, ilium. Patria, atria, tria. Francus, ancus. Onis, vis. Nauis, auis. Lus, usus. Gallina, lina. Columbus, lumbus. Vacca, acca, Barbarus, barns. Facies, acies. Vulnus, vltus. Intellectus, lectus. Manus, anus. Porcella, cella. Cædes, aedes. Stulus, vltus. Palma, alma, &c.

CC. II.

Ivre suo vti solent Grammatici, & cùm Logographos conformant, solent PRIMO literas simplices pro duplicitibus ponere. SECUNDO vocalem simplicem pro diphthongo: aiunt enim diphthongum nihil esse aliud, quām vocalem ore obtorto prolatam. TERTIO aspirationem negligere. QVARTO non auferre literas solum, sed etiam aliquando addere. Rem exemplis illustro. Et succurrit Logographus MERCVRIVS, de quo scaliger.

Vltima sex obiens linquat Dictator aratrum, Hac tenui excepta currus uehet inde triumphos. Et in explicatione notat sex vltima elementa vocis Mercurius continere nomen Curius. Fuit autem Curius summè fragilitatis vir, qui cum rapas torreret, Legatosque Samnitum magnam vim auri offerentium audiret, ait, malle se imperare locupleibus, quām locupletem esse. Ab huius ergo Dictatoris nomine tenui (hæc est litera I.) excepta inquit Scaliger, oritur nomen Currus; at non oritur Currus inquam ego, se Curus. Sed esse perinde inquit ille, quia antiqui literas non geminabant.

Et in Logographo SPIRITVS. Sic ait:

Da caudam Superis cum ventre, & ventre remoto

Ne totus, quod ego sum, sis, si negligis aras.
Quod sic exponit. Da thus Deo secundum ritum, ne sis iritus. Et vt vides vltima syllaba vocis Spiritus (hanc caudam nominat) non est thus, sed tus: nec ab eadem voce oritur iritus, sed iritus. In Logographo MARES, sic insit.

Tu, nisi sibilat, aufuge. Res est perfida.
Mortem

Abscissâ ceruice ciet concentus Homerî.
Torque os, canda tubam. Capit eius disyce patrem

Romulus ostendet summa de sede Quirinum.
Et hunc Logographum sic exponit, Tu, nisi sibilat, hoc est, nisi habeat sibilum, seu literam S, ausuge: & meritò: quia Mares ablato sibilo dant Mare, quod res est perfida. Eadē dictio abscessâ ceruice Litera M erit æs. Torque os canda ciet tubam. hoc est, in huius vocis syllabâ vltimâ, quæ est Es, torque os, hoc enim modo fiet diphthongus, & erit Æs, & ciet tubam, quæ ex ære formatur: vnde à Virgilio tuba vocatur Æs, & tribuitur.


Miseno æolidi, quo non præstantior alter
Ære ciere viros, Martemq; accendete caudu-
Liberius abusus est vocali simplici pro di-phthongo, Logographo DARES, ubi ait.

Quinque placent ori; sed quatuor aera scindunt.

Tres currunt: referunt murmur a rauca duo.
Habet igitur quinque literas vox dapes; qua-tuor vox apes: tres vox pes: & duas vox es, seu æs. Superest ostendere quomodo literæ in Logographis addi possint. Voce ANAS, hæc lego.

Tota volat: tota & graditur: quin tota natabit.
Irritata apicem imponat canis, haud volat Aufer
Atq; hinc, atq; illum, qui iam fuit ipse natabis.
Quod si dimidium tibi forte superuenit usus,
Obtura, tetros si quando incendis odores.

Tota vox est Anas: quæ volat, graditur, & nat. Si addatur ex parte apicis, seu capitis litera R, quam canis irritata effert, & ideo canina vocatur, habebis Ranas, quæ non volant. Si perdat R, & adhuc primam literam Anas, tu nas. Et si vox usus det dimidium sui, hoc est, syllabam us erit nasus, quem obtura, si forte amaros odores incurras.



CC III.

NE putas Logographos fuisse ignotos antiquis, Scaligerumq; Artem hanc ingeniosam, & eruditam inuenisse, quod multi docent, paucas lineas subiungo.

MVSCATVM ex veteri ænigmate.

*Quod currit caput est. Venter dabit additus alas.
Græculus hand comedet sex membra externa gulosus.
Deme caput, metuent tria prima: & iungitur hostis.*

*Iunge extrema epulis acues sine ventre Poëtam.
Cui caput absumas si sit, male qui tibi dicit.
At cum ventre caput nihil sunt nisi tedia vita.*

Caput est *mus*: venter est *ca*: mus ergo curret, & musca habebit alas. Σ *xaro*, (hec enim dictio continet sex literas ultimas) non edet Græcus. Excilio capite, manebit *mus*, qui timeat *catum*. Si extrema iungantur, erit: *Mussum*: vnde & *Vsum*.

PARIES ex antiquo concinnatum.

*Cui mater fuit alta si lex, lignumue, lutumue,
Excisa ceruice ferox ad pascua regnat.
Ventre imo exciso spartanos tollit honores.
At frustra, & pes, & hic patriam defendit ab hoste.*

Paries excisa ceruice hoc est litera P, erit Aries: exciso ventre imo, seu litera E, erit Paris: & sublatis secundâ tertia, & quarta, erit Pes.

CAPER ex antiquo.

*Cornna sunt toti. caput aufer, dente nocebit.
Caper enim pugnat cornibus, & Aper dentibus.*

Ex his patet ante Iulium Cæsarem Scaligerum fuisse multos, eosq; curiosos & ingenuos Logographos, quibus meliores, & orationes vix apud recentiores inuenies.

CC IV.

PEtabat à Doctissimo quodam Grammatico coram Imperatore Parasitus, quot pedes essent in uno Distico Elegiaco: respondentem esse undecim, ridet; & vt esse multò plures suadeat, hoc producit.

*Mille bones pascent; vitulorum millia centum;
Musca super cornu quolibet una sedet.*

Illud Ioanne Alstedio Encyclopædiæ libr. 10. part. 4. cap. 5. §. 29. afferente infinitorum pedum est. Sed cur Vir doctus innumerabiles esse hos pedes ait; quos tamen poterimus ad computum breuem reducere. Sunt enim.

<i>Bones pascentes</i>	<i>1,000.</i>
<i>Vituli concomitantes</i>	<i>100,000.</i>
<i>Summa</i>	<i>101,000.</i>
<i>Illorum cornua (Musca)</i>	<i>202,000.</i>

<i>Eorumdem pedes</i>	<i>404,000. A.</i>
<i>Musca multipl. per 6.</i>	<i>2,424,000. B.</i>
<i>Addantur pedes Metrici.</i>	<i>11. C.</i>

Ergo A B C. simul 2; 828,011.

Sunt igitur in illo Disticho duo milliones, etingenti, & viginti octo millies, & undecim pedes.

CC V.

Solent etiam nonnulli vti nominum interpretatione, vt secretum obuelent; & rem ita exponant, & à nemine possint intelligi. Pono exemplum.

Erat Duaci Claudio seuerus, aut austens Præceptor, habebatq; petulantes discipulos, quos corrigendo non emendabat, sed irritabat, qui cùm aliter Magistrum suum vexau non possent, caniculum arripiunt, exuiscent, & parieti suffigunt. Amabat caniculum Claudio, & omnem mouet lapidem, vt criminis authorem reperiat: sed frustis. Interim eidem muro postridie hoc distichum inscriptum fuit.

*Ponere cum cunctis lapidem duo millia Dini
Fixerunt muro viscera viua canis.*

Ecce authorum ponuntur nomina: sed quis ea intelligat? qui attente legat, & ad singulorum interpretationem recurrat. Illam petitulantiam commiserant. Magister Petrus, Vincentius, & Toffanus. Primus Gallicè dicitur Metre Pier, hoc est Ponere lapidem: secundus Vin-cent, hoc est vigesies centum: seu duo millia: Tertius Tosan, hoc est Omnes Sancti.

CC VI.

DVM Romæ essemus Anno 1657. verum vidimus, quem, si tam esset mundus, quam ingeniosus huc poneremus. Erat secundum pronunciationem orthographicā pulcher, & panegyricus. at ipse secundum ichnographiam fordidus, & malitiosus. Orthographiam voco ipsammet versùs syntaxis ichnographiam vmbatilem futuri operis delineationem, quæ in pedum diuisione, & distributione consistit. Illam exprimimus carmen percurrendo; hanc scandendo. Et potest

oteit, qui scandit, multa insinuare, aut dicit, quæ percurrens non tangit. Considerantes numeros.

*Qualis Aso fuerit petis, & respondet Apollo :
A soli Troia Daphne, quam pangis, amatur.
Audis responsum, nec intelligis : De Afone
enim inquiris, non de Daphne, vnde Apol-
onis Oraculum non videtur ad rem. Sanè
non videtur respondere, quia dictiones per-
curris : videretur, si scanderes, tunc enim in-
ter fratras voces reperires hunc sensum.*

*Aso, Latro, Iadaph, Nequam, Pangisa, Matur,
Vt ut non omnia intelligas, & aliqua indi-
geant commentario, clara sunt saltem illa.
Aso, latro, nequam, &c.*

Possent curiosa condi carmina, in quibus non solum Orthographia, sed etiam Ichno- graphia sensum integrum redderet, si tempus & otium suppeteret : item maiori studio aliqua, in quibus Orthographia loqueretur la- tine, Ichnographia Gallicè, vel Germanicè. Sed quia non omnia tandem possumus, nobis insinuasse sufficiat, quæ à Philomuso pote- sunt exemplis nobilioribus dilucidari.

CCVII.

DE Grphis agit Alstedius *Encyclopædia lib. 10. sec. 4. cap. 5. num. 32. eoq;* Authore Camen Griphum proponens vocatur Γριφός, & γριφωτοίς, qui Griphos componit. Hoc exemplum ex Christiano Becmanno producit.

*Est nomen, imo nominis gerit vicem :
Et quatuor sit literis ; due sonant,
Due affonant. Si paululum h[ab]e[re] quatuor.
Traieceris, non quatuor, sed bis decem.
Et quatuor nascentur inde vocula.
Umbra h[ab]e[re] videto misionis, quam modo
Elementa miro quatuor iunctim parant.*

*Iste : pronomen. Sit h[ab]ec vox prima. Hinc
per metathesin est. Ergo h[ab]ec est secunda.
Tertia si. Quarta se in compositione vocu-
la separandi. Quinta se pronomen. Sexta
propositio. Septima le interiectio. Octa-
ua Te accusatiuus. Nona ls pronomen. De-
cima Ei datiuus. Undecima Eis. Duodeci-
ma Tis pro Tui. Tertia-decima. Ti pro Tibi
Quarta-decima es ab edo. Quinta-decima Is
ib[us]. Sexta-decima I imperatiuus. Septi-
ma-decima It : Octaua-decima Ite. Vndeui-
fima si silentij nota. Vigesima es à sum,
huc pertinere potest As) Vigesima-prima
Vigesima-secunda sit. Vigesima-tertia
tertia. Et tandem vigesima-quarta site. Est e-*

eiusdem etiam Logographus, qui sequitur.

Sex chordula cor suaniter

Mulcent. Sed unam hinc auferas,

Quartam puto, ingratum strepit

Æstate, bestia impudens.

Tolle ultimas duas, erit

Domestica illa bestia,

Insigne cuius prælium

Homerica canunt tubæ :

Huiuscæ candalam tolle, erit

Quod mutus effari solet.

Capitis loco fac literam

Longam subire, dirimit.

Lites forenses. Ast ubi

Medium tenebit litera

Longa ; irruens, & omnia

Per fas, nefasq; destruens,

Monstrum inde procreabitur.

Si at chordulis e sex duas

Demas priores ilicet

Quæ vulnerent, & quæ necent,

Restare quatuor vides

At tollito penultimas

duas ; venustam virginem

Vides. nouemplici ingo

Prodire eā nil dulcius,

Nil gratius vita hæc alit.

Sex chordæ] Musica, è sex literis conflatæ. Si litera media eximatur fit Musca. Hu- ius duæ ultimæ si adimantur, fit Mus. s sub- lato fit Mn, mu, vox muti apud Varronem. Loco capitinis, h. e. M, ponatur I, litera longa apud Plautum, erit Ius. I medium posito, erit Vis. Rursum è Musicâ primis duabus sublatiis, erit Sica. Denique duabus penultimis omissis est Musa.

Etiam hic est eiusdem.

Sume integrum ecce bestiam,

Palidis incolam, humido

Sub vere quaxantem coax,

Brececece coax coax :

Sic in choro comædia

Bacchum salutat aduenam.

Tolle hinc caput : fiet caput.

Appendicem abyce ultimam,

Æstate siccum torrida

Dulcissime rigat solum.

Tolle ultimum huius ; & canis

Sonare literam audies.

Integra vox est Frosch : cuius proprium est coaxare, & apud Festum quaxare. Alterum commentus est Aristophanes. Capite, id est, primâ literâ vocis Germanicæ sublatâ est Rosch ω&η, caput. Inde Ros; & denique Ro, Græcorum litera canina.

MVSA IV. RESTRINGENS.

CCVIII.

Disputant in Schola Theologi, an Restrictiones Mentales tutâ conscientia tolerentur. Multa in quæstione hac opinionum schismata, multa connubia, aut diuertia reperio. Multi ibant obscuri, soli, sub luce malignâ: non paucis alluxit veritas sub radijs Lunæ, paucis sub Solis. Dum ipsi inter se digladiantur, ad Parnassum me conservo, & Mentales ibidem Restrictiones sine culpa, aut scrupulo tolerari reperio. Sunt ergo istæ Restrictiones, voces aliquæ, quæ non scribuntur, & tamen mente intelliguntur, & lingua, ni debetas contra mentem ire, ac propterea mentiri, pronuntiantur. Mentalis hæc aliquarum vocum intelligentia, periodos, versus, ad sensum diuersum restringit; imo illa interdum verba, quæ sensu carent, dilucidat, & ne aliter intelligi possint restringit. Musa hæc posset nouum Parnassum exornare, at quoniam est cognata Logographicis, hic manere decreuit, & quia aliquas condemnauit dictiones, iubet sententiam promulgari. Has vocabimus *exules*, illas proscriptis a Parnasso Calamus, & tamen illas Labio Mens ingeniosè restituit; sunt hæc.

BIS, TER, SVB, SUPER, ANTE, POST, INTER; IN.

Singulas exemplis illustremus.

Duæ priores Bis, & Ter, (nec est cur addas QVATER, QVINQVIES, &c. hæc enim aduerbia numeralia in Latinarum, aut aliarum nationum vocum compositionem non se insinuant) non scribuntur, sed subintelliguntur, si aliquod verbum bis, aut tertio ponatur. Verbi gratia: si vna, & eadem vocula iterum, & iterum ponatur.

Or, Or.	hoc est Orbis.
Vr, Vr.	hoc est Vrbis.
A, A,	hoc est Abis.
I, I,	hoc est Ibis.
Abi, Abi.	hoc est Abibus.
Et si ponatur etiam tertio, vt	
A, A, A.	hoc est Ater.
Nen, Nen, Nen.	hoc est Nenter.
Iuppi, Iuppi, Iuppi.	hoc est Iuppiter.
Sinis, Sinis, Sinis.	hoc est Sinister.
Accipi, Accipi, Accipi.	hoc est Accipiter.

Ad hanc olim Ideam suam mentem conformauit ille ingeniosus Doctor, qui haec inscriptionem muro affixit.

Memento homo, quia RA, RA, RA, in RAM, RAM, RAM; I, I. & quidem mulitorum etiam illustrium hominum ingentorsit, & tamen facili negotio legitur, praecedentibus insistamus vestigijs. Solum enim,

Memento homo, quia terra es, & in teram ibi.

Porrò RA, RA, RA, est ter-ra, ergo Terra & RAM, RAM, RAM, est ter-ram, ergo Terram: & I, I, est i-bis positum: ergo Iba.

At hic vna succurrit difficultas, quæ inquit, vnde scire quis possit, an debeat adibum numerale præponere, an postponere. At hanc ipsam quæstionem Latini Idiomartificium dissoluit: nam si præpositum intret in compositionem, postponi necesse debebit. Erat scriptum Ram, Ram, Ram: ergo sic statim discurro. Ram ter nihil significat, Terram est accusatiuus vocis Terra ergo mea restringitur mens, vt non Ram sed Terram intelligat; ergo restringitur lingua, vt non Ramter, sed Terram proficeret.

Ex numeralibus particulis, vt monuispsi duas tantummodò Bis, & Ter. Tum, pluries eamdem scribere dictionem videntur molestum, tum quia in Latinâ lingua particulæ in compositionem non cadunt. in Gallica lingua excessus faciliter tolleretur, vt si scribas.

ooooo, eeee, sōnt aaaaa, pons. hoc est Cinq' o, quatre e, sōnt cinq' a pons. si correptius, & liberalius proferas, Cogs châstrez, son cinq' Capons. pronunciet eadem, nam discrimen in literis, scribuntur, & non proferuntur, consilii, & sensus. Quinque Gallicastrati sunt quinque Capones, & hæc de his voculis dixisse sufficiat ad usum duarum sequentium veniamus.

Particulæ sunt communissimæ Svb, & Super, & exesse iubentur, restringit enim mentem Calamus, vt illas subintelligat, & linguae proferendas ministret. Exemplo clariores, quæ verbis poterit dilucidari. Pro ob oculos hanc Inscriptionem; & quo de modo explicari inuestigo.

ieclis

PARCER, ET DEELLARE
bos.

Sanc

Sanè attende. Vox *Parcere*, est sub voce *iectis*: & vox *debellare* est super vocem *bos*. Ergo dicam cum Diuino Poëta, esse Regum, & Principum,

Parcere subiectis, & debellare superbos.
Et hic obiter nota modum hunc scribendi requirere necessariò tres lineas, quarum intermedia *essentialis*, & collaterales *accidentariae* nominentur: si enim idem Lemma scribemus sic,

<i>iectis</i>	<i>debellare</i>
Parcere: &	<i>bos</i>

non esset cur potius. *Parcere subiectis, & debellare superbos*, quām *iectis super parcere, & bos sub debellare*, dicerem: debent igitur deduci tres lineæ, quarum media continua sit, & tenenda: alia tangendæ, quoties aliqua in illis vocula reperiatur.

Posles retinere duas lineas, & omnem hallucinationem vitare, si duplici genere characterum vtereris, videlicet Magno, & Parvo: Rotundo, & Cursiuo; & hanc legem Lectoribus ferres, vt in singulis diuisionibus prius Magnos, & posteà Paruos; prius Rotundos, & posteà Cursuos proferrent. Pono in Magnis, & Paruis exemplum.

<i>iectis</i>	ET	DEBELLARE
PARCERE,		<i>bos</i>

Repono in Rotundis, Cursiuisq;

<i>iectis</i>	&	debellare
Parcere		<i>bos</i>

Semper enim si legem præfixam obferuemus, legemus, *Parcere subiectis, & debellare superbos*.

Transeamus ad voculas alias: & quo debeat modo subintelligi præpositiones ANTE, POST, & INTER explicemus.

Sunt etiam leges, quæ nos in mentis restrictione dirigunt. Est.

Prima. Si inter duas lineolas: alteram hinc, alteram inde; reperiantur duæ voces, legetur prius *essentialis* (quæ est scripta maiusculis, aut Rotundis) posteà *accidentaria* (quæ paruis, aut cursiuis literis scripta est.) Pono exéplu.

[NOBILIS nor]	id est	<i>Nobilis Antenor.</i>
[SABINAE mne]	id est	<i>Sabina Antemna.</i>
[EXCELSA nna]	id est	<i>Excelsa Antenna.</i>
[SPURIUS ros]	id est	<i>Spurius Anteros.</i>
[IUPPITER stat]	id est	<i>Iuppiter antestat.</i>

In omnibus his exemplis vox *essentialis* præposita fuit accidentariæ: & ideo particula *Ante* subintelligi debuit: nam in voce [NOBILIS nor] *Nobilis* ponitur ante *nor*. Dicemus igitur *Nobilis Antenor*, &c. Alia igitur exempla addamus, in quibus oppositum accidat, & particula *Post* habeat locum.

[seritas REGIA] id est *Regia Posteritas*.
[humus H NOR] id est *Honor posthumus*.
[i SVFFIXVS] id est *Suffixus posti*.
[ridie VENERO] id est *Venero postridic*.

Secunda. Si inter similes lineas reperiantur tres voces media erit *essentialis*, extrema vero *accidentariae*. Hæc vox media, tametsi charactere *essentiali* pingatur. Exemplis Regulam dilucidemus.

[it NOBILIS us] id est *Nobilis interitus*.
[e IUPPITER a] id est *Iuppiter interea*.
[fe REX ctus] id est *Rex imperfectus*.
[di CERNITVR u] id est *Cernitur interdiu*.
[i TANDEM it] id est *Tandem interyt*.

Denique ultimam Præpositionem explicemus: quæ erat IN. Sanè non habemus characteres in Typo, quibus possimus usum huius Præpositionis explicare, vt circumscribemus sufficienter, vt ab omnibus possit intelligi. Porro si in pectori litera D. scribas vocem *Rex*, erit *Rex* in D: ergo *Rex inde*.

Notanda -

O Rnantur Restrictiones istæ Literis Characteribus, Figurisque. Nempe literis, quando illæ pro nominibus suis supponuntur, vt illud A, B, C, D. hoc est *Abba cede*. Literas Maiusculas, seu Capitales Gallus appellat *Grands*, paruas vero *Petits*, vnde resultant pulchræ aliquæ compositiones. Hanc considera.

p-
G. a. d. pour: mes. aa.

Ecce sunt G grandis; a parua: d sub p: pour super tenter: mes: & duæ a a paruæ. Quæ omnia simul sensum sequentem reddunt. *Tay grand appetit, de souper, per substenter mes appetitis.*

Sicut Literæ Latinæ communes pro suis accipiuntur nominibus, sic etiam Græcæ, Hebrewæ, Arabicæ, &c. quod breuiter dilucido his exemplis.

a. v. us ēbat pēmōueri uces, & inuces
admittebat.
Id est, Alphanus uerabat promoueri capaces, &
incapaces admittēbat.

In hoc Græca elementa sunt accepta ma-
terialiter, pro nominibus suis: in sequenti
Hebraico pro suis etiam nominibus sumētur.

Cxiat hon: haec enim utem aquam bonam.
Hoc est. Calefact Lamedon: habet enim mentem
nunquam bonam.

Hebraicè nominatur Gimel, Syriacè
Gomal ergo stādo Syriacis nominibus, LARJ,
erit Largo mal, Hisp. hoc est, Largum malum
Latine.

Charaeteres Latini Græci & Hebræi pos-
sunt & solent immisceri. Et pulchra illa li-
teræ caninæ obseruatio, quæ si Latinè, Græcè,
& Hebraicè scribatur (sic videlicet R e T) La-
tinè enim dicitur Er, Græcè Ro, Hebraicè Res,
dabit vocem Errores; qua conceptus pluri-
fici poterunt.

Ornantur etiam characteribus, cùm isti
pro re significata sumuntur. Charaeteres sunt
varijs, nam diversis diversa facultates vtuntur.

Hi pertinent ad Arithmeticam. 1.2.3.4.
5.6.7.8.9.10. &c. ✓ Radix quadrata. ✓ ✓ Ra-
dix cubica. → Numerus positivus. --- Nu-
merus negativus. Charaeteribus his interdum
vtimur nam A3. significat Atria, & In2. est
Indu.

Ad Astronomiam hi ☽ ☾ ☽ ☿ &c.
qui Planetas significant: hi vero V ☽ II &c.
sunt signorum signa; Aspectuum hi. ♂ ☽
& cætera. Isti omnes charaeteres assumuntur
à Chimicis, qui Astronomiam quamdam
subterraneam prositeri dicuntur: quibus &
alios superaddunt. Uſus istorum characterum
est frequens; subscriptos attente considera.

Dum muros V ☽ uit, d prodest.
Q̄ta turma, quam ☽ aatur amicus.
Reddunt enim hunc sensum.

Dum muros aries solvit, coniunctio prodest.
Lunata turma, quam Mars solatur amicus.
Tandem ad Musicam spectant illi qui
correspondent istis vocalis, Vt Re Mi Fa Sol
La Ba, Bi: (Duas ultimas addo, arte inque il-
larum additione ad summam facilitatem re-
duco.) Notas Cantores vocant characteres
ejusmodi: ipsasque in Maximas, Longas, Bre-
ves, Minimas, Semiminimas, & Fusa dividunt.
Vt singula melius intelligas, hoc exemplum
subscribo.

— sit in gis ♫ liο ♪ ce ♩ ra ♪ et.

Quod dat nobis hunc sensum.
Vt sit in Regis folio, facere mira solet.

Vt vti possis sine reprehensione his Notis,
adnotare deboeo aliqua, sine quibus nec scri-
bere, nec intelligi poteris. Saltem sequen-
tes characteres, & nomen illorum considera.



Bassus Tenor Altus Superius

Tandem exornantur Figuris, quæ huic
subesse legi debent, vt singulæ significant
nomen. Quam ob rem, si unum Cor, & unus
Rex pingantur, & addantur hæ literæ IT, le-
gere debebimus corredit: & si post has literas
IM, pingatur Mundus, legere debebimus mu-
ndus.

CCIX.


A Rtem præmisimus, & brevi compendio
exposuimus: nunc illam exemplis varijs
illustremus.

Nunquam satis laudabitur illud Heroc-
cum Lemma, quod Thomæ Moro accensetur
qui cùm ne Ecclesiæ esset fidelis, sed se potius
muncribus corruimpi pateretur, & Regi Ha-
resiarchæ subscriberet, ab amicis & inimicis
cogeretur, generosa, & plus quam humanâ
resolutione (quæ enim à supernaturali gratia
fiunt, vires humanas semper superant) suam
mentem exposuit his literis.

Nella φ δ ο ρ ε la 6.
Quas si juxta nomina, quæ apud Græcos ha-
bent, protuleris, habebis Responsum viro for-
ti dignissimum,

Nella fidelità finiro la vita.
Promisiisti, Vir Magne, & vsque ad ultimum
anhelitum constitisti promissis. In gloriosâ
& Ecclesia Romana debita fidelitate finem
posuisti vitæ: Ergo, quia fidelis ruisti Chri-
sto, hodie in Empyreo (sic spero) experiri
Christum Martyribus suis esse fidelem. (E
hic

hic obiter animadverte, pri mò illud *la*, quod his ponitur, posse notā Musicā exprimi : & secunda aliquos, qui cultius se putant loqui Italicè nolle dicere *Fidelta* sed *Fedelta*, non finirò sed *fenero*. Ergo vt exprimatur syllaba *fe*, non debebimus ponere Græcum φ, sed Hæbræum ♫ ; lemmaq; majorem habebit variatatem, si rescribatur sic.



Tu rem recognosce, & alterutrum modum eligas, nulli te errori expones, nam illas duas voces æquè per *fe* & per *fi* à doctis proferri reperio.

CCX.

Erat quidam in bivio, nesciebatq; vtrum iter deberet capere : alterum erat breve, securum alterum: inde alliciebat lucrum, hinc tranquillitas. Quæsivit à viro erudito, vtrum caperet ? & ille breviter respondit, hoc ad illum epistolium transmittens,

K. P. C. Q. R. hoc est. *Cape securum*. Et meritò sic illi respondit : quoniam omni facilitati aut commoditati securitas est præferenda.

CCXI.

Illiud Morale Monitum, O superbe; cur superbis ? tua superbia te superabit. Est verissimum : nam superbia, quos exaltare & altius subrigere videtur, tandem superat, vincit & deiicit, vnde Horatius,

Tolluntur in altum
Vel lapste graviore ruant.
& quidem illud potest hoc modo ingeniose conscribi.

O CVR TVA TE
b, bis? bia abit.
Est enim in hac Inscriptione, O super B : Cur super Bis : Tua super Bia, & Te super Abit.

CCXII.

A Dfirmat sententiam istam illud Monitu, *Inppiter submissos* (humiles) locabit inter affra, vt illi, qui pœnæ horrore à vitio superbie non absunt, præmij spe, ad Humilitatem

allicantur . Hoc igitur Ioannes Bernclitis scripsit sic ; missas

IVPPI IVPPI IVPPI [as LCCABIT tra]
Vox *Inppiter* ponitur ter, vt sit *Inppiter* : & est sub voce *missos*, ergo sub *missos*, & tandem *locabit* est inter *as* & *tra*.

CCXIII.

H Vmana omnia, sicut nondum possessa desiderium ; sic possessa fastidium mortali bus ingerunt. Hoc exemplo domestico dilucidabo. Vacat verbi gratia dignitas Abbatialis : magno fervore plerique omnes, vt Titium promoteant conspirant, & vix tenere habenas incipit, quando his nimis rigidus, illis nimis laxus apparet, & quem non possunt deponere, blande & frequenter alloquuntur vt cedat locum saltem alteri, qui jam placet, citò eamdem fortunam experturus. Erat in Monasterio N. Theodoricus (vocetur sic) cui Prior, qui in dignitate successurus, erant alij qui Soli adulantes orienti, despiciebant & odio habebant occasurum. Omnes isti Abbatii erant molesti, & vt illum ad locum cedendum compellerent, omni tropo Rhetorico, omni figura & fuso abutebantur : cautus erat nihilominus senex, & ipsis semel occurrentibus ait. *DEV S sua dona distribuit, ut vult* : alijs ingenium velocissimum præbet, alijs tardissimum indulget. Ex censu istorum Ego sum : tam tardus & stupidusque vt triginta solidos annos insumpserim, antequam ad duarum Abecedary priorum literarum A, B. dignitatem venirem, Ergo, quia atate stupor in senibus crescit, indigebo minimum sexaginta annis ut possum aut velim intelligere sequentes literas C. D.

Acutè & pulchrè : nam vocat dignitatem A, B. officium Abbæ seu Abbates : & literis C, D. exprimebat molesta suorum colloquia, quorum semper catastrophe erat Cede, hoc est Resigna.

Hæc historia (novella) fuit olim cogitata à Iacobo Peletier, & in lucem emissâ iu libro, quē sub nomine Bonaventuræ des Peletiers evulgavit ; interim sub annum 1636. Gandavi vidimus Dominum N. nonagenario majorem simili se lepore à suorum Religiosorum molestijs expedientem.

CCXIV.

Q Vxunt Medici, an prandio cœnadebeat esse moderatior & parcior? Libertus

bertns Fromondus in Philosophia Christiana de Anima lib. 2. cap. 2. art. 11. varios Autores & Populorum mores colligit, qui possunt ad tres classes reduci. Alij enim cœnam largiore esse volunt: alij prandium: alij nullam distinctionem inveniunt. Ab his erat eruditissimus Dominus N. qui suam opinionem rogatus respondit.

P

IL (fals) 10. (nafus) COMME

[Voces fals & nafus loco figuraru scripsi, deberet enim in priori loco pingi vna fals, in secundo vnu nafus: illa Gallice vocatur fante iste ne. & vox comme ponitur infra P.] Vide Tabulae XX. Fig. VII.

Sensus ergo scriptæ Resolutionis est, *Il faut disne, comme souspe. hoc est, Oportet ita omnino cœnare, sicut prandere.*

CCXV.

D Olæ apud Patres Franciscanos reperitur Morale quoddam Monitum, ingeniose conscriptum, quem Lamina . . exhibet, & à nobis hic breviter est exponendum.

D vous, D vous (la) (mors)
in medio prioris D est inscripta vna M: & in medio posterioris hæc syllaba Q V A T: La est nota Musica: & Mors figura mortis, quam Galli Mort nominant. Ergo ad literam

M en D vous: Q V A T en D vous: la Mort. quod est dicere juxta pronunciationem eruditam.

Amendez-vous, qu'attendez-vous: la Mort. Recognosce Laminam XX. nū ibi pr ter hæc Figuram nonnullas etiam alias ingeniosas repieres. Ibi enim secundum locum occupat hæc linea.

(Mors) (la, mi, a) (Mors)
Et quidem Mors est vltima linea rerum, & in hac linea Mortis figura pingitur in principio & in fine, & illæ tres notæ firmi cantus in medio: vt legat Gallus, Mort la mis la Mort, & exponat Latinus, Mors posuit huc defunctum.

CCXVI.

M Adriti in cuiusdam Senatoris palatio erat muro inscriptu Lemma illud quod exhibit eadem Tabula XX.

Pingebatur vna Solea (Hispanicè vocatur Suela) vnum cor (Hisp. Coraçon) vnum instrumentum muliebre, quod Hispanicè dicitur Aspa, & habet duas cruces ad angulos

oppositos, & filo componendo deservit; vnu Pyrum (Hisp. Pera) vnu Mundus (Hisp. Ma- do) & vna Rota (Hisp. Rueda) interpositis qu pauculis literis, reddebat hoc solamen Ethicum.

Consuela te corazon, si as passion; y esper que el Mundo rueda.

Hoc est. Recipias solamen cor, si aliqua passion per turbaris; spera, exspecta; nam Mundus rotatur.

I N Gymnasio Rhetorices ibidem scito penicillo pingebantur,

Vna laurus, una corona, dues alæ, & aliquæ literæ.

Quibus reddebatur hic sensus, *Lauro y Corona a las Letras.* hoc est, *Laurus Corona (Güteru similia premia) debentur literis.*

E Xcellentis. Princeps Emanoel de Portugal, Antonij filius, Ludovici nepos, Emanoelis Lusitanorum Regis pronepos, dum Amiliax Auralie Principis nuptias solicitatus apud ejus imaginem Seraphinum expressum hoc Lemmate, *De mi amor, o de mi vida.* Seraphinus, Hispаниcè dicitur Serafin: & roce divisa Serafin, hoc est, *Erit finis.* Ergo acute & ingeniosè suum castum & legitimum affectum erga Amiliam exponebat Emanoel dicens,

Aut mea illa vita, aut mei Amoris, erit finis.

A Retinus in quadam Comœdiâ nobiliter introducit, quem cum Cloris sua deliceret, misit ad illam epistolium in qua nulla esset literæ, sed tres figuræ; videlicet Hamo (Italicè Hamo) Delphinus (Ital. Delfino) & Cor (Italicè Cuore) vt diceret

Amo del fino cuoee.

Vel hinc securus, vt amari deberet, raro enim aut nunquam fallitur ille, qui dixit, *Vis uameris, ama.*

N On homini, sed tempori adulantur amici: quandiu illud sit fœlix, adsunt; si infœlix abeunt. Illorum genium noverat exacte Poeta Ovidius cum dixit;

Dum fueris fœlix multos numerabis amicos:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

At quidam Princeps Gallus, quod in infortunio cum amico conveniens omnes inimicos attriverat, vt casum nesciret posteritas scripsit.

N. s. s. t. m. i. est o. H.

Quod sic volebat legi: *En necessite amy est convenu.*

Q Vidam Asceticus & pius Doctor, Vanæ gloriae & Pompæ mundanæ valedicens scripsit.

G. a. c. a. b. i. a. l.

Vt à nobis audiretur dicens, *P ay assez obeyelle*

elle hoc est, Ego satis (aut etiam nimis) obedi-
ni illi.

CCXVI.

DEnominare notas Musicas, res est, quæ ab vsu verius, quâm à lege dependet. Ad-damus ergo alia nonnulla exempla, quæ pos-sis imitari, si velis.

Bassam, quam Galli strenuè defendebant, D. Franciscus de Mello expugnavit: & quidam illum Philomusus celebravit Harmonicis versibus & numeris; qui, nam pluries sùt editi, non debent à nobis rccudi.

Huc pertinet illud Politicum Monitum, quod Ovveno debetur, & frequéter in Prin-cipium Palatij decantatur: videlicet.

cum exlollitur,
Aulicus inquit.

cum cadit alter
ait.

Quidā nostras Ovvenum imitatus, sic cecinit.
Vt, re, mi, fa, sol, la, bi.

Quando la Fortuna ayuda,
canta el Aulico sin duda,
sin poder caber en sì.

Pero, si aviendo perdido
hacienda, edad, y salud,
de la privanza a caído,
canta triste y desvalido,
Bi, la, sol, fa, mi, re, vt,

Hec etiam illius Hymni (quem in S. Io-annis Nativitate cantat Ecclesia) pri-mam Stropham; quam, vt præ se ferat septem notas [videlicet, *Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, Vi,*]

correxii, & Virgini Matri appropriavi; & vbe-rioris doctrinæ gratia adjungo,

queant laxis sonare fibris ra ge-
muli tuo- ve pol- bij rea-
ruin lutu tum
rgo MA- RIA

A Pud P. Athanasium Kircherum hoc Mu-sicum carmen inuenio.

ma re et cat
inlyta rtus.

Quod hunc sensum reddit. *Fama latere solet:*
micut ut Sol inlyta Virtus. Addita nota *Bi*, uel *Vi*, fluit melius, quâm juxta communem do-ctrinam. Est autem *bi* septima nota, quam mag-no Orbis Enarmonici bono in nostra noua Musicâ addi debere demonstrauimus.

Loco uocis *inlyta* possit poni alia; nem-pe *LAurea*, *MYstica*, *REgia*, *VIVida*, &c. nam in his literæ, quæ capitalibus expressæ, notis Musicis possunt configurari.

Apud Sanctum Angelum in Episcopalis palatij aulâ, quam totam hoc anno 1660. pin-gi curaui, posui uocem *maxima* nota enhar-monica expressi; at tunc uolni ut non solum locus sed & quantitas significaret, ut si quis diceret Latine, *Vi maxima*, *Auta maxima*, *Sol maximus*, &c. *Vi longa*, *Vi brevi*, &c. *Sol minimus*, *Sol fusus*, &c.

MVSA V. ANTISTRAPHICA.

CCXVIII.

St quædam transmutatio, quæ lo-cum habet in dictionibus, in lite-risque. In dictionibus, vt cum di-cimus *Servus domini est serui domi-nus*, aut etiam, *Non virum dignitas*, sed *Vir dignitatem honorat*. In litteris vt *Lo-*

cus cassus. *Coquus lassus*. Posset hæc, sicut e-tiam *Restringens*, de quâ paulò antè disserui-mus novos occupare Parnassos, sed quia no-limus Montes Sylvas, & Fontes multiplicare sine causâ, illam Logographicò Hemisphærio accensemus.

Profectò verborum Antistrophæ sunt fa-ciles, & tamen nisi nimis frequentes sint suam gratiam

gratiam habent, & apud Rhetores laudem merentur: at verò literarum Antistrophæ sūt difficiles, debent enim ita conformari, ut primæ aut secundæ dictionum literæ loca commutent, & hoc tribus modis, quos dabo statim. In hoc differunt ab Anagrammatibus, quia in his (nempe Anagrammatibus) nullam legem sequitur transmutatio.

Primus modus.

DEbet primæ literæ duarum dictionum transmutari, manente aliquâ significatione.

Concutiebatur ventis Navis cui nomen Sorti, & rudentibus fractis malo timebamur, vnde omne malum, si rumperetur, periclitantibus obvenire posset. Constitit ille, & à morte Mercatores erepti subclamabant.

Fuit in Sorte malus, in Morte salus.

Dixi debere commutari primas literas, nam si commutentur aliæ, non fit Antistrophæ; sed vel Anagramma vel Concentus.

Huc pertinent hæc Gallica.

Taster la grace Gaster la trace.

Vn soi pale Vn pot sale

Muer une touche Tuer vne mouche

Vn chapeau de roses Vn rapeau de choses,

Elle fit son pris Elle prit son fils

Il tiendra une vache Il viendra vnc tache.

& multa alia quæ in diversis libris reperiuntur.

Secundus Modus.

Contrahit vela Antistrophe: & cuæ huc usque duas dictiones supposuit, vnicā cōtentā, consonantem primam cum secunda, quæ ad aliam syllabam pertineat, commutat; ut *Sanus-Nasus*. *Roma-Mora*. *Musis-Sumis*. *Dignus-Gnidus*. *Navis-Vanis*. *Corpus-Porcus*. *Serta-Tersa*. *Domina-Modina*. *Gelabat-Legabat*. *Timebat-Mittebat*. Et bifariam procedit. Primo enim religiosè significationis est solitus: & secundò liberius significationem negligens.

Primum in exemplis positis videri potuit, Secundum sequenti exemplo illustrabitur: interim hæc leges servantur.

I. *In monosyllabis consonantes transmutari possent, ut Pro, Orp: Per, Rep. Sub, Bus. Interim supremi nostrâ authoritate fungentes, ut manent immutata jucemus.* Qui contrarium facit, magnas se difficultates pati, experientia docebitur.

II. *In dissyllabis, & polysyllabis agendum est de duabus prioribus syllabis, ceteræ enim manere debent, ut Maximus, Xamimus. Calores, Latores, &c.*

III. *In quâcumq; syllaba consonantes, que manent post vocalem, non mutantur, ut Marcus, Carmus. Formosus, Morfosus, &c.*

IV. *In dissyllabis, quæ pure incipiunt & desinunt, ut Atras Alba, commutant locum intermedia consonæ, ut Arta, Abla.*

V. *In trisyllabis, quæ à vocali vel aspiratione incipiunt, prima syllaba manet illa, & sequentes alterantur, ac si prima non fuisset, ut Augustus, Autusgus. Arminda, Ardinma, &c.*

VI. *In tetrasyllabis, aut mutantur duo priores syllabæ tantum; ut Prævidebam, Væpridebam, &c. aut duo priores inter se, & duo etiam posteriores inter se, ut Prævidebam, Væpridebam, &c.*

Facilis est hæc consonantium commutatio, & ipsa vernacula linguam in barbaram seu ignotam convertet: vt ebamur illâ dum pueri, loco Ciphrae: & ne pereat, hanc modo Terræ-motus descriptionem subjungimus.

RETE TOMO.

Doto el Obre se locumpia,

Sin duda ñesfor Camario,

Que moto es loba etse Dunmo,

Gueja con el aglun Medonio al llamo.

O de aglun taron los tonnes

Diriculo etsan de tarpo:

Mocadre lo zide en servo,

En el atre toepica de Hocario. &c.

Illi, qui Artem ad sex præmissas Regulas reductam retinent, non indigerent ullâ precedentium versuum expositione (nam & in nostro Philosophico Collegio tam eramus assueti isti literarum Antistrophæ, ut ueloci ter loqueremur, & intelligeremur:) at quia omnibus debitores sumus, ut nemo non intel ligat occultam & ingeniosam hanc scribendi & loquendi Antistrophen, eosdem uersus, qui Anastasij Pantaleonis sunt, ad linguam communem transferimus.

TERRE-MOT.

Todo el Mundo se columpia

Sin duda, Señor Macario,

Que como es bola este Mundo,

Inega con el algun Demonio al mallo.

O de algun raton los montes

Ridiculo estan de parto:

Comadre lo dice en verso

En el Arte Poetica de Horacio &c.

Sicut in lingua Hispanica ludere placuit, posterimus in alia qualicumque; exemplum hoc Latinum addamus. Dixit Ouidius.

Omnia si pereant, famam servare memento;

Qua semel amissâ pesteâ nullus crisi.

Et hoc pulcherrimū Distichum ad Antistrophicam dialectum transferentes reponimus.

Onnia

*Omnia si repeatant, Mafam versare memento;
Qua mesel assim.i, tospea lulnus esir.
spectaret hic fortassis aliquis, hanc à nobis
rem ad linguam Græcam conferri: at rem
stam reficere nolumus, & debitam Veteri-
is gloriam arrogare. Iam olim à multis est
præstitum: nam & Latini Idiomatis No-
menclatores per Antistrophen multas dictio-
nes ab Idiomate Græco eduxerunt: quid enim
aud est Forma quām Mèqñ Nares, quām
ires? &c.*

Tertius Modus.

*Vas priores syllabas transponit; ut in Hi-
spanica lingua, Dotor, Tordo: Monja, la-
on: Carcer, Cerca: &c. & in Latina Vaca,
Cova; Maro, Roma; Thamar, Martha; Labio,
iota: Nau, Vina: Mater (Græcè Μήρη) Ther-
ape (Græc. Θεραπεία) Sappho, Fossa; Mora, Ra-
no: Magno, Gnoma: Ripa, Pari: Naso, Zona;
enu, Nuge; Bella, Labe; Suavis, Vis sua; Tali-
ta: Tono, Nota: Tero, Rote; Thoro, Roto:
Tonus, Musto: & similia.*

CCXIX.

*Hoc est inter Sonum, Vocem, & Dictionem,
discrimen, quod sonus quocumque mo-
do & à quocumque corpore fieri potest: Vox
sola animante emittatur: at Dictione à solo*

homine. Est Vox sonus ab ore animantis pro-
latus. Et Dictio est Vox significatione præ-
dicta. Duo igitur importat Dictio: alterum
pro materiali, alterum pro formalis. Quoniam
pro materiali literas, & significationem pro
formali præsefert.

Considerauimus hucusq; materiales in-
uersiones, figuræ, & passiones dictionum: nūc
ulterius progredimur, & significationem seu
formam illarum respicientes, etiam in ipsa
inuenimus antistrophas & logographos. Forte
censebunt aliqui diuia sequentes Musas de-
buisse seorsim ponи sub nouo Apolline in di-
uerso Parnassio, sed isti ipsi non uidebuntur
intelligere, quid sit anceps significatio. Est
enim Logographus, ut sub initium dicebamus
duplex, Materialis, Formalis: ille ludit in
literis, hic autem in significatione: & hic ue-
rius quam ille λογοθεάτος uocabitur; æquè c-
enim ac alter est Γειθός, & uerius λογικός. Sa-
nè Materiali, & Formali nomen γένος, seu
Nassa, æquè conuenit, nam sicut ambigua li-
terarum positio multos decipit, sic etiā mul-
tos anceps significatio: at uero formalis ue-
rius dicitur (*logicos*), quia nomen (*logos*) mentē
potius, quām calatum aut linguam concer-
nit, & significatio non in literarum figura, aut
uocis tono, sed in Nomenclatoris libero de-
creto consistit. Ergo qui hucusque de Gri-
phis Materialibus egimus, de Formalibus bre-
uiter differamus.

MVSA VI. METAMORPHICA.

CCX.

*V C V S Q Y E egimus de Transpo-
sitione characterum; nūc de Tran-
sformatione differamus. Contin-
git hæc, cùm aliqua litera habere
alium valorem iubetur; vt, si exempli gratia
vatucremus, vt litera P sonaret vt M; tunc
im, si esset scriptum, Palus, Pater, Pones,
egi deberet, Malus, Mater Mones, &c. Et vt
ides dum mutatur valor, & potestas in lite-
ris, multum sensus à priore significatione ex-
loitat: quamobrem, qui naturæ, aut forte
prauatæ institutionis vitio, aut vnam lite-
ram pronunciant pro alia, aut vnam dictio-
nem pro alia, sxpè ingeniose, & iucundè
elirant. De alterata vocum significatione
in Audace Grammaticâ, num.... nunc
literarum commutatione differamus.*

Sunt homines aliter, & aliter bleſi. Ali-
qui nec R, nec L, proferre possunt, multi
nec F. Huius generis sunt multi Americæ
populi, quos quidam Eruditus Scriptor ideo
his tribus literis carcere dicebat, quod essent,
Sine Fide, sine Regi, & sine Lege: & isti Genus
primum bleſæ linguæ constituent. Ad secun-
dum reducamus illos, qui non tam naturæ,
quaæ instructionis vitio, R in L: L in R: T in
P; P in T. &c. mutare solent. Interim ho-
die finenses, & Iapones R. proferre non pos-
sunt, & cum fidei addiscunt rudimenta Dei-
param, *Maliam* appellant, nec capaces viden-
tur, vt possint *Mariam* pronunciare. De his
Virgilius (aut ille Author, quicumq; sit, qui
Priapæa scripsit, quaæ in fine eius operum cir-
cumferuntur;)

*Cum loquor una mihi peccatur litera; nam T,
P dico semper, bleſaq; lingua mea est.
G g*

Ad

Ad tertium genus reducemos literarum abusum, quando scilicet aliqui omnes primas distinctiones literas, omnes secundas, &c. aut forte omnes maiusculas, quæcumque illæ sint, talis determinati valoris esse volunt.

Tres igitur hic Genios proponemus, qui iuxta hæc tria genera ingeniose balbutiant.

Semper literas F. L & R. intermittens.

EST hodie Neapoli Illustrissima Domina N. eruditissima Virago, quæ, ne leuiter quidem attingit literas R & L. & tamen eloquenter loquitur, & à doctis libenter auditur. Prodiit ex Gallia Liber, cui titulus, 'l R abbandise, in quo nullum R reperitur, scriptus ab Oratore eloquentissimo, qui cùm dicturus esset Perennet, vivat, imperet, Regni salus, dicens, Peennet, vivat, impeet, Egni salus. multorum risum, aut etiam irrisum concitauit; vnde ille orationes imposterum, ne se ludibrio exponeret dictionibus, quæ hac litera carerent, concinnabat. Adeius labium erat,

Abero, abeo.	Carnes, canes.
Aberro, abeo.	Gerrus, coetus.
Arcus, & Lacus, acus.	Corda, coda (cauda.)
Alma, ama.	Curtis, cutis &c.
Armo, & Ramo, amo.	Gluma, guma.
Ars, as. &c.	Gradibus, gadibus, &c.

Huc spectant nonnulla curiosa Epigramata, è quibus paucula subscribam.

ARS. As.

ARS, & AS, merito tibi confunduntur, Homere:

Ars valet hoc aeo, si caret ase nihil.

Adludit ad illud antiquum, Si nihil at nleris, ibis, Homere foras; & ostendit hac rerum tempestate Artes, & scientias, si assibus (pecunijs) careant honorem habere non posse.

V in F, R in L, T in P; & è contra commutans.

Si agamus de prima literarum commutatione plerique omnes Germani sunt blesi. Firtutes illi dicunt, non Virtutes; & in Symbolo Iesum-Christum Deum ferum de Deo fero nuncupant. Contrà videntur Romani antiquiores egisse, & F vertisse in V: nam à Fato verbum eduxerunt Vaticinor, quod est Fata-cano: & nomen Vates, hoc est, Fatidicus. Secunda est Indorum, Sinensium, & Iaponum. Tertia illorum, quos Virgilius, & alij reprehendunt. Et quidem hoc naturæ vitium in gra-

tiam transit, si blesitudo spontanea sit conceptum ingeniosum parturiat.

VENVS. Fænus. V in F.

Porro Venus, Fœnus: quoniam sine fœnore m

Hoc infelici tempore luxuriat.

Sufinet insomnes noctes, & mille dolores,

Lucratur morbos, tedia, pauperiem.

PVRVS. Pullus R in L.

Qui fuerant puri, sunt pulli hoc tempore mor

Tempora mutantur, nosq; immutamus in

Dicebant olim apud Ouidium lib. 4. Fabrum Politici,

— vestes Cerealibus albas

Sumite nunc pulli velleris usus abest.

At hodie ingenij in deterius mutatis re

nunt.

— vestes (mores) nunc denique

Sumite; namq; albi velleris usus abest.

T in P.

Versum illum Virgilij, quem paulò am

taui; videlicet

Cum loquor, una mihi peccatur litera, nam

P dico semper, blesaq; lingua mea est.

Quidam Vir ingeniosus, in ingratum, q

incaute laudauerat, detorsit, dixitq;

Cum loquor, una mihi peccatur litera; nam

Prædico perpetuo, lesaq; mihi lingua ej.

Mendacio enim, quia contra mentem

lingua in mentem impingit, & læditur.

Interim in multis verbis cum gratia

cabit, qui sic balbutiat, vt T in P, aut

tra transferat. Verbi gratia.

Thalamo, pramo, Hisp. Tectus, Pectus.

Tace, Pace. Tedis, Pedis.

Tacta, Pacta. Tedium, Pedium.

Tholus, Polus. Tendo, Pendo.

Tene, Poenè. Tene, Pene.

Tagus, Pagus. Tenes, Penes.

Tales, Pales, Palles. Tigris Pigris.

Tali nurus, Palinurus. Tinea, Pinea.

Talium, Pallium. Athenis, à pénis, à p

Talum, Palum, Parū. Tono, Pono.

Tali es. Paries. Tota, Popa.

Taliter, Pariter. Turtura, Purpuræ,

Hæ, & millenæ aliæ similes linguæ exordiantiæ, si ab arte admisæ, destitui gratiæ & laude non possunt.

Dum pangit, tangit; dum tendit pen

nores.

Dum premit, ipse tremit; dum terit, ipse

Omnium dictionum prime literæ quæcumque

ille sint, vna potestate, & valore donan-

VT rem dilucidem, meminisse debebo Mathematici illius, qui sub annum 1640. Brugis volebat totam tellurem terebrare: & serio delirans, querebat salices, vt instrumenta conformaret. Recreavit viros eruditos in Belgio. Erat ebriosus quidem, at nunc quam ingeniosior, quam cum ebrius: & quia se rideri videbat, libellum edidit de foraminis possibiliate, & utilitate, qui inscribitur *Quadratura circuli*. De hoc quidam Vir Magnus (nam genij suauitas cum pietate, & maiestate componitur) scripsit.

Dum terebro pareo, salices volo.

Volensq, vt omnis prima dictionum litera sonaret, vt C. dedit Lemma, quod transiret in hoc,

Cum cerebro careo, calices colo
& occasione, vt illum imitari quis posset,
& serio aliquid scribere, quod laudem, &
applausum mercatur.

A Vlico cuidam gradu è sublimi lapso, à palatio, & vrbe excise jusso, aliquando condolui, & illum novo Elegorum genere solatus ideam dedi,

|—w—w—| w—w—vv—v|
|—w—w—| ov vvv|v|

ad quam sequentes dictiones elimavi.

Fortuna est fallax: eins Rota decipit omnes;

Seria quando agimus ludere vafra solet.

Musica fortunæ fuerit tibi semper amara;

Fellea te dire, leta varia canet.

Clausa est sententia: indiget clavi: illam hoc Distichum subministrabit.

M. primus vocis sit cuiuscumq; character.

Si quartum versum relegas solamen habebis.

Sumit igitur Aulicus quartū uersum, ut clavis præcipit; & omnium dictionum primas literas uertit in M. & ait.

Mellea me mire Meta Maria manet.


Et solamine clarus, incipit Fortunæ inclemantium ridere, & edicere.

Me fortuna præmat, me supprimat Vndiq; letus

Semper ero, nam me Meta Maria manet.

Non timeo aduersus casus, non Principis iras;

Me, Virgo dum illi sernio; meta manet.



MVSA VI. HOMONYMICA.

CCXX.



Equiuocatio (Grecè ομονοία) contingit, quando vnum, & idem vocabulū habet plures significations: & tūc illud vocatur æquiuocū (omonymon) vt *Aries*, quod notat patrem ouū apud Rusticos, machinā apud milites, & primā Zodiaci costellationē apud Astronomos, vniuocatio (Synonymia) opponitur æquiuocationi (omonymia) cōtingit enim, quando una, & eadē res pluribus nominibus significatur, vt *Indumentum*, & *vestis*, & tunc hæc nomina vocantur à Criticis vniuoca (synonyma) Consulto dixi à Criticis, scio enim vniuocationem aliter accipi Logicis, & Metaphysicis.

Dupliciter contingit Äquiuocatio: nam vel nomen diuiditur, & amissâ integritate amittit priorem significationem: ut *Dominus*, quod si diuidatur est *Dominus*: *Leonardus*, quod per divisionem fit *Leo nardus*, &c. vel mutat integrum, & mutatis circumstantijs si-

gnificationem quoque mutat, ut *Canis*, potest enim esse nomen, uerbumq; & si nomen sit, aliam habet significationem in sclopo; aliam in muro, aliam in ædibus, aliam in Cœlo. Et quidem ignorari non debet ueteris Chrysippi sententia, quam refert Aulus Gellius lib. 11. cap. 12. & adfirmat Cicero 2. de Oratore, *nullum esse verbum, quod ambiguum non sit*, nullum enim est, quod non accipiat diuersimodè in diuersis modis, & facultatibus. Cui ego olim Thesi, adiunxi; *nulla dari synonyma*, quæ enim talia dicuntur, habent similem, non uero eamdem significationem: nam ut exempla posita repetamus, differt ab indumento uestis, quod hæc dicuntur à uellere (ueteres enim non fuerunt nisi lanceæ) & per abusum pro sericâ ponitur. Et quidem sicut *vestis* materiam, sic *indumentum* formam determinat: nam *in duo* dicitur à uerbo Græco δύο, quod est, ingredior: unde si rigorose loqui uelimus, *vestimur pallis, induimurq; togis*. His ergo breuiter præmissis aliquas æquiuocationes curiosas, & ingeniosas subscribamus.

CCXXI.

Constantinus Heraclij filius, afferente Zonarā, acies suas disposuerat, ut inuaderet exercitum Θεσσαλονίκου: & perturbatur ab inconcinno clamore dicentis, θεος αλλων νικον. Relinque aly victoriam. Et reuera ita accidit; nā aduerso marte dimicans cęsus fusus confusus, victoriam aduersario reliquit.

CCXII.

N Vmeroso Tyrum exercitu circumsedebat Alexander: & quia Tyrij, inuasores retundebant fortissime, spe cassus de solutione obsidionis deliberabat. Interim curis plenus inuitatus à somno dormiuit, & vidi Satyrum, quem tandem, vel inuitum, cępit tanto lucte feroce, ut fuerit excitatus. Vocat militiæ Princeps, & narrat. In somnio à me & visus fuit, & captus Σατυρός. Habuerunt illi loco felicis ominis somnium, dixeruntque Σατυρός, Tua est Tyrus; Quod & accidit; nam Alexandri milites hoc prodigo, & oraculo animati, penetrarunt in Vrbem, & illam fælici generositate subiugarunt.

CCXXIII.

DVO in quodam Senatu Gallie alterebatur Consiliarij (vocentur Petronius, & Aurelius.) Hic illi, Cela n̄ est que brouillerie. Et ille huic statim, Brouillerie commence par, & Tromperie par T, hoc est par te, vel vt cor rectius loquuntur par toy.

Pulchrius reponetur latine, si cogitata hanc historiam aliter constituamus. Duo Legionarij (Celsus Spaurus-que) de militarium rerum statu contendebant. Producit Epistolas nonnullas Celsus, quibus ostendet quisnam esset cladis publicæ causa. At illi Spaurus, Quidquid afferant, aut negent hæliteræ, ego scio, quod Proditio incipit a P, & Tuditio à T. hoc est a te.

Ab hoc dicendi modo non multum abest artificium, quod reperio in dictorio illo Gallico, Sante n̄ est par sante: maladie est sanitas; hoc est Sanitas non est sanitas; pestis est sanitas. Si autem vox sante diuidatur, & sic sancti reddit hunc sensum, Vox sancte (hoc est sanctæ non sine T: vox autem Maladie (hoc est ad hanc mala dies ad sensum pestis) est sine T. quod et verissimum.

MVSA VIII. AMPHIBOLICA,

CCXXIV.



MPHIBOLON Ambiguum (vnde Amphibolia, Ambiguitas dare deberet voces Amphibologon, & Amphibologia: at quia reperio illa lolo, durior erat, dedit Amphibologon, & Amphibologia. Hoc pronunciationis compendium imitatur Hispanus, nam cum Græcus dicat, Idolon, Idolatria, Idololatria, & Latinus Idolum, Idolatra, Idolatria: non vult ille latere, sed vocis suauitate consulens ait Idolo, Idolatra, Idolatria.

Est quidem Amphibologia ambiguum sermo differt ab æquiuocatione, quod hæc sit ambiguitas significationis in vnâ voce, illa in tota oratione.

Si queras, An hæc ipsa ambiguitas sit orationis vitium respondebo, in Philosophicis & Theologicis vitium eam esse, & debere vitari: in Metricis autem, & Rethoricis esse gratiam & laudari, & addisci debere: contingit enim multis modis. PRIMO, quando

oratio per infinitum verbum, & duos accusatiuos occurrit, vt Aio te Ααιida Romanus vincere posse, quæ oratio bifariam potest in passiuam transire; nam Oraculum, & Romanos vinci posse ab Ααιide: & Ααιidem vinci posse à Romanis, uno & eodem verbo in contextu pronunciat. SECUNDO, quando per verbum commune, vt si dicas, Iam Cato criminatur, nesciam an accusetur, accuusset. TERTIO quando per participium ut Ecce statuam columnam sustinentem: quæatio (nam Ecce interdum regit Accusatiuum), æquiualebit huic Ecce statuam columnam sustinentem et etiam huic, Ecce statuam columnam sustinentem. QUARTO, quando per adiectivum, aut eius loco genitium, ut apud Quintilianum lib. 7. cap. 10. Iubeo erigi statuam auream hastam tenentem. Hæres meus uxori meæ dare damnum esto, argenti, quod elegerit, pondo centum. Nostantes illos deprehendimus.

In primo enim queritur quodnam substantiuum afficiat adiectivum auream, statuam an hastam: & posset amphibologia tolli, addito

addito commate, quod si ponatur inter voces statuam & aureum hasta tantum ex auro esse deberet: si autem inter auream & hastam, vt statua ex auro funderetur jussisset. Idem dicendum esset, si loco adiectui auream genitium auri, poneremus; statim enim interrogares an statuam auri, an tantum hastam auri conformari moribundus ille ultima voluntate juberet: & etiam hic ambiguitas interpolatione comatis tolleretur. Si verba testamenti essent hæc, Iubeo ut sit statua aurea hasta prædicta: maneret iterum duplex significatio; quæ non solum comma tolleret ac distinguere; sed etiam accentus: nam si in voce aurea, ultima circumflectitur, hasta erit aurea: statua alias. Vide ergo quantum ab uno punctulo aut accentulo pendeat.

In secundo dubitatur statim, Vter debet eligere hæres, an vxor? In lingua Hebreica verba habent genera, an-ne ibi hæc sensuum varietas tolleretur? minimè. qvia ex una amphibologiam in aliam difficiliorem laberemus. Pone verbum elegerit esse masculini generis, & ad hæredem, non autem ad vxorem referri. Quid inde? Historiam hoc modo cogitemus. Habeto testator centum libras argenti simplicis, centum aurati, & cœlati: he sunt duplo illis pretiosiores. Sibi hæres vtras eligit? auratas. At debet dare vxori, qnas eligit: auratas ergo.

In quarto examinari debet ad quem casum pertineat vox *flentes*. si enim in recto sit, nos flebamus, cum illos deprehendimus: si vero in obliquo, illi flebant.

Exempla nonnulla his similia apud enudem Aulum lib.6. cap.4. & lib.1. cap.10. Ciceronem de locis Orator. & alios Viros eruditos reperies.

Apud Dialecticos in multis argumentis latet amphibologia, & illa vocantur *sophismata* vt docet Acursius *leg.* Ea est natura. de regul. *Iuris*, & *leg. natur. de verb. signific.* Nam tametsi olim vox *Sophista* in bonam partem sumeretur, ubi primum Philosophiæ professores ingenio & arte occooperunt abuti, Sophista audijt, ο βπιζεαξω ε κων ε τοις λογοις. qui violans verborum usum, calumniam struit, & cavillatur. Huc pertinet tota illa Dialecticæ pars, quæ vocatur *Sophistica*, quam alibi vberius expendo, & modo uno aut altero exemplo dilucido.

Quisquis arat littus, littus proscindit aratro.
At operam perdens littus perhibetur arare.
Ergo operam perdens littus proscindit aratro.
In *Burbara*, & tamen Sophisticus est syllogismus: nam arare littus sumitur propriè, &

metaphoricè: & in majori habet significacionem propriam, & in minori metaphoricam: atque adeò sunt in Paralogismo quatuor termini. Eodem morbo laborant etiam isti.

Dens est ubique

Vbiique est aduerbium,

Ergo Deus est aduerbium.

Petrus est homo

Homo est univerialis.

Ergo Petrus est univerialis.

In altero enim *ubique* in majori sumitur formaliter, pro re significato: & in minori materialiter, pro voce significante. In altero *homo* in majori sumitur primò-intentionaliter pro obiecto; in minori secundò-intentionaliter pro denominatione & relatione ab individualibus sumpta.

Subscribamus cruditionis gratia aliqua ambibologiarum exempla.

POnamus primo loco illum versum, qui Adam culpam in posteris derivatam describit.

Mala, mali, malo, mala contulit omnia Mundo.

Quem sic expono. *Mala* maxilla, *mali* mala cum dæmonis pomo: *contulit* intulit: *omnia mala*, omnia peccata perlcula & miseras: *Mundo*, humano generi.

Addamus & alia id genus Paralogismorum exempla.

Morieris charo, & proho.

(1) *Omnis caro moritur:*

Tu es charo:

Ergo tu morieris.

(2) *Mus caseum rodit:*

Mus est syllaba:

Ergo syllaba caseum rodit.

(3) *Remus fuit frater Romuli.*

Sunt in hac navi multi remi.

Sunt ergo multi fratres Romuli.

Philosophia jubente.

(4) *Omnia mala sunt vitanda.*

Poma sunt mala:

Ergo poma sunt vitanda.

(5) *Populus est arbos.*

Congregatio civium est populus

Ergo congregatio civium est arbos.

(6) *Taurum est signum cœlestis.*

Occidi unum taurum.

Ergo occidi unum signum cœlestis.

Omnes sunt illusiones Sophisticæ, & quarti termini vitio laborantes. In prima enim aliud *Charon* significat, aliud *caro*. In secunda aliiter sumitur *Mus* in majori, aliter in minori: ibi enim accipitur pro re significata, hic vero pro voce significante. In tertia *Remus*, & est proprium viri, & significat remum Navis. In

qurata

quarta *malum* duas quantitates & duas significations habet: si enim sit prima longa *pomum* significat, si bravis à *malus*, a, um, deriuatur. In quinta est vox *populus*, quæ eodem morbo laborat: si enim corripiat primam, est hominum multitudo: si producat est arbos, quæ ab Hispanis *Alam' blanco*, hoc est *Vlmus alba*, vocatur. Et tandem in quinta vox *Taurus* est æquivoca, aliam enim in grege, aliam in Zodiaco significationem importat.

CCXXV.

Placet adhuc ex eadem farina panem pincere, & ad secundum convivium curiosos Lectores aduocare.

- (1) *Gemma sunt lapides pretiosi.*
Gemmae sunt in vitibus.
Ergo in vitibus sunt lapides pretiosi.
- (2) *Gemma componet libros.*
Gemma est lapis.
Ergo lapides componunt libros.
- (3) *Ergo sum, qui domi dominus.*
Domi dominus distinguitur realiter à me.
Ergo ego distinguo realiter à me.
- (4) *Petrus est, qui cecidit.*
Paulus est, qui cecidit.
Ergo qui cecidit, cecidit.
Ergo Petrus est Paulus.
- (5) *Afinus currit & discurrit.*
(*Putta, currit Thebis Athenas, & discurrit Athenis Thebas.*)
Qui discurrit est rationalis.
Ergo Afinus est rationalis.
- (6) *Quod Ego sum, tu non es.*
(*Alias nulla esset distinctio inter nos*)
Ego sum homo.
Ergo tu non es homo.

In primo Paralogismo *Gemma* æquivocè sumitur; in majori enim notat quemdam pretiosum lapidem, in minori vero vitis lachrymam. In secundo iterum eadem vox laborat æquivocatione. nam *Gemma* Friesius, Author libri de Radio, fuit Lovanij Artium liberalium Professor: & vox *Gemma* in majori pro hoc accipitur in minori pro lapide. In tertio vox *Dominus* non est eadē atque *do minus*. In quarto voces cecidit & cecidit, sicut accentu & quantitate, sic etiam differunt significatio. In quinto æquivocè sumitur verbum *discurrere*. in majori enim ponitur pro *decurrere*, vt patet ex exemplo apposito: & in minori ponitur pro *intelligere*. In quinto & ultimo etiam invenies quatuor terminos: nam in majori agitur de quiditate individuali, &

in minori de specificā. vnde in forma respondeo. *Quod ego sum secundum rationem individualē, id tu non es*, concedo: *quod ego sum secundum rationem specificam, id tu non es*, nego. *At qui ego sum homo*, distingo secundum rationem specificam, concedo: secundum individualē nego, nam mihi individualis ratio non est humanitas, sed hæcitas. *Ergo tu non es homo*, nego consequentiam.

CCXXVI.

IUisperiti non semper excellunt in Dialecticis, & ideo interdum hallucinantur, ubi nullæ sunt tenebrae, et nullæ splendorum paraxes. considera syllogismum sequentem. *Testamentum est lex. §. disponat. de nupt. col. 9.* *Lex a solo Principe conditur. leg. fin. C. de cl.* *Solus igitur Princeps potest condere testamentum.* Aio legem aliam esse publicam, aliam privatam, illa à solo Principe fertur: hæc à subditis statui solet, et in omni pacto contractu, et testamento reperitur.

IUuat et hunc Paralogismum proponere, et examinare.

Quod in nullius bonis est, primi occupantis est.
leg. 3. p. de adqnr. rer. domino.
Res sacrae in nullius bonis sunt. i i. p. de rerum diuisione.

Res ergo sacrae primi occupantis sunt.
Placuit hæc ratiocinatio nostri temporis hereticis, quia omnia bona sacra diripiunt, & in usus profanos convertunt: & tamen dissolutio est clarissima. Concedo enim absolute majorem, sed quia minor amphibologica est, illam distingo; *Sacra sunt in bonis nullius, nepe hominis concedo: sunt in bonis nullius.* Divi uidelicet, nego. Quæ enim DEO, qui domino generali omnia possidet, speciali devotione consecrata & donata sunt; quæ Deiparæ, quæ alicui Sancto, quæ Purgatorij animabus, &c. oblata sunt, dominum habent, nec primo possunt occupanti concedi.

CCXXVII.

Considera etiam hunc ab aliquibus in odiū Legistarum productum.

Fili Sacerdotum sunt spurij.
At Iurisperiti sunt Sacerdotes: sic illos Iustinianus appellat.
Inrisperitorum igitur filii sunt spurij.
Aio vocem Sacerdos aliter ab Imperatore, et Legistis, et aliter à Pontifice et Canonistis accipi.

cipi. Sacerdotes illi pro legum custodibus, isti
verò pro Presbyteris sumunt.

CCXXVIII.

Tigris est nomen fluvij, sagittæ, & bestiæ.
Fluvius *Tigris* à Paradiso olim exoriens
Asiam percurrit, & Mesopotamiam ab ortu
adluit. Medi sagittam *Tigridem* vocant. Et in
Hircaniâ fera est siccissima & velocissima, quæ
Tigris vocatur. Hinc solvuntur syllogismi
sequentes.

(1) *Tigris est sagitta,*

Tigris egreditur ex Paradiſo.

Ergo sagitta egreditur ex Paradiſo.

(2) *Sagitta ambulat super pennas ventorū.*

Tigris est sagitta.

*Ergo Tigris Asiæ fluvius ambulat super
pennas ventorum.*

(3) *Tigris est animal.*

Tigris est liquidus.

Ergo dantur animalia liquida.

(4) *Tigris plusquam centum leucas longitudinis
habet.*

Tigris est Hircaniæ fera.

Sunt igitur in Hircaniâ feræ, quæ plus-
quam 100. leucas longitudinis ha-
beant.

(5) *Tigris ebibit totum Hydasphem, & Euphratē.*

Tigris est animal.

*Ergo reperitur animal, quod ebibat integros
fluvios.*

(6) *Tigris multas leucas percurrit.*

Tigris est sagitta.

Non ergo est impossibile ita sagittam
explodere, ut multas illa leucas per-
currat,

Omnis isti syllogismi laborant quatuor ter-
minis, alio enim semper sensu in majori, &
alio in minori vocabulum *Tigris* usurpatur.

quentiam inferri efficaciter desiderarem. At
dudum cecidit lex Rhemia, & insurrexerunt
insolentissimi calumniatores, qui probos vi-
ros aggrediuntur impunè. Interim, vt rem
explicem, duæ sunt Classes calumniatorum:
alij enim in proximum peccant, alij in Artem
Dialecticam: illos lex Rhemia punit, & hos
Acursius reprehendit. Illi in civili foro reuni-
fraudibus & malignis interpretationibus reū
vexant; isti in arena literaria Thesum propu-
gnatorem.

CCXXX.

Crœsus Lydiorum Rex, mortalium om-
nium ditissimus, & potentissimus expe-
ditionem in Persidem contra Regem Cyrus
cogitabat: & ne temerè regionem bellicosissi-
mam aggrederetur, misit Legatos, qui Ap-
pollinem præ sagum consularent: qui hoc ha-
buerunt responsum. Si Crœsus Persiam inua-
dat, potentissimum Regnum devastabitur. Nec
aliter accidere poterat: nam suo se mori Apol-
lo attemperans, amphibologicum oraculum
dedit. Si enim Crœsus vinceret, devastanda
erat Persis, si vinceretur, Tyrus. Crœsus suis
fortunis ab blandiens Persidem devastandam
supponens, vincitur, & vincitur; & igni man-
datur. Cùm esset suffixus stipiti Solonem in-
tensissima voce inclamabat. Miratur Cyrus,
& quisnam Deorum sit, qui à Crœso advoca-
tur, inquirit. Respondeat. Est Solon pruden-
tissimus quidam Philosophus, à me olim de-
spectus, quod me ob beatitudinem qua frue-
bar, vanegloriantem interpellavit statuens.
*Posse beatum ante obitum nullum postremaq; fu-
nera dici.* Admiratur prudentiam Solonis Rex
Cyrus, & vices humanæ conditionis recog-
itans, Crœsum ab igne liberat, & suis Auli-
cis, & amicis adscribit. Herodotus libr. I. &
Plutarchus in vita Solonis.

CCXXIX.

QVIA calumniatores multi hodie in Mun-
do sunt, & multi in scholis Sophistæ,
hoc ratiocinium ab illis legendum propono.

Calumniatores lege Rhemia puniendi sunt.

1. p. ad S. C. Turpil.

*Qui utuntur fallacijs, & Sophismatibus sunt
calumniatores.* Acursius in glossa di-
ctæ leg. natur. p. de verb. signif.

*Ergo qui utuntur fallacijs, & sophismatibus
ex lege Rhemia puniendi sunt.*

Ita adversus utrosque affectus sum, vt conse-

Deceptus fuit ipissimus Crœsus alio O-
raculo, cui Apollo respondit totam re-
gionem Tyriam ab uno Mulo deuastandam.
Audiuīt ille, risitq; impossibile judicans tan-
tas alicui Mulo fore vires, ut ciuitates, & pro-
uincias deleret. Interim Oraculum fuit ve-
rum, Veteres enim sicut & Iuniores illegiti-
mos filios vocant *Mulos*, & Cyrus *Mulus*, quia
illegitimus Cambysis filius, fuit.

Huc respiciebat quidam acutus & inge-
niosus

niosus Criticus, qui cum in sepulchro Domini N. Principis Magdeburgensis illegitimi filios characteres legeret,

TVMVLVS MAGDEBURGENSIS
Lineolam interjecit, & lapidem infamia æternâ condemnauit: nam additâ lineolâ inscriptio fuit.

Tv, MVLVS MAGDEBURGENSIS.

CCXXXII.

TAm erant superstitiones Veteres ut ab irrationalibus rationes peterent, quibus se in rebus arduis, & magnis gubernarent. In Triumuiratu Augustus Collegas suos Lepidum, & Antonium tolerare non poterat: disimulabat tamen, & amicitiam simulabat. Dū voluptatis gratia rusticaretur aliquando occurrit bajulo, qui Asinum conducebat. Illum, qui vocetur, interrogat; qui respondit, se *Eutychen*, hoc est, *Felicem fortunam* nominari. Concipit nouos animos Iuuenis generosus, & postulat Asini nomen, & audit illum dici *Nicon*, hoc est, *Invictum*, *Victoriosum*; Ergo hoc præuentus oraculo, & nullius aliis expectato consilio, Victoriae Fœlicemq; Fortunam sperans, rejectis à regimine socijs, solus Mundum gubernare decernit.

Hic multa obiter admiranda subueniunt: nam & Asini illo ævo sicut & nostro habebat famam opinionem, & nomen: si concurreret, etiam cum rationalibus, acclamabantur Victoriosi; erantque Regum, et Imperatorum Consiliarij.

PAulus Æmilius, Summus militiæ Princeps contra Persam Macedoniæ Regem institutus, redeunti domum è Senatu suffusa in lacrymas siliola accurrit dicens, *Persa pergit*. Erat autem Persa pulchra quædā huius puerilæ canicula. Audit Æmilius, & loco Oraculi verba puerilæ balbutientis excipiens, in Asiam transit, & victorias fœlicissimas obtinet.

ORABAT solus Vespasianus in Templo, pre-scire cupiens, quid de suâ fortuna dispositum esset Diuinitus. Ingreditur ex abrupto famulus, cui nomen Basilius, & quia Regale nomen est, quasi à Diis missum suscipit, & pro sibi promisso Imperio gratias agit.

CÆsus fuerat & fusus in Pharsalicis campis Pompeij exercitus, & ipse profugus ad Regem Ægypti properabat. Exceptus fuit hospitio in Palatio, quod *Kænophæsiæ* dicebatur: cuius nomen (est enim interpretatum, *Malus Rex*) vt audijt, incepit animo despondere, & se ad malum & perfidum Regem con-

fugisse sentiscens; sero de consilio mutando cogitabat. Tandem Regio mandato plegetur, & caput ad Cæsarem mittitur.

CCXXXIII.

AZO, & Lotharius, clarissimi Iurisconsulti, ab Henrico VII. Imperatore rogati disserbant de Magistratum, Senatum, & Parliamentorum authoritate. Azo populi & Magistratum potestatem supra Principes eruditæ efferebat: Lotharius vero, exuebat lege Principem, illiusque pedibus omnem Magistratum submittebat affirmans, imperandi Principi, exequutioni mandandi Magistratus, obediendi populo gloriam, & obligationem competere. Grata fuit Cæsari resolutio Lotharij, & illum donavit equo generoso & pulcherrimo. Vedit Principis judicium liberale sinceritas & exclamauit dicens, *Lotharius iniquum dixerat, & equum tulit: at Azo equum dixerat, & iniquum tulit*. Et pulchrè: nam & si voces *equum* & *equum* distinguat calamus, in lingua (quidquid de veterum pronuntiatione sit) hodiè coincidunt. Hanc historiam recenset Alciatus Paradox. libr.2. cap.3. & alij etiam Scriptores post illum.

Vult Bodinus ingeniosus videri, & lib.3. cap.5. de Republica *neutrū equo dignum fuisse pronunciat*; & si vniuersaliter vterque locutus fuit, meritò: nam hic obtainere debet Iuris-consultorum Protheorema. *Qui distinguunt loca & tempora, concordat jura*. Sunt regna gladio subjugata, in quibus quæ viator nullis articulis aut priuilegijs, sed sola suorum militum virtute ingressus, dominatur. Hic ponit leges quas vult & quibus vult; vtitur Magistratu vt exequutionum administro, & subditis vniuersis vt seruis. Sunt regna, quæ fuerunt olim libera, & elegerunt sibi Reges (puta vnam personam, vt in Polonia fit: vnam Genealogiam, vt sanctum fuit in alijs locis.) In eiusmodi regnis, quia Populus suos Reges creat, retinet Creatoris majestatem & autoritatem, vultq; Regem esse creaturam; legum tutorem defensoremq; non arbitrum nec prævaricatorem. Sunt alia tandem, in quibus se attemperavit aduocatio violentiæ; in quibus inquam nec coronam Rex debet soli gladio, nec soli subditorum placito; sed partim illi, partim isti: in his habet sua priuilegia & iura Princeps, sua etiam populus; & ita se immiscunt & attemperant jurisdictiones, vt neuter absolutus sit. Sane, si de primo regnorum genere agebatur, Lotharius vnicus audiendus fuit

uit. Si de secundo, vnicus Azo : & tandem si de tertio, neuter. Puto pleraque hodie regna in Europa ad genus tertium pertinere, & in ipsis inter Regem & populum diuidi manifestem, & autoritatem.

CCXXXV.

Vidimus sub initium, quantum alteret sensum dispunctio, aliud enim est dicere, *Fiat equus, auri frenum mandens*; & aliud *Fiat equus auri, frenum mandens*: si enim comma ponitur ante vocem *auri*, illa afficiet frenum, & hoc debebit esse aureu: si autem post illam eamdem vocem pingatur, afficiet equum, & iste debebit aureus esse. Hoc delectatus conceper Martinus Abbas Monasterij de Asello, illud vetus & Monasticum Lemma,

Porta patens esto, nulli claudarishonesto.

Quod pro foribus solet insculpi, ut cæteris Prelatis cautior & ingeniosior videretur, alterauit, & comma promouens, sensum in contrarium peruerit. Curauit sic Inscriptiōnēm sculpi.

Porta patens esto nulli, claudatur honesto.

Videtur clausisse ostium hospitibus, quos ex regulæ præscripto tenebatur admittere: & inhospitalitatis crimen etiam dissolutione aggravasse. Accusatur apud Ordinis Superiores, & deponitur, Successor que, ne historiam ignoraret posteritas, corrigi priorem Inscriptiōnēm, & hunc versum subjungi curauit.

Ob solum punctum caruit Martinus Asello.

Hanc historiam assert Cardanus, & Romano eisdem Summo Pontifici, forte illac iter-agenti Martini depositionem adtribuit. Hoc non moror, quia non acuit, nec obtundit conceptum.

CCXXXVI.

In sexu fragili etiam reperiuntur Heroïdes ingeniosæ, & subtileæ: multæ enim militant generose, & multæ eruditæ discurrunt. Quædam nobilis Virgo, ne fratribus suis minus esset gloria, etiam voluit suo gentiliū Steinmati Leimma Heroicum subscribere: et assumpit hoc dictum: *A Dieu honneur, quod est amplibolon, et duobus expositum sensibus; potest enim æquivalere illi Axiomati Ascetico; Soli D E O honor & gloria, et post efronti huic insolentiae, Vale honor, hoc est, Abi virginitas, nam apud Gallos, (Hispanosque) cum vale dicimus et discedimus, di-*

cimus *A Dieu* (Hisp. *A Dios*) et virginitatem appellamus *Honneur* (Hisp. *Honra*.)

CCXXXVII.

VAcabat Romæ dignitas, ad quam multi candidati adspirabant. Inter alios quidam Coqui divitis filius, qui vanæ gloriæ summo plenus nullis parabat diligentij, et sumptibus, ut cæteris anteferretur. Venit ad Scenatores ille, se et suam causam commendat, & à singulis audit *favebo*. tandem ad Ciceronem venit, qui vt copiosior verbis, ita cæteris urbanior, & benignior fuit visus. *Ego quoque tibi favebo*, ait; & omnes provocavit ad risum: nam, si illud *quoque* retentâ pronunciatione, si scriberetur sic, *cogue*, esset vocatiui casus, & candidati ignobilitatem proclamaret.

CCXXXVIII.

Non est animus Apophthegmatum libri scribere, nec diutius meum Lectorem morari, sed doctrinam sub initium positam exemplis illustrare nonnullis, ut Philomusi ingeniosi artem capiant, & in naturam & ingenium convertant. Addam igitur vnam aut alteram historiam, & ponam calanum.

Duo Reges vicini (vocentur Clodius, & Martianus) profitebantur amicitiam, quam solent Principes & Magnates: amicitiam videlicet, quæ propriam utilitatem, & commoditatem concernat, quam *Concupiscentiam Ethici* verius & prudentius vocarent. Venit Clodius ut stabilitam foveret, & promoveret amicitiam, ut Martiahum inviseret; eius regnum confidenter intravit. Init Danium (hoc est nomen Vrbi Regie, in qua habitabat Martianus) Regio cuktū & apparatu exceptus, amatur, tractatur, honoratur: oraturque ut arcem munitissimam, quæ in confinibus erat, juberet statim militibus Martiani tradi? Quid hic Clodius? Periclitabatur, si concederet: periclitabatur etiam, si negaret. Illâ arce amissa manebat Ciodij regnum incursionibus pervium. Negaret igitur, nec hoc erat consultum; erat enim in Martiani manibus, & poterat aut in carcerem trudi, aut perside vitâ privari. Sumpsit igitur extemporaneum consiliū & scripsit has literas Praefecto Arcis.

Danum veni: & à Rege, summo honore, & amore receperus, nolo videri ingratus. Castrum, cui vos præfeci, jubeo, ut militibus Martiani tradatur

tar hoc ego volo. Non inquiratis uera, siquidem meam voluntatem noscitis, statim obedite, & facite. Datum Dany die, mense, anno, &c.

Discedit Clodius : honorificentissime dimittitur ; ea videlicet die, quo Castrum illud seu Arx esse jam in manibus Martiani credebatur. Discessit, inquam, anxius, dubitans, an intelligi à Præfecto potuerit. Recipit iste literas, & quia datus Danij suspectas, & extortas judicans, ne non obedire dicetur, amphibologicas ait esse, & debere ab Authore explicari. Illa verba, *In beo ut castrum tradatur. Hoc ego volo.* sic intelligebantur vulgo, ut posterior positio priorem firmaret, & si scripsisset Clodius, *In beo, ut Castrum tradatur. hoc enim (videlicet, quod tradatur castrum) ego volo,* at à Præfecto aliter ; nam dicebat, positionem priorem à posteriori exponi ; aut, si contradicere vellent, revocari : & hunc esse literarum exhibitarum sensum, *In beo, ut castrum tradatur ? minime. Hoc (videlicet castrum) ego volo, &c.*

Dum igitur Præfectus de Regiae epistola sensu prudenter disputat, Rex ad suam patriam rediit, & egit Præfecto summas gratias quod se intellexerit, & Martianistis non trididerit Arcem.

Historiam hanc, tantisper alteratam in libris Hispanorum & Gallorum reperies : at quia non ago Politica, sed Critica, malui nomina propria subticere, & acumen tantum sub alienis nominibus repræsentare.

CCXXXIX.

C Laudat discursum hunc S. Franciscus, cuius exemplo doceimus amphibologiam nullum continere mendacium, virosque probos sanctosque qui mentiri non possunt, posse nihilominus uti verbis ambiguis, quæ ab Oriente & Occidente Sole lucem hauriant.



Erat in via Franciscus ; & latro pro-gus coram illo festinans, orat, ne satelliti qui illum persequebantur, se illac transi-revelet ! Superveniunt satellites ; intren-gant, An illac latro transivisset ? & Fran-cus in manicam sinistram, manum dexter-inducens, ait, *Non transivis hac.* quod ei-verum : non enim latro transiverat per Fra-cisei manicam. Alio sensu verba illa ac-pientes satellites judicarunt illam viam w-tenere latronem, & aliam vicinam ingre-exorbitarunt. Vnde Vir sanctus amphibo-cis verbis vtendo latronem à morte liberar-

Et hic, siquidem nullam additurus se historiam, tantisper hæreainus. Se fatig-Authores vt examinent, quem ne manu S. Franciscus motuum fecerit, cum dixit, Na-transivit hac. Alij dicunt manum in manicam induxisse ; alijs in caputum : alijs scalpsisse rem. Primam sententiam, quam habet Agelus in l. qui vas. §. qui ex voluntate. π. de fu-fola obtinet apud Hispanos. Secundam in §. si tibi iudicium, afflct. in constit. in quā column. 3. Ioannes de ana. in c. qui cum fr. cap. de furt. Nevizanus in Sylva nupt. libr. verb. Monitorie num. 31. Et tandem Tenis ipse Angelus in l. §. si tibi iudicium. π. de-dit. ob. turp. caus. Et alij hic Authores mir-tur, vnicam rem tam variè à diversis scribi. Et his vltimis ego respondeo, in concep-tibus, & acuminibus non historiae veritatem sed ingenium Scriptoris requiri. Sive San-ctus Franciscus manum in manicam sive in caputum, &c. induxisse dicatur, semper iden-conceptus manet, nam latro non transi-iac. Quid, si hoc non S. Francisco, sed alii Religioso acciderit ? quid, si acciderit multis ? quid, si nulli ? Idem semper concep-tus remanebit. Abeant ergo censores, non cura eos habere locum volumus, quando non que-ritur quis, ubi, aut quando dixerit ? sed quid & vtrum ingeniose dicatur ?



SHINX IOCO-SERIA.

*Per illuſtris, & ampliſſimi Domini D. Petri
Franciſci Paſſerini, &c.*

CCXL.



P H I N G E M Logographis addo: ingenioso, & erudito D. Paſſerini calamo scriptam, & à doctis laudatam; dignam, quæ attentè legatur, multa enim curiosa, & acuta complectitur. Illam ex Schediasmatibus Academicis anno MDCL. Placentiæ editis sumo: Illam Author *Didecastichon Abecedario-grammatico-Musico-poëtico-georgic-architectonic-ari-thmetico-geometric-hieroglyphico-iuridico-philosophico-theologicum* appellat, & meritò, quoniam Artis Abecedariæ Grammaticæ, Musicæ, Poëticæ, Georgicæ, Architectonicæ, Arithmeticæ, Geometricæ, Hieroglyphicæ, Iuridicæ, Philosophicæ, & Theologicæ flauissas opulentas complectitur. Mihi sanè huius Sphingis ingeniosa conformatio perplacuit, & quia materia est similis, huic illam libro in gratiam Lectorum adscribo.



Illustrissimo Domino D. Bernardo Morando Patritio Genuensi, Nobili Placentino, Acad. incognito, &c.

Petrus Franciscus Paſſerinus S.

Illustrissime D.

MOnstra ipſa monſtrari volunt, Eruditissime Morande, & publica cum luce propriam appetant libertatem. Meā hanc Sphingem, ut ſi tis eius volunlati facerem, publicē manumifī, ſed ut in eam amoři meo morem gerrem, non ſine Patrono dimiſi. Quem vero Sphingi Iocoferia diligentiorem deligerem in Patronum, quam Te ipſum, qui

Carmine, ſeu proſa, lufus, ſeu ſeria ſcribas, ſemper in praeclariffimis omnibus ingeni, Doctrinaeq; Tua monumentis, ſed præcipue in Rosalindæ,

Omne feres punctū, qui miſces utile dulci, Quamobrem, ut Tua illa felicis Ingeny facunditas, & ampliſſima Eruditionis amoenitas hoc ipſum tibi cunulatissimè pŕeſtant, ita singularis ingenuitatis humanitas Tuum Sphingi patrocinii pollicetur. Vale, & me, quod facis, amare perge.

Placentiæ Idibus Ianuarij M DC L.



S P H I N X

IOCO-SERIA,

CCXLI:



VINGENTOS, & nonaginta quinque Latinos.
 Martis, & Eumenidum concordi fronte sequente,
 Integra continuo cum nec vox ipsa supersit,
 Fronte carens succidis Epee Simonidis Heros:
 Mox ego pone sequor bis binis casibus iactus,
 Quatuor, & demptis sexcentum immobilis vrget
 Sphæra, vbiuis, cui centrum, circumlatio nusquam,
 Hanc id, mus cuius nota, me pro puppe reposito:
 Tum per me sulcum claudunt, renouantque secundum
 Te duce dextrorum pergendo more Latino:
 Tertia mox resonat vox, quam schola musica format.
 Longaque vindictæ; sed decollata cupido.
 Carbilij inuentum facit, vt præsentia tantum,
 Quod sequitur, doceat; sine quo ventura doceret.
 En sine fine tibi mel, & arculus absque sagitta:
 En tot, quot medio vngue introrsum læua plicato,
 Fortior, & quinto innuit: ecce secunda secundæ
 Pars, Delatorumq; nota, Archifabriq; libella,
 Cui centum è Græcis drachmarum pondus adhæret,
 Finis enim rerum omnium apex tandem omnia claudit.

S P H I N H I S

IOCO-SERIAE

Nodi Enodati.

MUltiplex est, & multiceps, immo-
 centuplex, & cepticeps, propemo-
 dum Sphingis huius enigma, ut ex
 illius Inscriptione, & Didecasti-
 chi Epitheto ex plurimis nominibus com-
 posito non obscurè cognosci potest. Illud in v-

niuersum quodammodo dici potest. Quot
 verba tot Ænigmata singula è singulis diffi-
 cultatum fontibus eruta, ut vnaquæque Æni-
 gmatis particula noua, peculiarique indigeat
 expositione. Luditur sapè, ac sæpius in ver-
 bis; sed uerborum sensus tam serius est, ut nil
 grauius dici queat, & non immerito Sphin-
 gem Ioco-seriam dixerimus. Nouam nomi-
 num, & Epithetorum huiusmodi composicio-
 nem non demirabitur, qui Francisci Suuerti
 Viri in primis eruditæ *Epitaphia Ioco-seria* in-
 scripta animaduerterit, & apud Palutum, ac
 Lucilium *Nugipolylognides*, *Argentextenbro-
 nides Hippocampelephantocamelus*, & alia similia
 legeris

legerit, qui omnes Lepidum illud Aristophanicum è partibus duodetriginta constatum exemplari sunt, ut optimè tradit Gulielmus Baius de Græcorum accentibus: cui adiungi potest Iosephus Scaliger in suis in Varronem Coniectaneis, qui Hegesandri veteris Poetæ in Sophistas Epigramma sic exprimere tentauit.

*Silonicaperones, vibrissasperomenti,
Manticobarbicola, exterebropatina,
Planipedatqueluncernitui, suffarcinamicti,
Nectilatentiuori, noctidolostudy.
Pullipremoplagy, sutelocaptiotrica,
Rumigerancupide, Nugicanoricrepi.*

Addatur, & elegantissimus, ac festiuissimus Ioannes Laurembergius in Regia Academia Sorana Mathematum Interpres Otij Sorani Epigram: LVIII. In Cascouros.

IN CASEOVOROS.

*Rancidouerminori, viuentecadauerilamba,
Lumbricocomeda, putrigurritifera,
Latrinifæthircomephitistercorolentes,
Oregrauipeda, gutturimerderorahi,
Dicite, num vobis, quis putriuermeliquescens
Casens ambrosia est, nautea nectar erit?
Quingenios, & nonaginta quinq; Latinos, &c.
Quid sint tot hi Latini, quos sola Martis, &
Eumenidum frons insequitur, diuinabit, qui
Numerorum Notas, seu Numerales Literas
à Romanis didicerit; ex Paulo enim Manu-
tio, & Prisciano, qui hæc fusius persecuti sūt,
I vnum, V quinque, X decem, L quinquaginta,
C centum, D quingentos, & M mille
designabat, quod nos ipsi quoque passim usur-
pamus. Hinc Chronographica, seu Chrono-
logica dicuntur, quæcumque ex numerali-
bus hisce literis annorum numerum, quem
quisque uoluerit verbis ipsis inclusum indi-
cant, quale est Io: Baptiste Spadij Ord. Præd.
Eruditissimi Viri, Eximijq; operofissimorum
huiusmodi operum Artificis Chronodisti-
chon de obitu Thomæ Turci eiusdem Ordini-
nis Magistri Generalis.*

*Qui fVI Iter Is VIrte Vrc InsIgnIs In astra
Tendit Iter MerItIs tVrCVs ab orbe gravis.*

Necnon Chronographicum Preconiū, quod
de FRANCISCA NICELIA tum generis,
tum Virtutum omnium splendolibus Illu-
strissima Heroina (cui postea Religioso cum

Habitu Religiosissimum VIOLÆ MARIAE
nomen inditum est) summa cum celebri-
tate Placentiæ Cisterciensium D. Franchæ
Monasterium, & Ordinem ingredienre nu-
per ego ipse pro tempore; sed ex tempore lu-
si, ut inter Applausus variorum Auctorum
tunc editos videre est pag. 31. & 32 per quin-
gentos igitur, & nonaginta quinque Latinos
Sphinx intelligendas indicat notas illas, seu
numerales literas, quæ numerum istum Lat-
inorum more conficiunt. Quare D nobis erit
loco quingentorum, & V pro quinque; sed
quoniam modo nonaginta designabuntur? ut
X ante L, vel C decem demit insequenti,
maioriq; numero, & tum XL quadraginta,
XC verò nonaginta, ita VC nonaginta quin-
que significabunt, cum etiam V ante C ex
centenario quiniarium tollat. Hinc aperte
constat Latinos hosce quingentos, & nona-
ginta quinque nil aliud esse, quām tres hasce
literas Alphabeti Latini DVC, Græci enim
ipsi quoque Alphabeti sui characteribus, sed
longe secus, ac Latini pro numerorum notis
utuntur, quod cum nihil in hanc rem hic re-
censere superuacaneum puto. Tandem ergo,
ut clarissimè patet primus iste, atque integer
Sphingis nostræ versus nihil aliud, quām
breuem hanc voculam DVC designat, sicuti
ex toto Didecastico Distichon unum tatum,
quod demum omnibus planum fier, eruemus.
Concordat autem mirum in modum cum
primo isto Sphingis nostræ nodo nodus ille
notus, DVX inscriptus.

*Qui de Quingentis, de Quinque Decemque sit
unus,
Ille meis precibus dignum poterit dare munus.
Martis, & Eumenidum concordi fronte sequente)*

Quò longior fuit Primi nodi enodatio, cò
breuior erit Secundæ huius difficultatis ex-
plicatio. Martis, & Eumenidum frons hoc
in loco nil aliud est, quām prima vocum ha-
rum *Martis*, & *Eumenidum* pars, nimirum pri-
ma nominum iplorum elementa, M, & E,
quæ idcirco concordia dicuntur, quòd ambo
vnam in syllabam ex se se coalescant. Sic Iu-
lius Cæsar Scaliger in Logographis primam
vocis *Ouis* particulam, seu literam, caput ap-
pellauit.

*Imbellis tota est; caput exime, vis erit illi.
Si enim à verbo *Ouis* O detraxeris, remanet ti-
bi *Vis*.*

*Integra continuo cum nec vox ipsa superficit
Tertius iste nodus facile soluitur, si animad-
uertatur dictionem illam Nec hic nihil signifi-
care*

care, & hunc esse versus huius sensum: cum, post bina illa verba DVC ME nuper expresa, vox ipsa NEC integra tertio remaneat loco,

Fronte carens succedit Epee Simonidis Heros)
Quis sit Heros iste, qui sine fronte quartam occupat, sedem post tertiam dictio nem Nec, eruditissimus Caussinus in suo Polyhist. Symbolic. lib. 7. cap. 15. non obscurè innuit his verbis. *Simonides, cum in Carthaea degeret Cei insulae oppido, agendi, canendique choros ratione docuit, schola procul e mari sita in urbis superiore parte, iuxta templum Apollinis; aquam vero tunc petebat ex inferiore urbis regione, ad uehementem aquam, quem Epeum appellabat, quod Epeus Heros similiter diceretur Atridis aquam ministrasse.* Alinus ergo Epeus est Simonidis Heros, qui, si vocandi casu efferatur, ut in hoc casu opus est, & fronte careat. id est, prima sui parte videlicet A, relinquet nobis verbum hoc fine, quod ipsissimum à Sphinge nostra descriptum est.

Mox ego pone sequor bis binis casibus ictus)
Grammaticorum usus obtinuit, ut variæ nominum inflexiones Casus nominentur, quare si Pronomen *Ego* quatuor inflexiones, seu causus, subeat, ad eum, quem Accusandi casum vocant, perueniet, & in Pronomen ME migrabit, quod hic iuxta Sphingis ipsius sensum post *Sine* apponendum est.

Quatuor, & demptis, sexcentum immobilis urget, &c.

Si ex secentis quatuor tollas, fiunt nonaginta & fex; quandoquidem vero supra vidimus nonaginta quinque nil aliud fuisse, quam tria haec Alphabeti Latini elementa D V C, ita nunc superaddito I, quod unum denotat, nonaginta sex erunt quatuor istæ literæ DVCI. vnde iam habemus ex Didecastichi nodis haec tenus explicatis, DVC ME, NEC SINE ME DVCI; sed post haec quid reliquum est?

Immobilis urget

Sphera, ubi in cuius centrum, circumlatio nusquam)

Ad hanc Sphaeram inueniendam, & probè di-
gnoscendam Lectori lumen præfert, & cum
quodammodo manu dicit Pius Rubeus Pla-
centinus, qui, ut in omnibus, quæ plurima
conscriptis, operibus suis vere pius, mirè e-
ruditus, & plane doctus, ita in Commentarijs,
quos in res D. Hieronymi gestas edidit,
omnino mirabilis, cum cap. 11. num. 39. Dei
sedem ubique esse dixisset, statim modum do-
cet, & infert. *Igitur quemadmodum in Celo*
per reuelationem, in Sole per representationem, in
Sanctis per sanctificationem, sic in Inferno secun-

dum iustitia executionem sedere pro Tribunal dicitur, Propheta testante, qui ait: Si ascendero in celum, tu illic es; si descendero in infernum, adeo. Sed Trismegistus, ut videre est apud Vasquez in 1. p. tom. 1. disp. 29. num. 23. tam aperte nodum hunc enodat, ut eo auditio, quod inquirimus, meridiana luce clarius appareat, sic enim Deum describit, ut eum dicat esse Sphaeram immobilem, cuius centrum sit ubiq; circumferentia vero nusquam. Quis autem adhuc dubitet, quin haec Sphingis nostræ Sphaeram DEVIS sit?

Hanc id, mus cuius nota)

Sphaeram, quam modo innuimus, subsequitur id, cuius inus symbolum est, ac hieroglyphicum. Quapropter videndum nobis est, cuiusnam rei mus signum sit. Ioannes Crotus Murem amici fucati, & fugacis notam lepidè putat, quod mus ingratus, incensa domo fugiat.

*Vixisti mecum, fortuna matre: nouerca
Me fugis; & poteras æqua, & iniqua pati.*

Ex Hori tamen Apollinis sententia Hierogl. 47. cui accedit Pierins lib. 13. de Mure n. 2. ab Ægyptijs Sacerdotibus per Murem Optio designabatur. *Multis siquidem*, ait Horus, *varisque appositis panibus, mus purissimum, atq; optimum reddit.* Propterca, & Pistorum iudicium ex muribus sumitur.

Optio, igitur id est, cuius Hieroglyphicum Mus est, quodq; hoc in loco post DEVIS adiungendum est.

Me pro fine reposito) i. loco ultimæ literæ quæ in nomine *Optio* est O ultimum, ponatur Monosyllabon hoc *Me*, ita ut ex vtraque parte. *Optime coalescat.* Ultima enim vocis aliquius pars puppis, & prima prora, ducta à nauibus similitudine, ænigmaticè interdum nuncupari solet: vnde quidam *AVE* dicturus Amico versum scripsit,

*Mitto tibi NAVEM prora, puppique carentem;
Tum per me sulcum claudunt*) Arare nonnunquam idem est, ac scribere, Isid. ex Atta Satyr.

Mucroneque aremus osse.

Quia in cerata scribebant tabella. Indè exarare. Ouid. 3. de ponto.

Ad fratrem scriptas exarat illa notas.

Immo sulcare ipissimum scribere est. Ennod. *Otia Niliacis non passus carmina biblis.* Sulcati ac proindè sulci erunt lineæ, & versus ab altero in alterum paginæ latus arati. Hinc Prud. hymn. 9. de S. Cassian. M. *Indè alij stimulos, & acumina ferrea vibrant,*

Qua

*Qua parte aratis cera sulcis scribitur .
Sed quæ nam sulcum, & versum hunc nostrum
claudunt ? ea ipsamet verbula per me sulco, &
primo Distichi, quod Sphinx ænigmaticè, &
pedetentim exprimit , versui finem faciunt,
quem integrum exhibeo .*

Duc me , nec sine me duci , Deus optime , per me .

*Renonantque secundum
Te duce) hoc est . Et duo hæc ipsa nomina
Te duce inchoant alterum Distichi versum .*

Dextrorum pergendo more Latino)

*Quia non omnes populi eodem vtuntur per-
gendi more in scribendo ; sed alij , vt Latini ,
dextrorum semper pergunt , idest à lœua in
dextram sine retrogressione ad lœuam ; alij , vt
faciunt Aratores , cum retrogressione ad lœuam ;
alij sinistrorum semper tendunt , vt He-
brei ; alij sursum ; alij deorsum , alij etiam
diametaliter incedunt . Ex quibus omnibus
scribendi modi eruuntur , quos videre po-
tes apud eruditissimum virum Hermannum
Hugonem De prima Scribendi origine cap . 8
vbi rem hanc vniuersam tam enucleatē per-
tractat , vt nil melius desiderari , aut dici posse
crediderim .*

*Tertia mox resonat vox , quam Schola Musica
format)*

*Voces , quibus Musici ad sonos suos exprimē-
dos primum vtuntur , sex sunt ad id à Guido-
ne Aret. cofictæ , nimirum , Vt , Re , Mi , Fa ,
Sol , La , quas in hoc Disticho comprehensas
habes .*

*VT RElouet MISerum FAtum , SOLitosque
LAbores*

Aenī : sit dulcis Musica noster amor .

*Et Franciscus Cameranus in suo Heptacala-
mo non solum harum quasi scalarum ascen-
sum ; sed descensum simul , & regressum uno ,
eodemque Disticho ad S. Michaëlem Ar-
chang. conclusit .*

*VT REprimar , Michael , FAmi SOLuta
LAtrat ,
LAcertum SOLidi Fac MIhi REGis VTi .*

*Propterea tertia musicarum istarum vocum
est MI , quam hic Sphinx nostra verbis TE
DVCE subiungit .*

*Quid sit longa vindictæ cupidus docet Basilius
nomil. de Ira . Indignatio , inquit , & ira plu-
ri. um inuicem differunt : est enim indignatio si-
mulus quidam brevis , & subitus , acutusque pas-
sionis vapor ; ira verò permanens , ac diurna tri-
stitia , aptaque se se otiose ulcisci , velut libido quæ-*

*dam se vindicandi , sit igitur hoc in loco longa
vindictæ cupidus Ira ; sed ira decollata quæ
nam erit ? anne Ira ipsa absq; capite , i. absq;
prima verbi litera , quæ est I ? ita plane . De-
collare enim Suetonio est caput amputare , vt
videre est in Caligula : vnde ex Ira remanet
tantum Ra , quod cum Mi mox à Musicis mu-
tuato integrum nomen MIRA componit , &
tertium secundi huius versus verbum con-
surgit .*

*Carbiliq Inuentum facit , ut præsentia tantū ,
Quod sequitur , doceat : sine quo ventura do-
ceret)*

*Spurium Carbilium Inuentorem fuisse literæ
G. testatur Ioannes Rauisius in Officina , vbi
de Inuentoribus diuersarum rerum , Herman-
nus Hugo de re Literariæ antiquitate cap . 4.
& 7. Anteā enim Latini C vtebantur pro G ,
vt Caius , Cneus pro Gaio , Gneo . Sed quo
pacto litera G efficiat , vt quod subsequitur ,
præsentia tantum doceat , & absque illa futu-
ra simul indicet , satis adhuc apertum nequa-
quam est . Ne pluribus hic te morer , de ver-
bo GERO sermo est , quod , iuxta Gramma-
ticorum loquendi modum , præsentis quidem
temporis est ; sed sine G futuri fieret ; quia re-
maneret verbum ERO , & nullæ amplius te-
nebrae sunt .*

En sine fine tibimet)

*I E S V S mihi est , ait Bernard. ferm . 15 . in Cat .
mel in ore , in aure melos , in corde inbilus . Richar .
de Laud. Virg . cap . 2 . Bernardum secutus .
Sicut inquit , nomen I E S V mel in ore , in aure
melos , in corde inbilus , sic & nomen M A R I A S ,
& etiam amplius , si dicere audeamus nunquid
igitur dulcissima ista Iesu , & Marie nomina
sine fine mel istud erunt , quod Sphinx nostra
nobis hic offert ? enim uero libenter id ipsum
amplectetur doctissimus èquè ac integerissi-
mus Mariæ cultor Nouarinus , qui in Vmbra
sua Virginæ Excurs . 128 . Mel inquit , Iesu no-
men , mel Mariæ ; libentissimè vero illud idem
asseret Hippolitus Marraccius Marianorum
æui nostri Scriptorum Coryphæus , vir , vt in-
genio , ac eruditione , ita pietate , ac ingenui-
tate mirè amabilis , & verè admirabilis , cui
nihil in terris dulcior , quam Maria , ac Ma-
riæ cultus : quod non modo Apostoli , Ponti-
fices , & Fundatores Mariani , nec non Bibliotheca
ipsa Mariana mirandum in modum Maria-
no melle manantes satis aperte hucusque in-
dicarunt : sed Cesares ipsi Mariani (quos audi-
t in dies expectamus) atque alia propemodum
innumeræ eiusdem opera iam prælo præpara-
ta , quæ Marianum sibi nomen omnia præse-
ferunt ,*

ferunt, magis, ac magis comprobabunt.

Sed ne quaquam de melle isto, exerto-
quin suauissimo, ac infinita prorsus dulcedi-
ne affluentissimo, Sphingem hanc locutam
fuisse censuerim. *Mel* istud sine fine erit Pro-
nomen hoc ME, dempta à nomine MEL li-
tera L, quæ ibi ultimo loco erat.

E arcus absq; sagitta)

Arcus iste sine sagitta; sed non sine neruo, &
chorda, tam aperte literam D grandiusculam
exprimit, vt nulla alia ad id opus sit explica-
tione. Hac eadem similitudine usus est ad
Griphi sui literas describendas, quem in no-
men IESVS conscripsit elegantissimus vir
Franciscus Bencius.

*Par hicus insequitur sanguinis flexibus arcus,
Cui propè sit uelox apta sagitta manu, &c.*

*En tot, quo medio ungue introrsum lera pli-
cato,*

Fortior & quinto innuit)

Beda lib. de Indigitat. & Pierius Valerian.
lib. 37. tūm verbis exprimunt, tūm figuris
ipsis ostendunt, quem numerum tam dextera,
quam sinistra manus singulis digitorum
complicationibus innuant. Sinistra ergo manus,
si in palmam digitum inflectat impudi-
cum, quem etiam à Satyrico medium unguem
dictum videmus,

*Cum fortuna ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumque ostenderet
unguem.*

Quinarium numerum significat, qui Latinis
est, vt superius etiam diximus, litera V. for-
tior verò manus, nimirum dextera, quinto,
seu auriculari digito introrsum pariter plica-
to, centum designat, nimirum C. nam læua
manu per hanc Indigationis artem numeros
omnes centenario inferiores exprimere pos-
sumus; sed centenarium, & alios omnes cen-
tenario maiores dextera manu significamus.
Vnde Iuuinalis dixit.

*Felix nimirum, qui tot per secula vitam
Distulit atque suos iam dextra computat annos
Ut centenarium annorum numerum denotaret.*

Ecce secunda secunda Pars)

Secundum elementum vocis huius Secunde,
videlicet E, verè secunda Secunde pars est. Si
autem simul literas DVC superius explicatas
cum E mox allata iungamus, fiet DVCE,
quod ipsa Sphingis mens est.

Delatorumque nota)

Apud Boet. lib. 1. Tul. 2. off. Auson. epist. 15.
Valer. Max. lib. 6. c. 4. vocantur notæ capun-

cta, signa, & stigmata, quas literas seruiles
appellauit Seneca, quod intamiae, & probi
causa fugitiuorum seruoruin frontibus, cer-
uicibus, facie, dorso, vel manui inureren-
tur, vnde serui illi dicti deinde Stigmatæ,
Inscripti, Stigmatici, & Literati. Calumnia-
toribus autem, teste Lipsio 2. Elect. cap. 15.
K imprimebatur, quod antiquitus Kalumnia
scriberetur; T furibus, M. homicidis, & D
denique delatoribus, vt obseruauit Hugo ip-
se cap. 19.

*Archifabrique libella) Architeconicam
libellam, si literæ figuram attente speces,
ipsissimam A esse cognoscet. sic eam vocat
Ludouicus Dulc. Dialog. de Memor. augēd.
& conseruanda pagin. mihi 53. & 56.*

*Cui centum è Græcis drachmarum pondus ad-
haret)*


Pondus centum drachmarum à Græcis sum-
pto nomine Mna dicitur, ita nos docuit Plinius lib. 25. Mna, quam nostri minam vocam
pendet drachmas Atticas centum, & copiosissi-
mè doctissimus vir Budæus de Asse lib. 3. D.
igitur, A & MNA penultimum Distichi ver-
bum componunt, quod est DAMNA.

*Finis enim rerum omnium apex tandem omnia
claudit)*

Vltimus iste Sphingis versus vltimum Distichus
in Didecasticho latentis verbum conti-
net; sed, vt summo, ac extremo loco est, ita
summas, & extrebas quodammodo tenebras
nobis offundit. Apex hoc in loco est prima,
ac suprema pars quatuor horum verborum.
Finis enim rerum omnium, adeò vt versum huc
integrum sic exponere necesse sit: denique
prima litera singulorum 4. horum verborum,
Finis enim rerum omnium, quæ simul verbum
FERO constituunt, Sphingi nostræ Iocose-
riæ finem imponunt, quia uerbum hoc Fero
Distichum claudit quod è Didecastichi quasi
uisceribus iam tandem prodit in lucem, &
Sphingem uere non Iocosam tantum, sed se-
riam quoq; fuisse cumulatissimè demonstrat.

*Duc me, nec sine me duci, DEVS optime,
per me:*

*Te Duce, mira gero, me duce damna
fero.*



RELIGIONIS

ALPHA, ET OMEGA;

Siue Hexastichon Christianæ perfectionis Compendium.

CCXLIII.

Ad Illustrissimam D. D. Violam Mariam, Nicellam, Religiosissimam Cisterciensis Ordinis Virginem.



LLVSTRISSIMA DOMINA-Sumum Christianæ perfectionis culmē summē anhe-lanti, quid breuisima longissima Artium Artis Epitoma gratiū s offerri potest? Eam hic habes Religiosissi-ma Virgo, & quemadmodum nulla culminis ar-

duitas, atque asperitas inclytam animi tui gene-roositatem deterrere, ita nec Epitomes huius te-nebre admirandum illud ingenij Tui lumen, & acumen obscurare poterunt. Macte igitur ad sa-crarum Virginum gloriam nata, lectissima Ci-sterciensis Paradisi VIOLA: quo approperas, aduola, & vale. Placentiae Idibus Ianuarij, M. DC. L.

Humill. Seru.

Petrus Franciscus Passerinus.



Audia mærores, lucra damna, opprobria honores
Interim vitam, cunctaq; crede nihil.
Nil est præteritum, nil præsens, nilq; futurum;
Quod fuit, est, & erit; nil fuit, est, & erit.
Quod nil non sit, sed simul omnia, & omnibus VNVM est.
Omnia age, VNVM vt agas; VNVM habe, & omnia ha-(bes:

Christianæ Perfectionis disciplina in Hexasticho latens indicatur.

PEligionis Alpha, & Omega, cum harum literarum prima Græcorum Alphabetum inchoet, altera claudat, nihil aliud nobis sunt, quam totius Christianæ Perfectionis summa. Hinc Christus ipse Apocalyp. 1. de se ipso dixit, *Ego sum Alpha, & Omega, rerum, inquam, omnium summa, ut propterea ab Ænigmato-grapho benè dictum fuerit.*

*Prima rudimenti, supremaj; litera Græci:
Soli sit laus, & gratia Christe tibi.*

Cum autem Christianæ Perfectionis gra-dus tres propemodum ab omnibus statuan-tur, Incipientium, Proficientium, & Per-

fectorum, quibus tria illa Purgandi Illumi-nandi, & Proficiendi munera ex Apostolica Traditione tribuntur, tria itidem Hexasti-chi nostri Disticha tribus illis cùm gradibus tum muneribus non obscurè conueniunt, vt animaduertenti facile constabit.

Gaudia mærores, &c. quia ex Io. Epist. 1. c. 2. Omne quod est in mundo, Concupiscentia car-nis est, & Concupiscentia oculorum, & superbia vite. Et saluator ipse, qui prima posuit Mo-nastices fundamenta, quatenus tria vota con-suluit religionis essentialia, eaq; seruanda dedit contendentibus ad perfectionis apicem dixit, Qui vult venire post me abneget semeti-psum

psum, & tollat crucem suam, & sequatur me.
Quibus verbis non modo paupertatis, & obediencie, votum expræsse significatur, sed etiam cœlibatus includitur; non enim sequitur Christum, qui per carnis oblectamenta vestigia sigens vitam immaculato calle non transiit, sicut ille persimilis Angelis transiit. Quæ docte, ac diserte persequitur eruditissimus, & acutissimus Vir Dominicus de Pueronibus de Regularium Aristocratiam. tom. 2. cap. ix. num. 6. 7. 8.

Interitum vitam, &c. quoniam

*Frigida mors vitam, mortem rapit altera vita:
Mors vana vite finis, origo bone.*

Sicuti enim interitus noster nouæ vita principium, ita vita nostra mortis exordium est. *Ipsum vivere* inquit Greg. in Iob. 34. quasi ad mortem ire est; & quot dies vita peragimus, quasi in itinere ad locum propositum tot passibus propinquamus ipsa quippe augmenta temporum sunt detimenta, quia vita nostra spatia, quanta esse caperint, incipiunt in tanta non esse. Hinc vita nostra sapienter aquis comparatur, omnes enim morimur, & quasi aquæ dilabibur 2. Reg. 14. & nauiganti similis dicitur. *Is. etenim, qui naniat,* inquit Greg. lib. 6. epist. 26. stat, sedet, iacet, vadit, quia impulsu nantis ducitur; ita & nos sumus, qui sine vigilantes, sine dormientes, sine tacentes, sine loquentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. Quod idem sapientissime animaduertit in eruditissimo, & copiosissimo Tract. suo de Aquis cap. 5. num. 15. Io. Baptista Gargiarcus excellensissimus Æui nostri Iurisconsultus, & Parmesium, ac Placentinorum Ducis Consiliarius, Vir Doctrinarum omnium splendoribus vere Illustrissimus, virtutum omnium ornamenti, mire amabilis, & admirabilis, editisq; literarum monumentis iam nunc toti notissimus Orbi.

Cunctaq; crede nihil. nam somnia sunt omnia. Vix aduolant, mox auolant: ludunt, & illudunt; quia nihil est, quicquid ex nihilo est Hinc sapientissime Eruditissimus Vir Augustinus Baratterius Cotonensis Theologus prouerbiorum (quæ manuscripta apud Io. Baptistam Barraterium ingenuis artibus

instructissimum Auctoris nepotem lucem pestant) lib. 2. Verb. Richeze Ghomamiam Ex nihilo nihil fit, ita interpretatur, creata omnia ideò esse dicantur, vel quæ semper creata quæq; natura sua ad nihilum vergant, nisi a Deo ipso a nihilo quodammodo retrahantur, vel quod ipsa ipsissimum nihil sint, cum in nihilum illico ab eo, qui ex nihilo extraxit, iterum redigi possint, affine est, quod Amos ipse Propheta dixit: *Væ illis, qui latantur in nihilo.* Quæ enim ex nihilo sunt, nihili naturam ex se se servant, & nihil non incogruè dici possunt.

Nil est præteritum, &c. nam

Esse, fuisse, fore tria florida sunt sine flore.

Id simel omne perit, quod fuit, est, &c.

*Quapropter omnes exclamant,
O vitam innuitam, o incommoda commoda! fortis
Exortem! expem o spem! vana omnia, & omnia vana.*

Et ratio est, quia, vt Sap. 5. 13. nati continuo desinimus esse, & nihil sunt dies nostri ex Iob. cap. 7. quod enim præteritum vita est, iam non est; quod futurum est, nondum est; quod autem præsens est, instans est, quod tam breve est, vt mentium aciem, nondum oculorum obtutum, vel sensuum perceptionem effugiat, & cum illud adespicias, iam præteriisse vides.

Quod nil non sit, &c. Deus enim est, qui est hinc.

Omnia ab uno

Omnia ad unum

Quidquid ab uno

Tendit ad unum.

Omnia age, unum ut agas, nam primo quærendum Regnum Dei, & omnia adjicientur nobis. *Quæ spectant illa Christi verba* Luc. 10. *Martha. Marta sollicita es, & turbaris erga plurima.* Porro unum est necessarium. Omnis enim cura, & sollicitudo rerum mundanarum vni animæ saluti postponenda est, & vni Deo inferuire debet. Ut sapientissime locum hunc explicat Bonacursius in Euang. Festi Assumpt. B.M.V.

Vnum habe, & omnia habes. quia

Viuimus ex Te, || Tendimus ad te,

Fidimus in te, || Non nisi per Te

Optime Christe.



Clarissimo, & Perillustri Viro D.
Blasio Cusano, Regio Iuris Cae-
sarei Doctori, & Professori,
&c. Poeta Laureato, &c.
Amico optimo, &c.



VSANO Apollini, quē
exesse iusto decrepito
Musarum Deo, Parnas-
sus iunior veneratur, &
suspicit, Natalis diei so-
lennitatem celebranti,
salutem dico, Xenium
mitto. Illam, vt nouis

ingenij sui conceptibus Orbem literarum
illustret: hoc, vt Anonymo Insubricæ Hippo-
crenes Paranympno Magnum illum Lit-
tam Mediolanensium Archiepiscopum cele-
branti applausus litet. Mitto Tabulam ab
Apelle, qui nosci non vult, delineatam, in
qua Author latens, velit nolit, cognoscitur:
& laudes, quas mæretur, adquirit. Ut vidi,
vt legi folium, ingenium conditoris suspesi,
& à posteriori ad eius cognitionem perue-
niens accinui.

*Phabē lateres, si te fortē latere lateret,
Hac tamen in Tabulā te latuissē patet.*


Et in quā, queris, Tabulā? in breuissima,
quæ imminenos capit Metametricarum diui-
tiarum thesauros, quæ sola poterit plerosq;
omnes Appollines, quos liber hic dilucidat,
illustrare, & ditare præfert hanc Epigra-
phen.

Clarissime F. mæ Inuictissimi Sanctæ Medio-
lanensis Ecclesie Atlantis, per obsequentissimum
Ciucm, humillimum Seruum OBUMERATIO, ne
glorioso tanti Antistitis splendori innideat Apollo.

Antistes, cuius meminit est Illustrissimus,
& Reuerendissimus Dominus, & Comes,
D. Alphonsus Litta, Vir tanto Homero di-
gnus, quem ob auita stemmata, ingenij do-
tes, vita innocentiam, & scientiarum stu-
dium celebrauit sera posteritas actis æterni-
tatis.

Eiectus est ad Archiepiscopalem dignita-
tem anno Domini M. DC. LII. quem hoc
Chronicon exprimit.

Pingebatur lusoria Tabula (Hisp. (El Iue-
go del Alxedres) hac enim Illustrissimum Litta-
re Familiæ Stemma ornatur, & sicut Stel-
la radijs his coronabatur Hemistichijs.



Alphonsus Litta, ac bene	206.
Sortem elusit in anno,	230.
Palladis aptatum vt	196.
Vidit Sors inscia ludum	248.
Audax en Dominam	130.
Subito se creditit eius	227.
Ludus erat pro Mitra,	219.
Et vicit Palladis arte,	196.
S V M M A	
	1652.

Est Tetrastichon Chronicon ad Apollinem
Arithmeticum pertinens, & quia hoc artifi-
cium paucis notum eidem, ceu labyrintho
clauso inscribuntur hi versus.

Talibus umbratam numerisme hand dicio quis-
quis

Rerum sic tempus sum mage clara notans.

*Quod si me vis talem, haud me contemnito sal-
tem,*

Vt tibi lux numerus sit, mihi obumbret opus.

Litticus hic Ludus nescit (præfigio sortem).

Consilia, ne ludas, ni tibi Pallas erit.

Etiam me Iudice est clausum hoc Hexastichū.
Ergo ad Hemistichia posita reuertamur, quæ
debent reseruari hac Clavi.

1	2	3	4	5	6	7	8
A	B	C	D	E	F	G	H
9	10	11	12	13	14	15	16
I	K	L	M	N	O	P	Q
17	18	19	20	21	22	23	
R	S	T	V	X	Y	Z.	&c.

Ecce singulæ literæ suum valorem numera-
rium habent, omnesq; simul annum 1652. e-
xhibent, vt in Apolline Arithmetico videre
poteris, in quo Chronica ingeniosa reperies.

A Ddebatur Acrostichum, in quo bis lege-
batur Illustrissimum Cognomen Litta.
illud subscibo.

Lucifer	Insubria	Tutamen	Traderis	Are
Italiæ	lux	Cleriq;	Illustrissime splendor	
Telluris	salue	Heros	Praeful	cōcelebrād ⁹
Totius	Princeps	Virtutis	Sydas	Honoris
Atlas	Religionis	Aniator	Amoris	Imago.

In hoc pœasticho gratiæ, & Charites Apo-
lini diuersorum reluent.

Primæ singulorum versuum literæ dant
Cognomen nobilissimum LITTA, secundo
Acrostichi Parnassi influxu.

Primæ singularum vocum in primo versu
resonant LITTA, Apollinis Paromei influxu.
P Ræterea Musarum directarum influxu, ver-
sus sequentes legimus.

Lucifer

*Lucifer, Insubria tutamen: traderis Are
Italie lux, cleroq; Illustrissime splendor. &c.
Sequentes Ruentium lapsu.*

*Lucifer Italie, telluris totius Atlas,
Insubria lux, salue Princeps Religionis,
Tutamen Cleroq; Heros Virtutis Amator,
Traderis Illustrissime Præfus, sydus Amoris,
Are splendor concelebrandus, Honoris imago.
Ecce hic duo concurrunt Apollines, alter,
vt Versus fluant, alter vt ruant; quam Artem
in suis locis obseruo.*

SVbcribebantur nonnulli literarum Pro-
tei, qui quia puri, & grandi fensu prædicti
reponi poslunt.

I.

*Dominus Alphonsus Litta Sanctæ Mediolanensis
Ecclesie Archiepiscopus Vigilantisimus. Anagramma
purum. Hic unus! Angelus pacis,
Sydus micans, electionis domus, Sol sapientie,
Melpietatis, lac honoris.*

II.

*Alphonsus Litta Archiepiscopus Mediolanensis.
Anagramma purum. Nostri honos: Hispana
laus: Cœli apis: Templi decrs.*

III.

*Alphonsus Litta. Anagramma purum. Ut Sal
Fons alit.*

IV.

*Dominus Alphonsus Litta Archiepiscopus Medio-
lanensis. 554. Anagramma numericum. Popu-
li ecce hic totus Amor, totus Gratia, totus tio-
nor. 554.*

V.

*Illustrissimus, ac Reuerendissimus Dominus, &
Comes D. Alphonsus Litta, Sanctæ Mediolanensis
Ecclesie Archiepiscopus Vigilantisimus. Anagramma
purum. In Mundo (Ecclesi i, Patri.i) Tu Sol (splendor Heros) decens suauissimus (mi-
cantissimus, insignissimus) es Pace (Instituti, De-
core) ut mel (Sol, Achilles.)*

Pulchra omnia sunt, & artificii Metametrici
plena. Omnia ad Proteos literarum, quos
exhibit Anagrammaticus Apollo, spectant.
At in quarto Arithmetici, & in quinto Paro-
dici Apollinis influxus manifestè relucet.

CLaudit tabulam Inscriptio Steganogra-
graphicæ, quam Author Kabalisticam
meritò appellat, prima enim Kabalæ pars est
quædam Metametrica occulta Hebraice Lin-
guæ, quam aliæ imitantur attemperata.
Textum ipsum subscribo.

Concipe Insubria gaudium, omen accipens iu-
cunditatis. Memorandum mirare Antistite,
& dinimum dico splendorem Ecclesie inclytum
ALPHONSV M. Appetisti aquas letitiae sitibunda,
satiare plentibus triumphis tan:i Herois. Redu-
dat rores Orbis aetherei, & nutriunt amenitatis a-

mnes secundis imbribus. Exultater Viola, Nardiq;
insurrexerunt, fertis veneraturi Triumphos Litt-
icos; Inbilanter Rosa, tubila er Ostra insurget Tia-
ram Litticæ ornatura: tam Illustris Numinis ad-
implebunt splendorem. Fortior Atlante diuinitus
orbem regit Ecclesia; Ecclesia celeberrimus Atlas
Insubrica. Honores supernos denonet Innocentia
Triumphis eius, eiusq; reueretur glorias. Phabus
istius lumini innidet; Sydera innidebunt splendori
Tanti Apollinis. Cinitas resulta sorte, omni incun-
data. Time Patrem urbanissimum; Recognoscere Vi-
rum moderatissimum. Ipsum solertissimum Paster-
rem, Ipsum magnanimum Heroem laudat Ecclesia,
acta testantur. Delectare beata Regio, Insula in-
stitia insignita; Oblectare Togato ornata liguistro,
ingenuo nobilitata Archiepiscopo Neglige fastus,
neglige Obeliscos. Obsequenter, & spectanter hac
noua trophyæ admirare: Sapientia, Religio, Vir-
tus, Influria, Innocentia, Regem suum scrip-
runt ALPHONSV.

Clavis est duplex: nam bis aperiri debet
hoc Panegyricum, vt inteligi possit. Clavis
utraque ad apices sequentes reducetur.

vnn. vnn. vnn. vnn. &c.

hoc est [Prima dictio valet, secunda, & tercia
non valent: quarta valet, quinta & sexta non
valent: septima valet, &c.] Recurratur igitur
ad Amœbum Apollinem, eiusq; fauore,
& influxu scribantur dictiones illæ, quæ val-
lere dicuntur, omisis illis, quæ non valent.
quod facili negotio præstiterit, qui ternas in
singulis lineis scripsit, nam tunc singula-
rū linearū prima erit utilis posteriores otiose.

Aperta prima serà manet altera, quam etiam
recludere debeas. Ad Apollinem igitur
Paroxymum recurras, eiusq; influxu illarum
valentium dictiōnū, literas initiales assunes,
& sententiam subsequentem inuenies.

Comes Alphonsus Litta Archiepiscopus Mediolan-
Iam de Astrea in Violis, de Astris triumphabit in
Ostris.

Già di Astrea ei trionfo, ei de gli Astri il
trionfo haurà.

Sunt tres linea dignissimæ, quarum prima
proponit Principem, qui tanta est morū ele-
gantā conditus, tanta suavitate conditus, vt
applausu ab ipsi met inimicis extorqueat: se-
cunda eundem triumphat per orbem La-
tinum conductit; & tertia per Italicum: vt &
Polyglottus Apollo etiam triumphet, dū il-
lustrissimo Littæ, bilinguis Oratio litatur.

Accipe igitur, Vir doctissime, & eruditissi-
me, hoc meæ Observantia erga te testimoniu-
& dum ignoti Apollinis admiraris ingenium,
eius Musis & Genij oīnem felicitatem ap-
precare.

A P O L L O

A R I T H M E T I C V S.

CCXLIV.



Ontemplatur literas Arithmeticè , & numeros Grammaticè iste Appollo , cuius influxu impre- sentiarum promouemur . Sanè non omnes hodie li- teræ Arithmeticis ser- riant ; tametsi enim olim singulæ complexæ fuerint numeros , exauthorauit plerasq; ætas posterior , & pauculas istas in antiqua digni- tate reliquit : videlicet I.V.X.L.C.D.M. quan- rum valorem docebunt nos versus sequentes .

In Ciphris Latiniis I. tantum continet unum :
Posidet V. quinque : X-que decem : quingenta tenet D.

L quinquaginta : C centum : M mille recenset . Scio esse aliquos , qui de valore literæ D. disputare voluerunt : at iam lis videtur in rem iudicatam transiuisse , siquidem communi- nis illam admittit opinio , & vult 500. notare . Andreas Streithagenus , cuius Chronica , quia brevia , & pulchra , inferius Musa Quartade- cima proferet : hanc ipse controversiam prudenter , & mature resoluit . Eius verba sunt hæc .

[Cùm antè hac , mi Lector , serio cogita- rem de scribendis Chronodistichis , quod eis delectarer , & præclarum existimarem , ob la- bilem hominis memoriam , nucleus , ut sic di- cam , historiæ alicuius tam brevi torno inclu- deret : non potui satis mirari , vel incogitan- tiæ , vel errorem eorum , pænè omnium (quos quidem mihi videre fuit) qui idem aliquando tentarunt , in quarta litera D. quam prorsus quasi calculum habent . Etenim , si com- modum eis est , valet quingenta ; sin minus e- ius ratio negligitur , & præsens non præsens est , quasi verò ficus non semper sit ficus , & scapha scapha , aut in cuiusquam sit potestate mutare ea , qua & olim , & hodie in toto ter- rorum Orbe recepta sunt , & in more posita . Quin & inuentus est nonnullus , qui plane de possessione eam deiijciat , & quasi pro tribunali ponuntet , hallucinari eos , qui D. litteram

inter numerales computant , at qua auctoritate , aut cuius? sua nimirum , Mihi vero ita videtur , et si omni veterum est dueremus au- toritate , tamen communem usum valere apud nos debere : Videmus enim , vt de alijs taceam , in omnibus serè libris in initio , ubi annus editionis ponitur , D. valere quingen- ta . Quemadmodum , & multis hodie vocabu- lis utimur , veteribus ignotis , vt quibus ex resignatæ fuerint . Quid enim sit cur nobis nō liceat rebus nouis noua imponere vocabula , — cum lingua Catonis , & Enni .

Sermonem patrium ditauerit , et noua rerum Nomina protulerit ?

Quanquam in hac rē , exempla antiquorum , & auctoritatem omnino sequimur , quibus sa- nè ea litera extra numerum non fuit . Quod ut omnibus constet , atque is error tollatur , libuit hic ascribere testimonium Valerij Pro- bi , Grammatici , qui de singularibus antiquo- rum literis , & numeris diligentissimè scripsit , & unus instar omnium esse potest . Is itaque , ubi de numeris agit , sic habet : I. vnum notat . V. quinque . X. decem . L. quinquaginta . C. Centum . D. Quingenta . M. mille . Vale . Heinsbergi . M. DC. XXXV.]

Sic Streithagenus , qui sententiam suam Hexastico sequenti adfrimat .

Rem tibi signantes numeros cum tempore , Lector , Inclusit numeris pagina nostra suis .

Nec facit certos annos hic litera quarta [neppe D.]

Quæ vel omissa mthi , vel numerata fuit .

Quingentos alii reliquis , aut amplius addant :

Mi sat erit summam soluere posse meam .

Cognitæ ergo literarum potestate in nu- meris , ad arithmeticam conuerto oculos , & in ipsa quinque Regulas notas vniuersis repe- rio : nimirum , I. Enunciationem , quæ non tam videtur regula , quam quædam notitia præcursoria , II. Collectionem , III. Subdu- ctionem , IV. Multiplicationem , V. Di- visionem . ENVNCIATIO , est iudicium sin- gulis characteribus numeralibus debitum valorem approprians ; de quâ iam egimus . ENVMERATIO est vnitatum successivo or- dine procedentium recensio . COLLECTIO

est duorum pluriumue numerorum in vnam summam congregatio . SVBDVCTIO est minoris numeri à maiore subtractio . MVLTIPLICATIO est vnius numeri in alterum ductio , quam aurea regula expeditet , si dicamus Ut unitas ad numerum multiplicantem , sic multiplicatus ad producētū . DIVISIO est numeri dati partitio , & expediri etiam aurea regula potest , Nam sicut divisor ad unitatem , sic diuisum ad numerum productum . Numerus Collectione productus vocatur Summa:productus Subductione Residuus , græcè ἀποτροπή : productus Multiplicatione Resultans (folet & Su-

perficies , multiplicans enim , & multiplicata sunt latera) & tandem productus Diuisio Quotus . His quinque Regulis vtitur Apollonius Arithmeticus , quas vberius nolo dilucidare easdem enim cognoscitis exactè , vt supponimus .

Carmina , quæ ab Arithmeticō Phœbo parvuntur , tempus exhibent , quo gestum id psum , quod enarrant ; & quia ἔνος est annus & χρόνος tempus , E T E O H R A P H I C A E TEOLOGICA ; CRONOGRAPHICA aut etiam ETEOSTICA , aut CHRONOSTICHA , solent vocari .

M V S A I. E N V M E R A N S.

CCVL.

C Armina Chronica , quæ ad primam Arithmeticæ regulam pertinent , numero literarum annum produnt , & quia in historijs mille annorum error esse non solet , à millesimo annos , & literas incipiunt numerare . Sit exemplo Epigramma , quod olim Antuerpiæ composui , cuius literam , & causam subijcio .

Iacebat circa Traiectum Hispanus miles anno M. DC. XXXIV. mense Augusto ; circumsedebat , non tamen obsidebat urbem (nō enim tot distinctiones , & formalitates Philosophus plicat , & implicat , quot Hispanus in circumstantijs Obsidionis formalis .) Ut illum Hollandus amoueret , inopinato impetu Bredam inuasit . Tertiò die noster superuenit exercitus ; & interim tam strenuè hostis munimenta promouerat , vt videretur ex illis expelli non posse . At Hispanis aut generositas propria , aut pusillanimitas hostilis , aut vtraque victoriam peperit . Vbi enim puluis , qui à præcursoribus nostri exercitus excitabatur , ab Henrico conspectus , Panus terror acies Hollandorum inuasit , & vehementia tam magna , vt illi mero puluere vieti , non sint ausi manibus concredere vitæ securitatem , sed maluerint confidere pedibus . Fugerunt igitur octauā die septembbris , nascenti Diuæ sacra ; quoniam oriente sole nox defserit , & oriente amicta sole , & stellis coronata Deipara , noctes Iniuictiæ , & Hærefeos debuerunt , aut fugari , aut perire . Hac calamus victoriâ excitatus explosit in hostes hæc carmina .

IN HENRICVM AVRIACVM
à puluere equitatus Hispani victum fugatumq;

DIRAE.
Memento Henrice , quia puluis es , & in puluerem teuerteris .

Memento , quod Hispanus sicut lutum fecerit te , & in puluerem reducit te .

E P I G R A M M A .
Eteostichum Enumeratorium .

Non tormenta Duce Auriacum , non pilafusurro

Quæ explodunt nostri Militis ara , fugant .
Hollados non tella equites , non arma Philippi

In campo hoc cogit linquere Martis opes .

Non potuere manus , vel non potuere salutem

Corda dare , amissam , sed potuere pedes .

Sed quis vos urget ? quis vos expelli ? Inermes

Cur hosti Hispano tergaq; et arma datis ?

Iam scio . Puluis , eqnes sonitu quam prata fatigans

Exxit in ventos , agmina vestra fugat .

Nobilior victis est victor palma catena est ,

Et Daphne est duris bellica compedibus .

Est ergo Auriaco nostra alto Principe puluis .

(Cùm victus fuerit puluere) nobilior .

Ignis , si superat , victam succendit , et vrit

Materiem , glacies frigidat , undat aqua .

Puluarem in exiguum ergo puluis . Sicq; Na-

saens

Puluis erat , victus peluere puluis erit .

Summa

Omnis literæ huius Epigrammatis sunt sex-

centæ triginta quatuor , & annum indicant ,

si secretum aperiatur hac Clavi .

Addicto mille annis numerum , quem grammata cuncta

Conficiunt collecta simul , prodetur , & annus .

Anno igitur Domini M.DC.XXIV. Vitam ,

quam manibus defendere forte nequibat Auriacus ,

pedibus credidit ipse citis . [Vitus à puluere fuit ,

METAMETRICA

3

fuit, & non quidem à masculâ, sed à fæminâ
Propertius lib. primo Eleg. vndecima
Sit mihi perpetuò puluis Hetrusca dolor.]
Huc respicis, in communi totius Belgij lœ-
titia etiam ludere placuit, & dicere.
Cur est anticipis generis dic Pontice Puluis?
Nam duplex scimus pulueris esse genus.

Esi alter Pyreus, fera, quo tormenta grauantur,
Quæ tonitru horribili fulmina seu vomit.
Masculus hic: alter vero, quem vertit equorum,
Quando citi properant, ungula, fæminus.
Ergo fæmineo Princeps est puluere victus:
Puluere nam victus posteriore fuit.

MVSA II. COLLIGENS.

CCXLVI.

Unus, mensem, & diem colligen-
do literas arithmeticas reperimus
in Chronicis; quæ quò breuiora,
solent meliora iudicari. Albertus
Austriæ Archidux, Gandavum ingressus an-
no M. DC. legit inscriptum vrbis portæ,

D A P A C E M.

Et indigenarum vota ingenium, & annum co-
gnouit, negari enim non potest ingeniosè,
& breuiter illos explicuisse suum animum, &
studium improbum aduersus bellum. Annum
etiam, nam D. C. M. 500. 100. 1000. & si-
mul 1600. Anno igitur milesimo sexcentesi-
mosuà Albertus præsentia serenissimâ Gan-
dam, Pacem orantem, honorauit.

Hac possunt methodo Chronographicâ
formari carmina: aliqua gratia exempli sub-
scribo.

LaVrIger Hispanls regnabat qVanDo phI-
LippVs
xerilVs InCept CivIs aurIs DVLCibVs
VtI.

Natus est Perillustris D. Ciuis, cuius meminit
Distihcon, Madriti anno Domini M. D. III.

Salmaticæ iussi sumus celebrare Genethliâ
Balthassaris, Philippi IV. Regis filij, qui na-
tus fuit Madriti anno M. DC. XXIX. die 17.
Octob. sub horam matutinam sextam, vel ut
numerant Astronomi, diei 16. hora 18. Alij
promperunt alia; ego hæc Disticha.

Anno

Ballassar phæbI raDIVs regnatis ephæbI,
Algena eNorItVr; sIrpis DeDlt, orbIs habet.
Mense

Serrigenægentes reboant & regls, & orbls;
sra beant gencsln, seria benigna ferVnt.

Horæ

pargIt honore rosas genorofus noster horizon,
Vrgl honore potens, & sVper astra Volans.

Dici

Vroræ InSognes orbIs fert gratVs honores:
egla fors Regl Regla ferta ferat.

Fortè hæc paucula exempla viderentur suffi-
cere; sed quia fuga illa Henrici, eius paulò
ante memini, celeberrima fuit, illam etiam
dilucidemus aliquo collectorio Diagram-
mate.

CHRONOGRAPHICVM.
henRICVs VIDIt, & fVGIt, & reVERSVs est
retrorsVM.

EPIGRAMMA.

Auriaco semper fatalis litera Beta est,
Belgica siue armet, Bætica, siue premat.
Seu Bruxellam ineat, seu non, Brabantia ridet;
Ridet seu Bredam, seu petat ille Brugam.
Bellonam Auriacus timet hinc, timet inde tonante;
Et Batauum fæda contrahit arma fugi.
Iam si tentetur Beta altera, crescat, & ira;
Quodq; fuit tonitru, fulmen, & ignis erit.

Antiquis erat exitialis litera Theta; at Beta
Auriaco, & præcipue anno 1634. Sed quis
in medio cursu Pegasus, & Appollinem de-
tinet? Præstat immittere habenas spiritui
Poetico, qui licet metrum agat, metrum non
patitur. Sequamur ergo influxum, & impul-
sum, & adhuc subscribamus has lineas eidem
argumento insistentes.

CHRONOGRAPHICVM.
DIssolVetVr; si Verò eX Deo esset, non
possetIs DIssolVere. Ioann. 14.

EPIGRAMMA.

Aduerso Rnriacus Princeps, dum Marte laborat,
Fatalem Betam radere tentat iners.

Abrasæ peiora videns occlamat. Inermis,

Est & fatalis noster ubique furor.

Obsedi brugas; timor autem Grammatos huins
Abstulit ex isto funebre voce caput.

Vrtilt inque Rugas, nemo quas explicet, illa
Credita, quæ fuerat sorbiis ante Bruga.

Adueni Bredam, quam debellare putabam

Debui & esse ferox, Mars ubi, beta fui

Nominis abrasæ Betam (hæc abrasæ fuisse)

Nunquam, peius enim nomen, & omen habet.)

Abrasæ Betam; & mihi fata secunda petenti

Chara prius fuerat, quæ Breda, Rheda fuit.

Oportet scire Betas apud Diogenem vocati

homines ignauos, & molles: vnde betizare dixit Augustus pro languescere, & esse effemianatum. Vide Cælium lib. 15. cap. 11. Erat fugiente Henrico Marchio de Aïtona Supremus Belgij Gubernator, ad maiorem cuius gloriam hæc paucula disticha exaraui.

EPIGRAMMA ETEOSTICHVM.

Ad Marchionem de Aïtona.

Anno Domini

*BeLLa fVrore potens henRICVs CaCa paraVI
ereDlaDes Contra CaſVs, Vt iret oVans.*

& Mensis

*Horrens, & sperans tentarat fata benIgna:
At retrahens bataVs spe sIne honorIs ablt.*

Die

*Iprospera fata beant noſtrates hoſtIs honores
SVpponi altonæ fors generofa probat.*

CLAVIS.

*Noscere ſi cupias Annum, Menſemq; Diemq;
Hoſtis, quo fugit, numeralia grammata iungo.*

Mensis nonus à Ianuario (hinc enim hodie numeramus) September est. Haud dubitas quin mihi summoperè placuerit hæc Principis Auriaci fuga, siquidem eam tot suū verib⁹ prosequutus; addam & aliud Eteographicum ex sacra pagina defumptum, quo posuit Lector dirigi, si forte voluerit imitari.

ANNO M. DC. XXXIV.

*HISpanIa HoſtI . Vt qVID gLoRlariſ
In MaLLa, qVI potens es In InI-
qVIitate?*

*HeM VobIs erIt fortI VDo Veſtra, u-
faVILLA ſtVoc.*

*DeVs, qVI præCInxIt me VIrtVte.
Ecata (AntVerpla,) qVæ CredIdIſtI; &
Vos beatI, qVI aVdIſtI.*

DleſaLVtIſaVXIIlatVs sVM.

*ADDo. PopVLVs gaVdebat VniVersIs,
qVæ gLoRloſe flēbant.*

*In Magna Conſtatla aDVerſVs eos, qVI
ſe angVſlaVerVnt.*

*HI Ipsiſ aLLenGenIſ aDhaſerVnt, re-
pLeſa eſi terra clVs argento, & aVro,
& non eſt fInIſ ſheſaVrorVM.*

*prob BataVtIſ MlſerIſ pragnanIbVS, &
nVtIentIbVs IIſ dlebVS!*

*VVLatVs MVLtVs RaCheL pLorans
fiLloſVos, & noLVt ConſoLarI.*

*Ipsiſ Vero conſideraVerVnt, & InſpeXe-
rVnt Me.*

*phaLanges Magne Congregataſ Vnt, at
In CVbILLbVs ſtVtſ ColLoCaV N-
tVr.*

Fugiat, & nunquam redeat Batauus, & du ille vires recolligit, quas grauiore confilio exierat, nos progrediamur, recepturi Sere-

nissimum Infantem Hispaniæ Ferdinandum ad Belgium, & Brabantiam venientem.

Anno à Mundo condito 5604.

*ſaLVE FerDlnanDe DecVs, LaVrVſqVe peren-
AVſtrIaDVM qVeM CaſtVs AppoLLo coL-*

A diluio finito 3947.

*ALMe PHILippiDVM ſpLenDor, tVa geſta
Lebro,*

VIVE, VenI, atqVE VIDe;; VInCe, beato

A promiffione Abraham facta 3580.

*DiVIno IMperIo pla BeLglCaſigna teneto;
HerOICo, & BataVVm ſVbIICe CoLLapeDI.*

Ab exitu Israel de AEgypto 3150.

*orbIs te eXpeCtat eoreVs, te beLLICVs, aCte
VICtVrVM HollanDOS PaLLas Vtrinql*

tlMet.

Ab ædificatione templi 2670.

*AD beLGas proſper Venlas, hoſtesqVe triVH-
phans*

Is præſis; præſens AntIgonI arMa regas.

A Paſſione Christi 1631.

*Te BrVXeLLa petIt, reCIPt te grata: beatas
TV gentes Crepero LVMIne CLarIfICas.*

Et à Natuitate 1634.

*prInCeps CVnCta ſonant SALVE. aIVnt ſlqy.
La SALVE.*

Leta & gens refert, AVCtor honorIs aVe



CCXLVII.

IAM hic posueram calamum, sed vt videat eruditus Lector, mihi non tam mea place re, quam bona, ſubijciam centuriam camnum Chronographicorum, quam Collegium Societatis Iefu Bruxellæ publico Belgarum gaudio exhibuit anno M. DC. XXXIV. dedicauitq; S. Michacli, Angelorum omnium Archangelo. Sic illum Societas alloquitur.

*AngeLe 1. CeLIVagI, MiChael, LVX VnCa
CætVs,*

*tro nVtV ſVCCInCta tuo Cui CVnCta Mle-
ſtrant*

*ſlDera qVIqVe popVLo gaVDentlaſlDera Vl-
VVnt*

*QVIqVe IVbent fInes, & VIte teMpora DV-
CVnt;*

*VeLJVoLaſqVe regVnt aniMas, & ſegnibVi
VnDiſ*

*tt ratIbVs ſVa IVra Client, MltesqVerfVn-
DVnt,*

*trIſteſVe InVergVnt aVras, te IVDICe
rVM:*

*2. AVſplclIſ pro qVAnta tVIſeDVXerat arMa
Caſar, & InneXlſeX fæDere ReXlber arMls,
IMpaFIDos aVſfV ſaVofVrIIſqVe rebeLles,*

VII

METAMETRICA

5

ViribVS eXVtos Diro MersIsse sVb orCo!
 3. CLLI ReX GnatVs DVX IsIfrater In hosteM,
 ACris Vterque anMI, atque ostro DlgnatVs V-
 terqVe;
 ALter teVtonIDVM VI nIXVs & aLter Ibera,
 HeretI GeexItrIV gentis fernanDVs VterqVe.
 pVgnatVr, freMltVr baLIsa eXploDltVr, In-
 gens+
 TorMento eXIIIIt gLobVs, atrox, fæDaqVe
 pestls
 granDI (heVI) fLagIIO sVpere VoLat; Inter
 traVoLat HeroeM, & Valido trVX Irrult
 Igne;
 MoX CapVt adstantIs qVatlens spargensqVe trI-
 bVnI,
 tata DVCVM reVeresVr, abIt sIne VlrbVs
 horror.
 5. stat CollIs: beLLI hVC MoLes ConVolVI-
 tVr: huins
 VlrbVs Intererat granDester qVInqVe sVb
 ICVs
 HorribILI DVtrans InsVLtV, tVrpè fugatVM,
 VlrbVS, & rable eXhaVfVM Dare terga Coë-
 gI:
 wsteM VIctor eqVes. paVIDVS rVIr in sVa
 septa,
 labI ValIDVs. seD Vah fVglentlbVs aV-
 Dens
 cbstat Iber, VastatqVe aCles, Vndante VlrmM
 VI.
 DIVVLfas LanIare feroX. HeV TeuronIs ar-
 Mis
 IVnCtVs Iber (VoX 6. hostis erat) qV& DaMna
 propInat!
 QV& probra heC! qV& Monstra! aVt rVplbVs
 aVt fhygIIIs DIIs
 CerialVr! trVX rIDet Iber, satIs VnVs In oM-
 nes
 stare LVtheranos, IVgVLsqVe InterrItVs Vn-
 DaM
 sangVIneo DVCIt rIVo; MoX hoste potItVr.
 paLMa VenIt; sVbitVs ferIt aVrea sIDera
 pLaVsVs.
 pos, Vbl festIVos CastrIs DVXere trIVMphos,
 VIctor oVans Vlrlidi neXVs per teMpora fertio
 VnDlqVe speCtanDos eDiXerat VrbibVs I-
 gnes.
 7. saCra tIbl, bone spIrltVVM DVX, hoste fV-
 gato,
 saCra fVIr tVnC DICta Dles; BrVXeLLa Co-
 rVfCIs
 pVLChra foCIS, pVLChro CollVXI In astra
 trIVMpho,
 totaq; beLgla DVM foboles. MoX IgnibVs Vnls
 OMnlIs aDVLatVr; Igneoq; nltentla VVLtV

Astra reDVCIt oVans aſtIVo Mltla neXV,
 ConciliatqVe Chorus pLaCIDI DVX aVrea
 CetVs.
 8. Interea fLVIt aVtVMnVs; geLIDasqVe
 prVIas
 Vrget hleMs, nebVLasqVe sInV ValIDosqVe
 trIones
 exclpt; an fraCtI In LVCtVs sVCCVMbere
 belge
 CoglMur? aut CæCos sIne PrInCipe VoL Vere
 fLVCtVs?
 DVX ALbertVs Vbl est? Vbl Martla regnat
 ELisa?
 CeLVm habitant. VbinVnCVICtor? sVCCVr-
 rere BeLgIs
 QVI poterIs FernanDVs Iber, CVM noXia nV-
 bes.
 cbVoLvet CæLOS, MIXtIS CaVa nVbILafLoC-
 CIs
 LaXabVnt pLVVIlos Ina Mena granDIne rIVos,
 DensabVntqVe LVtVM pLatels? VenIt eVge-
 nientl
 AngeLe panDe VlaM: LetI noVa faX VenIt aVI,
 soL noVVs oCCIDVIIs proCVL adVoLat In CLy-
 tVs orIs.
 panDe VlaM, LaXa VloLas, & blantibus arVa
 sparge rosIs, VernalqVe fLVM tege fLorlbVs.
 9. InDeX
 Letitia LVX Vna VenIt; nltet hebDoMas Vna.
 10: sIC IVber è CæLls Michael ArChangelus:
 eXLex
 Annus eat: prIMI DVX frIgorIs aXe rebellEs
 sCorPIVs aMoVeat fVrlas; stet pVrIVs VDIIs
 exVI: septIs: geLIDVsqVe MIxantla teLa
 TeMperet Arcitenens, InnoXIVs VnDlqVe ja-
 Vas
 AbfqVe geLV, nIVlbVs, pLVVIla ManDare
 sagittas.
 ergo feroX VarIo DVM sCorPIVs IngrVit anno,
 AVt qVatIc eXposito sVa DaMna sagittifer ar-
 CV,
 NVLLVs aDest imber, VenIVnt In Vota fu-
 VonI;
 tVrbIDVs oCtober Malo ter sVaVlor eXIt,
 AtqVe aVDet fleViſſe rosIs VloLIsqVe noVeM-
 ber.
 Hos ergo VVLtVs fumVLantlbVs IndVIt a-
 strIs:
 et qV&CVMqVe DatVr patrls Vla Vlsere fl-
 nes,
 CVrat Iter, FernanDe, tlbl. Ver VnDlqVe
 fVnDVnt
 In nVtVs eLeMenta iVos; tlbl sVbDlta Lu-
 DVnt
 DeVla terrarVM; II. non hls exerCtVs ar-
 VIs

Horret

Horret Iter . pLaVDant zephIrI VIX MVLta
 pVtanti
 sæCV LafoL VoLVCres slc LVCIDVs Iſſe qVa-
 DrIgas
 CreDlVs, oCCIDVo nVLLVs, CVI fCorplVs
 anno
 TaM ferVs InVIſa VIX tIngeret aera CaVDa,
 LabItVr Intereā tarDI LVX qVarta noVeMbrls.
 Verls opes aMoLeXa sInV : 12. sed nVbILa
 IVſſa,
 soLe orIente noVo, Veterls sIBI sVbDere VVL-
 tVM ;
 NVbILa, sed pLVVIos tenVIlt reVerentla Mo-
 tVs.
 QVantVS aDes beLglIs ! MoX LetIs qVantVs
 IberIs !
 13. cre, genIs, VVLtV, spe sangVIInIs, Vn-
 DiqVe beLgaM.
 ConCLaMant : VIVaX oCVLIs, VI pectoris a-
 Cer
 VIVat Iber : eXpleblt aVos, spes aLteræ MVndl,
 MIXtVs Iber veLgæ, seV belga VIDetVr
 Ibero .
 14. ILLe VbI beLLa MarI CresCVnt, nIXVf-
 que proCeLLâ
 BattaVVs InfreMVlt ratlbVs, fretaqVe horri-
 Da Currens
 baCChatVr; VInCet, pLaCIDasqVe hls fLV-
 CelbVs VnDas
 EXCVtlet Cæco stabIt faX CIVICa CaMpo;
 ConCVrrentqVe aCles, VMbrlsqVe eXCIta
 CoaCtIs
 trVX hyDra prorVMpet spInIs, tVrbasqVe
 ClebIt?
 tXIget has fVrlas, hos frons bLandIfsIMa
 VVLtVs.
 sIC sVbIgIt CVnCtos arChangeLVs ILLe tV-
 MVLtVs.
 QVI tVa Caſtra regens, tlbl teMpVs, & aſtra
 reDVXIt.
 Vota Cano: haC LeVlbVs qVaMViſ nVnc In-
 CLyte PrInCeps
 VerslCVLIs InclVsA, fVent In fæCVLa Cen-
 tum .
 1. Michael regens omnes Angelos, per eos , &
 sydera regit, & voluit cælos, agitq; tempestates.
 2. Prælium Nortlinganum .
 3. Serenissimi, Rex Hungarie pro Patre, & Car-
 dinalis Infans pro Fratre exercitus ducunt .
 4. Globus tormento ab hoste excussus inter v-
 triusque Principis humeros innoxius adstan-
 tem discerpit .
 5. Conatur hostis collem occupare, in quo vi-
 ctoriae momentum erat ; cum nostri infederant,
 & i5. irruptionibus fatigatum , ipsi integri in
 fugam, stragemque compellunt .
 6. Hornius captiuns, Hiſpanos milites rupium,
 & ferri instar inexpugnabiles itetisq; questus .

7. Festo S.Michaelis Bruxellæ (vrbe S.Michaeli
 sacrâ) & totâ Brabantâ ignes triumphales cre-
 di sunt victoriæ Nortlinganæ; cælo tum serenis.
 9. Belgæ serenitatem aëris celeri aduentui Prin-
 cipis orant .
 9: Incipit indulgere S. Michaël .
 10. Imperat omnem serenitatem .
 11. Exercitus Regius vniuersus toto itinere mis-
 serenitate est vsus .
 12. Adueniente Principe totus dies inter omnes
 alios serenos nubilus fuit , quasi nouum Solem
 orbi proferret; nulla tamen pluia .
 13. Vota, & faustæ acclamations populi .
 14. Optabant eadem facilitate , & lenitate vul-
 tus, & formâ animi, & corporis rebelles tumultu
 mari , terraq; sedari, ca ope S.Michaëlis Ar-
 changeli , quâ nunc serenam hiemi auram, &
 faciem dedit .
- F**loret hodie Antuerpiæ Vir Clarissimus L.
 Lacelottus I.C.ingenio floridissimo predi-
 tus . Videtur non tam Virgilij viam preme-
 re, quam præire : in Centonibus enim Vig-
 iliano carmine omnia exprimit . Obierat Cat-
 dinalis Infans , & Lancelottus suo iussit Vir-
 gilio, vt Parcis subministraret Chronica, qui-
 bus publicum infortunium lugerent , & Ro-
 manus Poëta debuit uecessario obedire, &
 hos versus dictare: quos Parcæ suos fecerunt
 ait enim
- CLOTHO, ex AEneid. lib. 6. & 8.*
 oſtenDVnt terrIs te tantVM fata neq; Ve VL-
 tra
 Esse fInVnt IVVEnIs, spes, & foLatIa no-
 strI .
- ATROPOS, ex AEneid. lib. 1. & 6.*
 HeV pletatIs honor ! nImIs o gens AVstrIa
 VobIs
- VIIſa potes fVperI propria hæc si Dona fVl-
 sent.*
- LACHESIS, ex AEneid. lib. 1.8. & 6.*
 Vna falVVs VICtIs, spes, & foLatIa nostrI
 HIſpanI oCCubult genVs arMIpotentIs A-
 CHILLI .

Qui omnes Distichi è Virgilio desumpti
 funduntur inter lachrymas à fatalibus Parca-
 rum Numinibus (sic loquuntur Poëtæ) an-
 numque M DC XLI. (hoc enim Cardinalis
 extinctus est) literis Arithmeticis exprimunt.
 Succurrit inter alias Schedas hac Epifola, que
 Chronicum artificium edifferit; quam, ne pereat
 subiungo .

CCXLVIII.

Prodijt in Belgio, Princeps Eminentissime
 deuotissima Icon, in quâ ob oculos ponit
 tur à duobus Angelis, flagellati, & coronati
 Christi species, tanta viuacitate, vt lapis sim,
 si illam

METAMETRICA

7

Gillum dignè contempler, & non soluar in lachrymas. Est Tabella subscriptum: Hanc Christi patientis Imaginem, Serenissimus Archidux Leopoldus Guilielmus a se conceptam, & a suo Pictore Ianne ab Hoechke coloribus expressam, in es incisam. Inscriptioñibus a se insignitam, publicam esse voluit. Franciscus Vanden Steen sculpsit. Quan, si bene considerem, audebo dicere Calamum, Penicillum, & Cælum in ea expressisse videri NON PLVS VLTRA: sumum enim attigisse videtur Serenissimi Calamus, suminum Pictoris pena, suminum Sculptoris acus; sumum omnes, ut prodiret Imago inter summas optima, inter optimas summa. A peccatoribus frigidissimis illa, admirabundam nescio quam deuotionem extorquet; tantam, ut veneratione debeat potius, quam eloquitione celebrari.

In aliorum Pictorum exactissimis tabulis vocem desideramus, sed non in ista, in qua omnes figuræ sunt vocales. Ait Christus.

QVARE FVGIS PECCATOR.

Vrgent eiusdem verba Angeli, & addunt.

si tV peCCator VI s fCIre, qVare tVVs IesVs
sIc LaCer & VVInerIbVs plenVs exIstbat, fCIas
peCCara tVa esse In CaVsā LaCeratI CorporIs
Isv ChriſtI: qVare pLange CanInVē.

Et peccator, allectus vocis Diuinæ vi, & Angelica monitus, gratia datæ respondet, aitq;

toto Cor De pLango errores Meos.

Sic peccator, & quia ego ille ipse sum, plango etiam meos errores; vtinam toto corde. Principis exemplo, ut ait Poëta, totus componitur orbis & ego Archiduci exemplo compositus sphæram ingenij mei qualē, qualē percurri, ut aliquam Iconem piam componerem, & Chronicis etiam ornarem. Curaui pingi fontem, cuius supremum apicem Crucifixus teneret, quinque è vulneribus copiosissimo sanguine exuberans: & circa laticem Sacerdotes nonnullos vndâ illâ purissima infantes, & senes baptizantes: & subscrispi;

nsI qVI s repatVs fVerIt eX aqVa, & spIrItV
sancto non potest! IntroIre In regnVM DeI. Io-
annis 3. a. 5.

Et quia Archiducem Serenissimum amo, & deuoto conceptu ad militarem transeo, & contemplari incipio Regionis Belgicæ statum hæsternum, & hodiernum. Heri hostes suis egressi limitibus maximam Belgij partem inundabant, circumsedebant, obsidebant, posseidebant; at ho die expulsi ne quidē sua Patria securi, cernunt propè Lepoldum, Vindicem inuidissimum, & à longè regionem à qua fuerunt expulsi. Quod volui celebrare hoc Chronicō.

Cernent terra M. De Longc. [Esiae 33.] quia,
Quam tenuere prius, Leopolde inuicté, sublati
Hostes de longè terram te Principe cernent

Quid autem erit propè? quid in Hollandia? quid etiam in Regione contermina?

VLVLarVs MVLtVs : raCheL pLorans
fILlos sVos, & noLVI Consolari, qVIA non
sVnt. [Matthei cap. 1.]

Porrò v'lulatus multus; vulgus enim Martis inclem̄tiam expertum contra belli autores, autoresq; vociferatur. Et Rachel (hoc est, Hollandia orthodoxa; nam Caluiniana est Lia) effuso lachrymarum profusio testatur se inuita filios suos Hæreticorum causam contra arma Catholicorum propugnare. Et tametsi multi eidem adulentur Theologi, consolari non vult. Cur autem? Quia non sunt. Quia isti, qui dicuntur Doctores, s̄pè docti non sunt: & isti, qui dicuntur Politici, Christiani aliquando non sunt. Quia Gallorum exercitus apud Belgas non sunt: quia Leopoldi copiæ extra agrum Parisiensem non sunt: quia Vaticinia modulantium, Gallus ab Hispania toti dominabitur orbi, vera non sunt: & quia res tandem Francicæ intra ipsa Parisiorum mœnia tranquillæ, & securæ non sunt.

Hæc sunt, Princeps Eminentissime, quæ hodie occurrunt. Viue, vale, & diligere perge, &c.

CCXLVIII.

SIicut latinè sic etiam possunt, & solent in alijs linguis Cronographica fieri. Hoc Belgicum anno 1640. Louanienses laudarunt.

Iaerdicht den Bruydegom.

CoMpt ghII brVII ortfanCt V VVen een Loon
Van peereLLen Sal ICk V geVen een Croon.

Fuit euulgatum in professione vnius Monialis [voeabatur Belgicè Anne Marie de Bacquere; anagrammaticè Ende Ic quam eerbaer na: nam, & Anagrammata etiam in omni lingua fluunt,] Et correspondet illi Antiphonæ, Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparavit in eternum: & si ad literam transferatur in linguam latinam, Veni sponsa; accipias tuam mercedem: ex margarItis dabo tibi coronam.

Addam nonnulla Gallica. Fuerunt victi, cæsi, & fusi Gandauenses rebelles à suo Principe Duce Philippo, anno 1453. quod hoc Chronicō exponitur.

peChlè sans Consciencē est La Mort des
Gantols.

Author

Author, vt vides, in eâ erat sententia, quæ docet D. in numeris nihil significare.

Anno 1465. die 27. Iulij fuit teste Comitato conflictus generalis inter Ludouicum XI Gallie Regem, & Ducem Carolum, & clamor militaris insonuit: A CheVal: à CheVal gens dar Mes à CheVal. Et hic iterum negligitur D.

Habuit Ioannes Valentini, Cæsareæ Musicae Moderator egregius, deuotas, & ingeniosas Musas; edidit multa pia, & curiosa, & inter alia hæc Chronographica anno 1647.

Euclidem ille in Parnassum inuexit, & fugatis, seu proscriptis Ethnicis, sacras Musas instituit, quæ annum hunc exprimentes ad Deum lachrymas, & suspiria profunderent. Eius ergo Chronographica eruditiois gratiâ adiungo.

Chronographicum trium verborum.

DVX cXerCItVVM IVVa.

4. *verborum.*

eXaVDIatVr IVstVs, ManVs eXtoLLens.

5. *verborum.*

eXorbeantVr DVCEs, paVperIs eXVgentes sangVIneM.

6. *verborum.*

Vanæ eorVM tVbæ, eqVIteS, VeXILLA DestrVantVr.

7. *verborum.*

eXCIta potentiAM, eXhorreat hostIs, InIqvos Insanientes eXtrVDe.

8. *verborum.*

DeVS fVga, eXarMa sVperbos, Vrbes serVI tVI ContVrbantes

9. *verborum.*

eXtoLLe VsqVe in æternVM IVstos pietate, IVstItIa, filIe pugnantes.

10. *verborum.*

aVgVstVS fIDeLIS Deo, DeIparæ serVVs aLtIS In terrIs beatVs VIVat.

11. *verborum.*

reX tribVs regnIs ornatVs; aLtx, aVgVstæ, DIVInæqVe proLes sIne fine IMPerent.

Scala Musicalis.

G, A, B, C, D, E, F,

Chronographicum 1647.

proLes saCrae VIrgInIs, orbIsqVe saLVator GVberna, aDIVVa, BenefaC, Conforta, Dona, EXtoLLe, FortIfICA.

Nota Musicales gradatim ascendentes.

Chronographicum 1647.

ut re mi fa sol la

parCe peCCatorIbVs, qVI sIne paVsIs suspIrant.

Vt reX MiserIcors, fac soLVtos Lapso
Note gradatim descendentes.

Chronographicum 1647.

la sol fa mi re ut:

tVas LaVDabVnt InsIgnes gratias;
LaVDabVnt SoLla, FatebVnt Vr Mira
Regis VtIqVe.

Chronographicum 1647.

heV sVspIro, qVIA Vna eX MILLibVs I
æternitate gaVDebit.

Religiosus.

M D C X L V I I .

Mea Do, sanCte reX LatVs tIbi.

ContemplatiuS.

M D C X L V I I .

MoDo saCro eX Latere sVgI sIuIstro.
Iesus.

M D C X L V I I .

Manna Dans, Cor eXaltat Vlri.

Sonetto Cronografico

Al valoroso d'Iddio Guerriero L'Arciduca LEOPOLDO.

M D C R L V I I .

Flero In arIngO seI, saggIo in battaglia,
AVanza tVo pensier sCaLtro Consiglio,
RIGetta Lo tVo straL per Verso artIglio,
TrafIgge tVo fVror, togliE ogni Ma-
glia.

M D C X L V I I .

ALto CasteL aL tVo tIrat sI fCaglia,
StranierI InIquiI ponI In qVeL per Iglio,
Ch'annebbIa sIn De gli arghI aLteroL
CIglio,

L'Vsbergo portI, qVaL LeggiIera paglia.

M D C X L V I I .

SpIeghi L'aVrata tVa fatal bandiera,
Le fVrIe sCVote tVo feroCe branDo,
StrVggon tVoI CoLpi Veterana sChier-

M D C X L V I I .

EspertI ferItorI trIonfanDo,
InsignI segVon tVa pIetà seVera,
SCriVon soVra I trofeli, Dio VÀ gnando.

Nel soprastampato sonetto, in ogni parola vi
è qualche lettera del MDCXLVII.

CCL.

O Blij Ferdinandus III. Romanorum Imperator anno 1657. & P. Eugenius à S. Iosepho Concionator Cæsareus inter lachrymas eloquentissimum librum edidit ad gloriam, & authoritatem defuncti, in quo Chronica ingeniosa reperio. *Libri titulus est.*
Castrum

METAMETRICA

9

CastrVM doLorIs , & honorIs .

Paginâ B. 2. vocatur Vienna

Vrbs aMorIs , aC DoLorIs .

Paginâ C. iuniat uniuersos ad plancium ,
atq;

NVnC LVCtVs Canto AVstrlaCI IoVIIs
arMiger aLes

en laCet: eXeqVIas ferte freqVenter aVes .

Paginâ K. rubro , & nigro colore exprimitur .

signVM pro Castro DoLorIs .

Paginâ K. 2. reperitur hoc Distichum .

heV ! AqVILa : heV ! phœnIX : & CygnIs

Cælare In Vno

(sic erat In faCtIs) oCCVbVere sl-
MVL .

Paginâ tandem ultimâ Pyram erigit , & exor-
nat his Chronicis .

pyraMIs noVa pro Castro DoLorIs .

D' Vna sConsoLata arteMIsIa .

QVesta è Leonora IMpeRaDriCe .

Consorte DeL glVsto ferDIanDo .

Che fV terzo , gLoriA , e norMa De' regI .

*Alia in alijs locis ab hoc eodem Authore scripta
adduco , habet enim floridum , & acutum inge-
num , & eius scripta mihi perplacent .*

¶ CCLVI.

An Arithmeticâ hæ littera aliquem
ordinem seruare debeant?

I Nter Lémata Chronologica illa maiorem
laudem promerentur , quæ eodem ordi-
ne habent literas numerales , quo illas scri-
bunt Arithmeticici . Oppositum vidisti hucus-
que: non etiam se volunt Chronologi huic
rigori obligare , iudicantes valde esse difficultia
leminata , in quibus Arithmeticâ non solum
de literis valorem , sed ordinem . At non
debet statim Philomusus terreri , nam ipsamet
difficultas animos generosos ad ardua conci-
tat . Ergo etiam aliquando Chronographica
perfecta (sic hæc denominare volumus , & de-
bemus) componas , & vt concinnè possis , in-
diges exemplis , quæ subscribo .

In Christi Corporis solemnitate hæc Dia-

grammata super Altare aureis literis expre-
sa posui .

paneM De CæLo .

Anno MDCL .

paneM De CæLo præstItIspI .

MDCLIII .

paneM De CæLo præstItIspI eIs .

MDCLIII .

In quibus cumdem ordinem retinent literæ
numerariæ , quem Regulæ Arithmeticæ po-
stulant .

Romæ apud S. Mariam de populo erigitur
Chisiorum Sacellum , è pretioso lapide con-
formatum , in quo , & huius Excellentissimæ
Familiae antiquam nobilitatem , & diuitias
demonstrant Mausolea , & Statua ; & veterum
Heroum ingenia eruditissima Epicedia . Alis
alibi expendo: hoc impræsentiarum me iuuat
vt positam doctrinam adfirmem . Subterra-
neum ~~wærtæwæ~~ claudit marmor , cui insculpta
Mors ornatum potius , quam horrorem addit ,
gratiam apud Lectorem hæc inscriptio con-
ciliat .

Mors aD CæLos Iter

Ecce Arithmeticæ literæ non valorem modò ,
sed & debitum ordinem in suâ positione con-
seruant .

Huc spectare potest Epistola , quam cuidam olim
amico , dum hæc Metametricam exornarem , scripsi .

¶ CCLII.

S Cire cupis , ingeniose Elinande , quæ sint
carmina , quæ Arithmeticâ vocari solent , &
respondeo veteres considerasse , & supputas-
se numerum literarum in dictionibus , in ver-
sibus , in Poëmatibus .

Quot literis nomen componeretur , conside-
rabant in conuicijs præcipue . Vnde apud
Martialem .

Nœnia sex cyatis , septem iustina bibatur ;

Quinque Lycas , Lyde quatuor , Ida tribus .

Omnis ab infuso numeretur amica falerno ,

Et quia nulla venit , tu mihi somne veni .

Legem etiā posuerunt versibus , iussérūtq;
vt tot aliquando literis constarent , non plu-
ribus paucioribusue . Vocabant Isogramma-
ta Metra *æqualia* , quæ cumdem numerum
habebant literarum , qualia sunt ista , quæ
Rabano Mauro , Monacho Benedictino , Ma-
guntino Archiepiscopo , &c. debentur .

A	r	b	o	r	o	d	o	r	e	p	o	t	e	n	i	F:R:O:	n	d	o	f	o	v	e	r	t	i	c	e
E	t	e	m	i	q;	c	r	u	o	r	X	p	i	f	t	Ö:V:E:	I	u	l	t	a	b	f	i	d	e	t	a
H	o	r	t	u	s	d	i	t	a	t	u	s	&	p	a	R:G:V:	I	n	u	l	l	u	s	i	n	o	r	b
F	l	o	r	i	b	u	f	e	t	f	o	l	i	i	s	M: L:	I	c	n	o	g	e	r	m	i	n	c	d
O	m	n	e	f	e	x	c	e	d	c	n	s	a	l	t	Ä:S:G:	r	a	v	i	t	u	d	i	n	e	f	y
E	x	o	r	n	a	t	q;	p	i	a	:	M:A:G:N:V:S:V:E:S:f:I:T:H:	o	n	o	f	q;	d	e	c	c	c	c	c				
A	m	b	i	t	n	o	t	u	s	h	:	O: N: Ö: S:L:A: E: T: V: S:L: Ö: Q:	u	i	t	u	r	q;	L	c	c	c	c	c				
S	t	a	n	f	h	o	m	o	l	i	:	V: O: R: H: O: C: N: A: T: I: O: N: I:	d	e	n	c	g	a	t	a	a	a	a	a				
D	æ	m	o	n	i	f	h	o	r	r	e	n	d	u	s	R:E:M:	f	c	i	r	i	l	a	u	d	e	m	o
A	r	b	o	r	t	o	l	a	t	e	n	e	n	s	v	A:R: I: o	f	v	i	r	t	u	t	e	c	o	l	o
P	u	r	p	u	r	e	o	R	e	g	:	s	f	u	b	T:Ä:C: t	u	r	o	s	c	i	d	a	f	u	l	g
Æ	t	e	r	n	i	s	r	a	d	i	i	s	l	u	x	A: N: T: i	q	u	i	s	q	u	e	t	e	n	e	b
A	d	f	i	s	i	p	t	a	v	i	r	l	s	h	i	C:D:V:	m	t	u	a	N	u	m	i	n	a	p	f

Vt illa facilius possis legere à lineis eximo, & rescribo.

*Arbor odore potens frondoso vertice nata
E te, miq; cruor Xpisto u fuit abside sancta
Hortus ditatus, & pax cui an!lus in orbe est
Floribus, & folijs, mileno germine dines,
Omnes excedens altas grauedine sylvas
Exornatq; piam Agnus: vestit honosq; decusq;
Ambit notus honos, latus, loquiturq; Leoni
Stans homo: linor hoc nationi denegat atra
Demonis horrendus, rem sciri, laude moueri
Arbor sola tenens varias virtute colores,
Purpureo Regis sub tactu roscida fulgens
AEternis radijs lux antiquisq; tenebris
Adsis ipsa viris, hic dum tua Numina prosunt.
Tredecim versus sunt, & omnes Isogrammatici, omnes enim sunt triginta quinque literarum. In medio formatur Crux duobus versibus vnde quadraginta literarum: vide-licet,*

*Forma sacrata Crucis venerando splendet amictu) 39
Magnus vestit honos, latus loquor hoc natione.)
Quando formantur Disticha, aut debent primum secundum concordare inter se: & tertium & quarrum inter se, &c. aut primum esse æquale tertio, secundum quarto, &c.
Illud prius hoc exemplum dilucidat.*

*Illa dies pereat, quæ me produxit ad ortum) 34
Nec videat nox illa amroræ nobilis ortum.)
Sit nox illa grauis, nec laudis digna fauore,)
Stet distincta procul à vera lucis honore.) 36
Huius generis habet multos versus Rigensis in expositione Iobi, quam edidit. Hoc posterius dilucidant sequentia Distica.*

*Germane o Manors Celi super æthera note, 36
Quem Solymonorū dura propago panet. 31
Romanī Princeps, populi, gentisq; togate, 36
I ve per aternas Victor Olympiadæ. 31*

Ecce in priori exemplo primus responderet secundo, tertius quarto: in posteriori primus tertio, & secundus quarto correspondet.

Si Iicut fiunt versus Isogrammatici fiunt isosyllabi. Considera sequentes, qd tredecim syllabas habent.

Patrem Alexandri vincis splendore Philippus;

Teq; decus Martis Mundus uterq; vocat;

Olim na quotquot deuicit Regna Philippus;

Subsistunt pedibus magne Philippe tu;

Solus Parnassi Princeps tu; solus in orbe

Sol; Telluris honos, Tethys, atq; decus;

Eundem syllabarum numerum habebunt

versus, qui eosdem pedes.

V Enio ad dictiones, & condo versus Isolxicos, qui eundem numerum dictiones habent. Tales sunt, qui sequuntur olim ad S. Ioannis Baptiste laudem scripsi.

Hirsuti montes, & montibus obſita heremus,

Vallis iners undis saxaq; ruida carent.

Gliscit nulla comas arbos committere

Nam sacer Hippotades vorice cuncta telli.

Pauperies rerum subit undique terra

Herba fugit valles, culmina flora fugit.

Crinibus incultus, rabie ſape uſtus accutus.

Ventorum, ſolem paſſus, & aſtra feci.

Christalli latices ſitiens, nam defuit undas.

Si esuriat nullos iuuenit ille cibos.

Hos tamen immensos Magnus Baptista labores

Absque labore ferens gaudia ſumma putat.

Omnes sunt versus Isoxicci, habent enim ſuguli dictiones ſenias.

Hæc est versuum æqualitas, quam apud

Authores ingeniosos inuenio. Cur talen-

aut talem Poëta numerum delegerit non vi-

deo: rcs est, quæ ab arbitrio dependet: Si-

cut vnius versus literas si vnius Poëmatis ali-

qui

METAMETRICA

ii

qui numerarunt. Carolo Faye, in Collegio Burgundionum alumno. anno 1564. à quodam amico missum fuit hoc Tetraastichon.

Xenilum simplex tibi do, do Xenia bina 32

Dificha si numeres, aut epigrāma breue. 34

Quod si litterulas centum sepmq; viginti, 38

Sine voluntatem tradimus innumerā. 30

Viginti priam deberet habere longam: nam in Virgilio lego Viginti tauros, magnorum horrēntia centum.

An ne hoc Tetraastichon, centum viginti septem habet literas? Mileni legerunt, & pauci aut nullus illa dinumerauit. Stephanus Tabourotius illud cap. 20. ponit, & ait; *Tu troueras quele nombre des letres est exactement conte; & supputé.* Interim ille non ipsas numerauerat, sed benè esse numeratas ab authore credebat: aio ego illas non esse 127. sed 133. si dubites, ob oculos illas habes, numera. Centum, & triginta, & vna sunt. Et vt computus illas ad 127. contrahat, opus erit primo, vt non scribatur in tertio versu *ane*, sed q; & iubeatur dici vna litera; secundo, vt in secundo *Ch*, Græcè *χ* sit vna litera: tertio, vt in tertio *literula* per i simplex scribatur, vt apud accuratissimos Authores legitur.

Desiderarem in numero literarum nullum latere errorem; & insinuaui causam, ob quam ille delectus fuerit, & non aliis. Addam igitur aliud exemplum.

Princeps Emanūel, optimus Dominus, & amicus meus; compleuerat annum ætatis octagesimum, & fruebatur adhuc viridi, & robustâ senectâ. In solemnitate ergo Natali illum donavi hoc Disticho.

Otōginta annos superasti: heic dedico, Princeps, 41
Octoginta notas: totidem addat Iuppiter annos. 39

Hec de literarum numero in versibus insinuasse sufficeret: at quia illarum numero, & figura solent Poetæ aliquid significare, has adhuc paucas lineas subscribo.

Chronici versi sunt, qui rem, tempusq; enarrant. Annum duobus modis significant: literarum numero, vel figura.

Annum versus numero literarum insinuat, cum tot literas habet, quot significatio requirit. Considera hos sequentes Sappicos.

Quintus Hispanus oritur Philippus*


Vngaro illustris datur & Maria *

Vīsi Hispanos Carolusque, * plecit

Parca Philippum.*

Quorum Arithmeticus sensus iste est. Princeps Balthasar Philippus V. nascitur, sed quando? eius genethliam recenset primus

versus, qui habet literas 29. Ergo anno viagesimo nono supra millesimum sexcentesimum (nam hic maior numerus semper subintelligitur) natus est iste Princeps, & cum ipso renata fuit multorum Regnorum spes: quem tamen ante diem sublatum etiam hodie lugemus. Secundus habet literas 28. & colligo nuptialem contractum inter Mariam Philippi Pijs filiam, Magni sororem, & Ferdinandum III. tunc Vngarię Regem (postea Romanorum Imperatorem) initum fuisse anno vigesimo octavo. Sententia tertia literas habet 23. insinuatq; anno vigesimo tertio Carolum, Vallię Principem (qui postea fuit Anglorum Rex, & à Populo publicè condemnatus, & decapitatus) in Hispaniam venisse, & tandem ultima, quia literas 21. habet, significat Philippum III. anno vigesimo tertio vitam cum morte commutasse.



A Lius Chronicorum modus non literarum numerum, sed istas figurās [I. V. X. L. C. D. M. I respicit, & illas coniungens, numerum colligit, qui annum optatum representet vt constat ex versu sequente.

FILIVs ante DiEM patr̄los InqVIRIT In annos.

Si colligamus omnes litteras numerales, summa dabit numerum 1558. Et non sine admiratione legimus voluisse Deum, vt Ouidius nesciens, quid diceret annum, definiret, quo quidam Magnus Princeps dicitur Patre suum voluisse trucidare. Solent aliqui liberiū conformare Chronicā pringendo characteribus capitalibus literas, quas recipiunt in computum alijs neglectis. Pono exemplum. Anno 1656. egrotabat Hispaniarum Rex; indicet sunt publicē preces, & vt sciret populus, quid orare deberet, fuit Ecclesię N. foribus appensa hęc Tabella,

DoMIne saLVuM faC regem
in quā literę capitales dant annum 1656. interim manent [umm] quę ideo paruo charactere scribuntur, vt sciamus in computum non esse vocandas. Hic Chronicā componendi modus est facillimus: at hodie ab universis reprobatus. Omnes enim literę, quę augere possunt numerum, sunt computandę.

Hęc sunt Elinande doctissime, quę de versibus Arithmeticis sciri possunt, & debent: alia, quę aperiunt viam ad speculationes secretiores paucis expediri non possunt. Illa alibi edistro, & si placeat etiam communabo. Vale.

CARA M VELIS

MVSA III. SVBDVCENS.

CCLIII.

GHRONICVM Subductorum duobus
formatur versibus quorum minor
à maiore subducitur, & residuum
respondet temporis quæsito. Pos-
sem rem exemplis varijs dilu-
cidare, sed quia beatitatem
amo vnum aut alterum sub-
ijcio.

2817	+
1183	—
1634	+

*ADDVCIt BeLgls fernanDVs ab arCe salVteM
CaLeStIls BataVVm, tVtVs VtrInqVe teret.*

CLAVIS.

Discrimen Canonum quasi um proferet annum.

Ia hoc Disticho Hexametrum positium est
(id significat hæc notā +) & Pentametrum est
negatiuum) & hac notā — signatur (& dif-
ferentia utriusque carminis (nempe 1634.)
dat annum, quo Fernandus Philippi Pij Hi-
spaniæ Regis Filius, & Philippi Magni Fra-
ter, Belgum, & Bruxellam aduenit.

Eiusdem est generis hoc Distichum, quo
olim expressi annum, quo natus S. Placidus
Discipulus D. Benedicti.

*NasClitVr eVrope pLaCIDVs soL VrbIs, & orbIs:
prosper & In CAlIs IpsIs per seCV La regnat.*

MVSA IV. MVLTIPLICANS.

CCLIV.

BTIAM Chronica, quæ exarata ab
hac Musa; duobus versibus indi-
gent, quorum alterum per alterum
multiplicari debet, vt resultet nu-
merus ille, qui puerit.

Ducti 817 eVterpe FernanDe saLVe per In-
in 2 CLite peLLIs
erunt 1634 Hostes, & patriæ prospera fata ge-
rls.

Ex notâ charætericâ constat infe-
riorem versum auferendum à supe-
riori, & sic tandem annum, quo S.
Placidus D. Benedicti Discipulus
fuit natus in terris, inueniendum. Prior ver-
sus continet numerum 824. posterior num-
erum 309. discrimen 515. Pronuncio igitur
anno DXV. hunc Matyrem gloriosum tuisse
natum. [Vide Hæfenum in Vitâ S. Benedi-
cti Prolegom. 19. & cap. 3. uum. 16. & cap.
13. in additione.]

Carmiua colligentia frequentissima sunt
gnota, tamen hucusque (sic putabam) subdu-
centia, diuidentia, multiplicantia, &c. a
reperio in Authoribus artis huius umbras, au-
tyrocinia: Rodolphi enim Goclenij Lexicon
Philosophicon multi Poëtæ commendant, &
inter ipsos Ioannes VVirtzius Tig. hoc
Chronographicò.

*IMbVta, Vt faLIX, pLaCIDVs, CVI peL
MVsls;
lites ILLo qVI, Vt LVeM CaVere.
Fortè non statim sensus cognosci po-
terit: fortè ille, si semel nosceretur,
non esset ad rem. Hoc non virgo de
artificio Ccronographicò ago, & in
his versibus Musam subducentem repperio.*

CLAVIS.

Duc versum in versum, & tempus (studiose) recludes.

primus versus habet numerum 817. (nam s.
nec significat numerum, nec à Grammaticâ
numeraria cognoscitur: alter numerum 2. &
si alter per alterū multiplicetur, annus 1634
resultabit.

824	+
309	—
515	+

MVSA V. DIVIDENS.

CCLV.

BINA etiam carmina hic requirimus; alterum, qui numerum diuidendum contineat; & alterum, qui divisionem, ut instituta operatione vt annus ille, qui quæritur, in quotiente remaneat. Rem dilucido.

parthenopeM VIDIt tanDeM eraCaMontIVs
Heros,
praDIlVs IngenIo CLaro, generosus AChIL-
Les:
InsignIs porro.

CLAVIS.

Distichon InsignIs fecet, & numerabitur annus.
Distichum continet numerum 4977. quem si diuidas per vocem *InsignIs*, quæ ternarium complectitur, habebimus annum 1659. quo summo omnium applausu, & lætitia ingressus est Neapolim Excellentissimus Dominus Gaspar de Bracamonte, Comes de Peñaranda, &c. Pro-Rex, &c. Vir summæ prudentiæ, & ingenij, quem ad suam maiorem gloriam, & populi peste, & seditionibus afflicti solamen Deus saluum, & incolumem conseruet multis annis.

112
3 | 4977
1659

adhuc innumera Chronicorum genera, disponendo numeros iuxta alias multas regulas quas subtilior, & sublimior Aritmetica edifserit: qualis est illa, quæ *Aurea* dicitur, quæ medium proportionale Geometricum, quæ Arithmeticum, quæ Musicum querit: quæ radicem quadratam, aut etiam cubicam eruit, aut contra è radicibus quadra, & cubos eduit: & quæ ponit, supponitue, vnde nomen sortita, *Regula falsæ positionis* vocatur. Sed quis esset finis, si omnia deberent, aut illustrari exemplis, aut dilucidari Commentarijs? sed quid faciam? an ne hæc ipsa insinuasse sufficiet? Haberem rationes afferendi, & negandi. Afferendi; nam vel legor à viro ingeniioso, vel non. Si à viro subtilioris ingenij, non est cur plura dictis adseram; nam ipse omnia illa, que dici possunt, facilius diducet, quam leget à nobis diducta. Si à viro hebetioris ingenij; non est cur plura dictis adseram; qui enim nondum capit, quæ scripta, ijs non indiget Paradigmatis, quæ scribi possent. Negandi; nam multa mihi hodie occurunt, quæ heri ignorata, & sicut meum ingenium studio quotidiano perficitur, poterit tuum alieno labore iuuari. Igitur, vel ut tibi seruiam, vel me tanti sper distraham, volo ulterius percurrere, & singula exemplis breuissimis dilucidare.

CCLVI.

Poffet hæc aliquis totam artem numerariam quanta est retractare poetice, & condere

MVSA VI. AVREA.

VERITO nominatur *Aurea*, nam sicut aurum inter metalla reliqua, sic illa, cui ab auro nomen inter reliquias Arithmetice regulas nobilior est. Constat interrogatione, & response: quæ instituuntur sic.

Vt 4. ad 8. ita 8. ad quem? *R. ad 16.*
Vt 4. ad 8. ita 12. ad quem? *R. ad 24.*

Modum inueniendi responsonem, iam didicisti proprio loco, nec debeo eandem cen-

ties repeterem: nunc exempla subiungo.

CCLVII.


te CœLVM LatIo præDIXIt: naſcerIs orbi, AnICIO PrInceps benedICte e sangVIne Claro.

Ex charæctere cognosco, sicut se habet Hexametrum ad Pentametrum, ita hoc se habituunt ad annum, quo D. Benedictus fuit natus.

natus. Primus versus valet 1820. secundus 960. ergo instituta analogia dicemus,

Sicut 1820. ad 960. Ita 960. ad quem?
 Et facta operatione prodibit, annus 480. hoc enim anno Sanctissimus Patriarcha ex patre Anitio Eutropio, & matre Abundantiâ, nascitur eodem cum sorore Scostolaistica partu; quo & mater defuncta est. Haec tenus Prolegomeno XIX. pag. 56. & comment. ad cap. XXXIII. num. 1. Fuit Anitia familia inter Principes, & Consulares nobilissima; è qua olim Imperatores Iustiniani, & iam etiam Austriaci processerunt, ut probant Arnoldus de VVion, & Sefridus.

Prouenimus per diminutionem à maioribus numeris, nunc è contra à maioribus minoris ad alium maiorem excurramus:



O pater AnIClo eX IngenuI sangVne nate:

IpsIs, Vt angeLLiVs VIVant proCVL Vrbis faVebls.

Primum carmen complectitur 120. secundum 240. & in stricta proportione


Vt 120. ad 240. ita 240. ad 480.
 hoc enim annū, vt dicebamus, ex alto Anteriorum generē natus fuit D. Benedictus.

M V S A VII M E D I A.


CCLVII.

INTER duos numeros quæritur medium proportionale, arithmeticè, geometricè, enarmonicè: & modum inueniendi expono proprio loco. Media Geometrica, & Harmonica videntur mihi fastidiosi molimini, & quia carmina amant facilitatem, illis non utar, sed ero Arithmeticō solo contentus: & definio illum numerum arithmeticè esse medium, qui æqualiter distat ab extremis [10. 20. & 30.] quoniam inter 10. & 30. medius est 20. qui tantum à priore, quantum à posteriore separatur. Rem illustro uno exemplo.

se medium Arithmeticum inter utrumque versum. Cum igitur prior contineat 676. & posterior 378. differentia erit 298. semissis 149. ergo vel adde hunc numerum versui secundo, vel adime à primo, & habebis annum 527. quo accedit illud stupendum prodigiū, cuius S. Gregorius meminit libr. 2. Dialog. cap. 7. [Cum enim Placidus adhuc puer aquā vellet haurire, in flum labitur, & à torrente undarum rapitur; & Maurus iussus illum eripere, super vorticis aquas ingressus sicco pede eum accessit, & ad oram reduxit.] Hactenus festinat, & hoc miraculum anno 523. adfigit: alij morantur, at nos, quia de medio agimus, medium tenuimus viam.



676	<i>IrJpliVr pLaCIDVS generose è gurgite: IVss</i>
378	<i>sVbCoLLatVr aqVI: Llbrans a-qVa IVsa petrefet.</i>
diff. 298	
semid. 149	
ergo 527	Ex characteristicā nota colligitur annum, qui quæritur es-



M V S A VIII. RADICALIS.

CCLVIII.

MOLESTISSIMA est radicum singularum extracto, & tametsi facilitati Poëticæ diffonare videatur, debuit alio adhuc dilucidari exēplo, ne quidpiam deficiat huic capiti, quod


possit Lectori prodesse. Quid radix sit, & quotuplex, paucis ediscerere nequoc, multis nolo. Rem exposui suo loco; modo data alibi doctrina vtor, & Arti Poëticæ Radices Cubicas, & Quadratas adproprio, & unum exemplum produco.

Anno 196. post Christi nostri Domini Natus
tumultatem audacissima fuit Tyberis inundatio
quam quidam expressit hoc carmine.



nos agros t' IberIs Irato gVrgite Vastat.
Dat radicem, & annum reperit in ipso Qua-
dro, nam 14. duxa in 14. dant 196.

14	Sicut ex radice ad aream,	1606
14	sic etiam interdum ex areā ad	1606
	radicem venitur: sed hoc in	
56	paruis locum numeris habere	9636
14	poterit, non vero in magnis;	0000
196	nam si annus 1606. qui nobis	9636
	fuit Natalis ex area deducendus sit,	1606
	debet conformari Chronicon,	2579236
	quod numerum 2; 579. 236. exhibe-	
	bat. Sed quibus illud characteri-	
	bus? Latinum Idioma aptos non habet; vel	
	si illos te habere putas, illos exhibe.	



12	Ergo ex cubo ad	1662
12	radice veniendū	1662
	non est, quoniam	3324
24	cuborum numeri nu-	9972
12	meros Quadroru ex-	9972
144	cedunt: qui enim da-	1662
12	re vellet numerum	2762244
288	Cubicum anni 1662.	1662
144	deberet exhibere	5524488
1728	Chronicon continē-	16575464
	tem numerū 4. 591.	16565464
	069. 528. & quibus	2762244
	numeri, id quæso?	4591069528
	Stat igitur nō ex numero Cu-	
	bico ad Radicem, sed ex hac	
	potius ad illum perueniēdum	
	esse.	


Vis meminisse Eclipseos, quæ accidit anno à morte Alexandri 1728. vnde calculus Tychonicus firmari poterit, & hunc versum producit.



Sol tenebris terræ totas InVerterat Urbes.
Literæ Arithmeticæ dant 12. quibus respon-
det Quadrum 144. & Cubus 1728. & hic est
annus, qui notatur.

Et hic obiter nota per Radicem (Quadratum

Cubicam) non posse ad quoslibet numeros
venire; nam 4. verbi gratia dant Quadrum 16.
& 5. dant 25. & numeri inter 16. & 25: me-
diij hoc versuum genere explicari nō possunt.
Similiter 4. dant Cubum 64. & 5. dant 125. &
numerii inter 64. & 125. notari non poterunt.



De Parachronicis, & Tautochronicis.

Quando uno verbo numerus explicatur,
versus est vel Parachronicus, vel Tauto-
chronicus: illud si nomen arithmeticum dif-
ferat ab Historico: hoc, si coincident. Diffe-
runt, si ego rogatis quo anno Mauritius flo-
ruit? dicam *Annū dat Mīrl Dates*, qui dat
1501. Coincidunt, si suo nomine annum ali-
quis notet, vt si Franciscus anno 206. floruisse
dicatur; id enim ego reponam hoc Tauto-
chronico.

Nomine FranCisCVs proprio olim clauserat an-
num.

Et ut hæc melius, & profundus intelligas,
versus sequentes meditator.

VEVERVM PATRVM CHRONOLOGIA.

Romanī Clementis AtLas, dat tempora fausta
Sæcula Demophili dicit ArIstoteLes.
Areopagita describit tempora i Lato,
Euodij Pape tempora Virgilius.
Sixti, & Alexandri Romanū sæcula, certo
Qui prodent numero, Cæsar, & heCtor erūt.
Clara Minutij ouans reserabit tempora ACHIL-
Les.

Gregory, Hippolyti tempus habet CICero.
Quintæ & ALexander synodi: cantabit hoMe-
rVs
Lancfrangum: Algeri cantor oLyMpVs erit.
Denique Bernardi producet mellea CæLVm
Tempora, quæ dederunt lumina clara Polo.

Chronologiam exhibui; illam expono. Flo-
ruit Clemens Romanus anno Domini quin-
quagesimo, quem vox AtLas indigitat. De-
mophilus Therapeutes anno LI. Dionysius
Areopagita, Atheniensium Episcopus, floruit
sub idem tempus. Euodius ille, qui Antio-
chiae D. Petro successit, respōdet anno LXIII.
Alexander Romanus, Martyr, anno C. Fuit
Sixtus, etiam Romanus, etiam Martyr, etiam
contemporaneus. Gregorius Neocæsareen-
sis, Hippolytus, & Origenes sub idem tempus.
Celebratum fuit Concilium V. Constantino-
politanum circa annum DLX. Archiepisco-
pus Lancfrancus, eruditioñis summæ vir, re-
gabat

gabat suam Ecclesiam anno MV. Algerus anno MLV. & tandem meus Mellitus bernardus floret anno MCLV.

Singulis Patribus cooptatus est aliquis Gentilis, qui Arithmeticis nominis sui literis annum designet: at maior esset curiositas, si ipsum Doctoris nomen annum proderet: sed hoc raro contingit, & poterit etiam notari. Considera Cronophicum sequens.

*TertVLLianVs inclydus,
Et roLyCrates candidus,
Et PaVLVs, & GILDa optimi
Dant literis tempus suum*

Nam *TertVLLianVs* nomine suo complectitur numerum 111. & hoc anno etiam floruit. Sic etiam *roLyCrates* anno 150. *PaVLVs* anno 60. & *GILDa* 551.

Nomina propria certi sine lege vagari, Grammatici vniuersi fatentur: quod si *Polycrates* in versu secundo non placeat, dicam composta à voce πολύς primam habere in lingua Græca breuem, quæ tamen interdum in latina producitur, dixit enim Satyrā I. Persius.

*Non mihi Polydamas, aut Troiadas Labeonem
Pratulerint.*

Profecto hæc Chronicā, quia ex nomine proprio sumuntur, videntur pulchriora, & meliora. Addo aliud exemplum. Publicauit quidam Medicus Augustanus typis Andreæ Erfurt, & sumptibus Ioannis VVebo anno 1654. Libellum curiosum, cui Epigrafe: *Cabala. Speculum artis, & naturæ in Alchymia.* Et quia Letor videretur inquirere, quis esset Author? clausit Libellum ista linea.

Nomen, & atas PaVLVs.

NOTA.

MVsa hæc extraugans Arithmeticam alijs etiam rebus accommodat, multa enim alia possunt enumerari præter annos: imo debent, nam si Hispanis credimus, Annos numerant rusticæ, qui vestigalia pendunt, non nobiles. Et si Ouidio,

Enumerat Miles vulnera, Pastor oves.

Ergo annis omissis, etiam alia carmine numeremus.

Alanzonium Belgæ in Ducem Brabantiae creauerant; non cæcè, vt solent alij Populi, sed prudenter, & cautè. Elegerat Brabantia, qui se defenderet, non cui ferniret: nimirum Regis Gallia: fratrem, sperans se armis, & impendijs Christianissimi Regis protegendam. At Rex suppetias fratri negat, & onseruantiam Prouincia decepta remittit, nec illum insanire patitur, sed consilio potentiore coercet. Furit Dux, & 17. die Ianuarij

anno M. D. LXXXIII. abusus autoritate suâ, Antuerpiam, quam defendendam suscepserat, fraude intercipit, & toto suo exercitu subiugare conatur. Sed frustra, quia Herculeo animo ciues Gallos oppetunt, & frustibus potius quam hastis, aut gladijs retundunt, & interimunt. Euaserunt Antuerpiensium furorem, qui per muros exsiliuerunt in fossas non iam vitam cum morte, sed mortem cum morte commutantes. Tanto scelere perpetrato fugit Alanzo, quem Belgæ non solum persequuti sunt armis, sed & versibus: quorum sensus Oraculo sequenti exprimitur.

Qui vindex venit, demum Predator abiuit.

Hoc fuit Alanzo gens Stadiana tibi. Calentia, & semiuiua Gallorum corpora Antuerpienses congesta in cumulum apud mania, quo loco trueidati, posuerunt; & addiderunt epitaphium, ne perfidiæ, & fortitudinis (vtraque fuit; nimirum, illa in Duce, hæc in subditis; summa) memoria aliquando periret. Ego hoc carmen arithmeticum addidi.

*HIC gallI In MVro qVI oCCVbVere,
IaCent.*

In quo numeratoriæ literæ, non annum, sed cadauerum numerum præferunt. In fossa enim non magnâ 1525. milites infelices sepulti dicuntur.

Erant Louanij tres notissimi Medici: Thomas Fienus expertissimus, & ingeniosissimus, Gerardus Villers suauissimus, & diligentissimus; & Ioannes Sturmius eloquentiæ amantissimus. Sic rem disposuerat Fortuna, ut Fienus immensos haberet Thesauros: Villers esset non ita diues, Sturmius pauper. Appellat Musas iste, & in Fortunam agit his versibus.

Mille tenet ThoMas: quingenta-quinque GerarDVs:

Pauper Ioanes tantummodo continet unum. Vbi miratus omnino fui fortunas sequi literarum numerum, imo & mensuram: nam si agamus de scientia, erat enim doctus Fienus; Villers rerum notitiâ plus quam inmediocri præditus; & Sturmius licet esset doctissimus, carebat applausu populari, & ab æmulis se totum musis, & suauioribus literis dedere ægros negligere, & medicinam non facere magni dicebatur.

Placuit ingeniosæ inuentionis festiuitas, & Sturmium imitatus, Renati Cartessij, acutissimi nostræ ætatis Philosophi certamina contra Aristotelem celebraui hoc Tetrasticho.

*Pugnat Aristotelem in fortē Cartessius: immo
Hic Iunior Veterem vincit Aristotelem.*

Cen-

*Centum, & sex fruitur Cartessi VS ipse taletis:
Quinquaginta uno constat at Istote Les.*

Scriptit Cartessius Mathematica; & hæc fæcilius: Philosophica; & hæc subtiliter: & virtutib[us] hodie à multis reijsit, à quibus non legitur; & à multis impugnatur, à quibus non capitur. Eius ideæ toto Cælo à Peripateticis absunt: sed non ideò fallitatis erunt reæ, nisi suas illi priùs, securiùs, & fortius persuadeant. Vocatus à Regina Sueciæ, Virgine omnium scientiarum amantissimâ coram Regni Primoribus de huius vitæ æternitate disputauit, & voluit posse hominem æternū in hoc mundo viuere, si leges à se latas seruaret. At ipse dum disputandi colore feruidus gymnasio egreditur, frigore maligno corrumpitur, quod febre armatum eum miserrimè exercuit, & tandem abstulit quinto à disputatione ipsa die, tota lugente Europâ, quoniam ingenia tanta, fuerunt à mundi initio, si numerentur, valdè pauca.

Galenum Medicorum Principem Ioannes Helmontius, audentius quām par erat, invaserit: cuius ego his carminibus animositatem retundo. Sic inquam:

*Frustra Ioannes vis debellare Galenam,
Arma in eum frustra debiliora moues.*

Ioannes pugilem tantummodo continet' unum:
Et quinquaginta quinque GalenVs habet.

Vergunt in superstitionem omnia bona, tanta enim nostræ ætatis malitia, aut ignorantia ponius, aut fortè vtraque, vt viam aperiat vanitati, etiam vbi tam clarè patet vanitas, vt vanum omnino, & superuacaneum sit vanitatem ostendere. Considerant valorem literarum nonnulli, & iudicio temerario, & præcipiti ius dicunt vitæ, & mortem futuram prædicunt. Eorumdem est præscripta Regula. *E duobus coniugibus ille superuiniet, cuius plus va-*
let nomen, si arithmeticè consideretur. Hæc vanitas, tametsi inter iuniores frequens, non eniuensis: illam ad Petosyridem reducunt aliqui; alij volunt seniorem esse. Ad eius tribunal appellant omnes lites, & dubia; Puta *ter ex coniugibus alteri superuiniet?* uter è duobus antagonistis in tribunali sententiam, in ludo premium, in duello victoriam habiturus sit? An neest secura hæc regula? Afferit Terentia-

nus Maurus, eius verba subscribo.

*Et nomina tradunt ita literis peracta.
Hæc ut numeris pluribus, illa sint minoris,
Quandoque subibunt dubia pericula pugnae,
Maior numerus qua steterit fauere palmam.
Prefagia lethi minima patere summa.
Sic Patrocle olim Hectora manu perisse.
Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.*

Vnde concluditur istos tres, Achillem, Hectora, & Patroclum: quorum prioris nomen valet 1501. secundi 1225. tertij 861. habere debuisse fortitudinem, fortunamque quantam nomina important. Hector ergo, collatus cum Patrocle vincet: cum Achille, vincetur. Et sicut Græci nomina ponderant in staterâ linguæ Græcæ; sic Latini in lancibus linguæ Latinæ.

Rideo, cùm ista lego: & miror etiam viros doctos simili delirio indulsisse. Si quæras v-

ter in duello occidet alterum.

LVCCIVs, an GVISSeVs?

Arithmetica hæc Mantia respondebit illud nomen esse 261. istud 11. adeoque Luccio accensebit victoram. At ille à Guisseqo fuit occisus. Vide Theologiam nostram Fundam. num. 413. Ad matrimonia venio, & nomina Sere-nissimorum Coniugum scribo.

ferDInanDV,

phILLippVs

phILLippVs

LVDoVICVs

rLeonora.

Margaritha.

IssabeLLa.

Anna.

Ferdinādus II. Romanorum Imperator obiit, Eleonora Augusta superuuit; cum tamen summo excessu Imperatricis nomen supereatur; continet enim 50. & nomen Imperatoris 1006. Superuixit etiam Margaretha Philippus Pius, Catholicus Hispaniæ Rex, & demonstravit esse falsam hanc regulam: In hoc enim Regio matrimonio vxoris nomen 1000 & mariti nomen 57. continebat, Superuuit inuita etiam hac Regulâ Issabellæ Borboniæ Philippus Austriacus, cognomento Magnus, Pii filius, & tamen nomen Philippi à nomine Issabellæ superari certum est. Et tandem Ludouicus, Christianissimus Galliarum Rex, ad Cælos abiit, Anna remanet vidua, cum tamen ille multas, & hæc nullam literam Arithmeticam habeat.



MVSA IX. DECREPITA.

CCLXI.



NNIS, & rugis plena Anus quædam
Castalia huc se insinuat & vult no-
bis narrare, quæ olim acta in Par-
nasso Arithmeticō: nimirūm quan-
do erat ipsa iuuenis, & vernanti pulchritu-
dine prædicta. Non enim Musarum est æter-
na iuuentus, vt vulgo creditur, sed senescunt
periodi, & quæ hodie à nouitate placent, o-
lim non solum antiquæ, sed etiam antiquatæ
dicentur. Testatur igitur hęc decrepita Mu-
sa (non iam soror cæterarum, sed Amita) suo
tempore omnes literas latinas valorem ha-
buisse Arithmeticum. nimirūm.

500	300	100:	500	250	40	400
A	B	C	D	E	F	G
200	100	1000	150	50	1000	900
H	I	O	K	L	M	N
ii	7	500:	800	7	160	5
O	P	Q	R	S	T	V
159	2000					X
Y	Z	&c.				

Vt puto hanc Musam vidērunt Valerius Pro-
bus, & Petrus Diaconus, quorum meminit
in suo Apparatu Posseuinus: eam Trithemius
nō vidit, miratur enim non esse apud Latinos
literas omnes numerales. Sed progredirur
Musa, & valorem singulorum Characterum
exponit sequentibns versibus.

Posidet A. numero quingentos, Candide Lector:
Et B. trecentos per se retinere videtur:

C. centum, sed D. quingentos significabit.

E. quoque ducentos, & quinquaginta tenebit:

F. quadraginta, quingentos continet & G.

H. quoque ducentos in se designat habendos.

M. Caput est numeri, quem scimus mille tenere:

N. ubi nongentos: undenos claudere tantum

O. debet: septem retinet P. continet & Q.

Quingentos: R. octingentos: imbibit atque S.

Septem: T. Centum cum sexaginta: recenset

Quinos V.; X. denos. Hinc grammata Graeca
sequuntur;

Quinquaginta nouem & centum T.: bis millia
Zeta.

Si admittatur antiquus literarum valor, quem
repræsentant isti versus, Ethoistica componi

non poterunt, ascendet enim literarum Arith-
meticus valor, supra omnem notum anno-
rum numerum. Reim exemplō dilucidō. He-
enim carmen.

Naseitur armisōna generosus in urbe Philippa
maiores annorum numerum complecten-
tur, quam computus communes egant: V-
lorem dictionum singularum designo.

Nascitur	2572	Ergo vel vtendum ei-
armisōna	3818	vnica breuiuscula de-
generosus	2630	ctione, vel singula-
in urbe	2350	tantummodo litera-
Philippus.	1371	Secundumq; huc mo-
Summa	12741	dum reperio in lo- nis Episcopi Nep-

ni Epitaphio, quod structum est Romā
Monasterio S. Sabę, è pario marmore. Vi-
xit ergo Ioannes anno DCCLXI: quo in-
scriptis Concilio sub Paulo Pontifice Ma-
mo, & obiit anno DCCLXX. Illud in ga-
tiam Lectoris subscrivo.

Hoc humata iacent Ioannis membra sepul-
Qui Nepæ fuerat Presul in Urbe quida-
Ne Nepa sua sibi noceat, succurre Redeme-
Et que contraxit crima parce Pater.

Nempe loco sancto voluit sepelirier isto,
Quo per hos Sanctos iuuenias regnem.

Θ	9	Extensem per Θ P Q E Δ om̄.
P	7	xa ***
Q	500	Christi annum monstrant, quādū- syt iste Sacerdos.
E	250	Obiit in pace II. kal. Nau-
Δ	4	Hoc Epitaphium Rome marmo- ri insculptum, & charta impri- sum apud Posseuinum tom. I. Apparatus in- uenies.

Sum. 770 In schedis, quas puer compluti scripsit
Epitaphium lego.

Hic iacet, atque diem mortis sub nomine clau-
dit.

GADVS erat, senior moritur sub nomine an-

num.
Est in Ecclesia S. Marie, & annum, quo de-
uixit, inquiris. Respondeo iuxta valorem
literarum, quem nunc cognoscimus, nome
GADVS notare numerum 505. Hic annus
si stemus Roderici Sancij Episcopi Placentie
Historię incidit in vigesimum regni Alarie
II. decimi Gothorum Regis, qui multis an-
nis ante Rodericum, & Cladem Hispanie ḡ
bernauit. Ergo, cum non sit verosimile ita
est.

esse antiquum illum lapidem, aut forte illud templum, aliò oportet recurrere, ut literarum valorem cognoscamus. Veniamus ad istam

G 400	Musam, & valorem antiquum (i-
A 500	mò etiam antiquatum) & si nume-
D 500	ros singulos examinemus, & si
V 5	mul sumptos ad sumimam reduca-
S 7	mus reperiemus annum 1412.
Sum. 1412	quod videtur veritatis cogere.

CCLXII.

Vidisti valorem, quem literis attribuit antiquitas; at quia etiam hodie sunt multi, qui singulas volunt inseruire Arithmeticæ, quantum illorum sententia valeant, examinemus.

Lucas Carolucius, Canonicus Altamuranus, ordinem ipsum literarum considerat, & ex illo hanc dedit Hypotesim.

1	2	3	4	5	6	7	8
A	B	C	D	E	F	G	H
9	10	11	12	13	14	15	16
I	L	M	N	O	P	Q	R
17	18	19	20	21	21		
S	T	V	X	Y	Z		

TRIVMPHVS ARITHMETICVS.

22. 104. 81. 73. 108
Io, Partenope, seruis redimita supremis
91 99 117 109 121
Immenſis ſceptris, pompiſque, noniſque triuimphis
82 62 56 79 68 64
Suanis ouans radis diuinis Iridos iuſis,
24 66 65 37 93 3 25
Nam ſunt rejecti Galli Longonis ab arce.

12	91	82	24	Summae
104	99	62	66	389
82	117	56	65	537
73	109	79	37	411
108	121	68	93	313
389	537	64	3	ergo 1650
		411	25	
			313	

Habebit igitur ex Tetraſticho premisso posteritas Gallos, postquam Longonis Portum, Arcemq; multis annis possederant, & summâ vi, & pertinacia propugnauerunt, tandem ab Hispanis expulſos anno 1650.

Obligt immatura morte Serenissimus, & Augustissimus D.D. Ferdinandus IV. Hun-

garorum, Bohemorum, & Romanorum Rex magnæ expectationis adolescens anno ætatis XX: eumq; sequuti ſumus desiderijs, & lachrymis, & eamdem habentes ab oculis hypothēſim hos numeros inter lachymas fundimus.

34 49 115 78 38 56 101
Cur Celum exposuit ſyodus? Cur terra mouetur,
34 49 116 70 77 80

Atq; ſuo strepitū pectora noſtra quatit?

24 69 39 79 96 105
Nam Ferdnandi Animæ ſolium diſponit Olympus.

50 23 90 56 61 61

Eius exuuias Terra tenere timet.

Qui omnes numeri ſi debitā curā colligantur, dabunt mœroris publici, & communium lachrymarū tempus, videlicet, annū MDCLIV. Considera ſequentes.

38	34	24	50	Summæ
46	49	69	23	475
115	116	39	90	426
78	70	79	56	412
38	77	96	61	431
56	80	105	61	—
101		426	412	1654
475			341	

Hæc carmina exornat, & Cælo donat Lamina. . . quam paucis verbis explicabo.

Pingitur Orbis Literarius in Cælos, & Orbes distinctus, Ptolemaico ſystemati facilioris delineationis, & intelligentiæ gratiâ correspondens: & in ipſo supremo loco ponitur Primum Mobile, quod exponit, qua voce ſinguli numeri moueri debeant. nam 1. ſonat a, 2. b. 3. c, 4. d. &c. Postea distinctis orbibus enumerantur Planetarum ſingulorum malencholię deliquià, mætores, tristitia, ſpiritia, luſtus, lachrymæ, & incipiendo à Leone, conſtellatione Regia, Genius Arithmeticus reperit numeros, quos in Canones quatuor ordine conuenienti deſtribuit. Succedit Genius Steganographicus, & Stellam ſub meridiem viſam apud ſolem demirans, & insolentem terræ motum exhortescens numeros conuertit in literas, canones in carmina, & profert Tetraſticum illud, quod dedimus. At Genius Chronologicus, ne mœroris nostri tempus poſſit ignorare posteritas, omnium lachrymarum numeros, & valorem arithmeticum aggerit, & in ſumma reperit annum 1654. in quo amare lugemus.

Pro facilitate horum Chronicorum hæc pauca adiungo. Iste annus 1654., & ſequentes ad

tes ad 1700. commodè exprimentur quatuor versibus: ergo totidè componas liberè [N.B.] & postea examina quem dederint: & quia alium maiorem, aut minorem requiris, nota differentiam, & loco aliquarum vocum æquipollentes substitue, & earum numerum adde quo usque ad numerum verum peruenias.

Alia Hypothesis placuit Excellentissimo D. Bernardo Comiti à Martinitz, magni, & exculti ingenij viro; quam quod à cōmuni abiret, vocauit *Cabalisticam*, quasi traditione potius, quam scriptis apud Musam, & Parnassum seruatam. Cabal enim est apud Hebreos est tradere: vnde Cabala dicitur rerum notitia, quæ non scripto, sed traditione ad posteros deriuatur. Singularum literarum protestatem subscribo.

1	2	3	4	5	6	7	8
A	B	C	D	E	F	G	H
9	10	20	30	40	50	60	70
I	K	L	M	N	O	P	Q
80	90	100	200	300	400	500	
R	S	T	V	X	Y	Z	

Ad præcedentes ille numeros conformauit stunc versum.

Ferdinando	Quarto Romana	io laurea	venit.
230	501	202	59 307 354

qui exprimit annum 1653. quo fuit electus, 230 & coronatus Ratisbone Ferdinandus IV. Romanorum, & Germanorum Rex.

59
307
354
1653

Placuit scholæ curiosum, & ingeniosum Chronicon: & multi sunt illud imitati, pauci adsequuti: at inter alias laudem fuit, & applausum promeritus Euerhardus VVassenbergius Cesareus Historiographus, ingeniosus, & eruditus vir, qui duo Chronica composuit, & excellentissimo D. Ioāni VVeichardo ab Auerperg S.R.I. Principi dedicauit. Primum erat.

Eia:	qui Regem duxit,	Dux fit.
15	249	127 613 504 115

secundum vero

Eduxit: Quidni		Dux	fit.
618	322	504	115

In alterutro exprimitur idem annus 1653

15	618	Elidem Hypothesi, &
279	332	Arithmetico valori literarum insistens
127	404	Clarissimus Dominus,
613	199	Joseph Vincetius Marascia Iuris-Consultus
504	1653	Panormitanus, vir omnini scientiarum genere exornatissimus, nos ad Campaniensem Episcopatum promotum hoc Onomantico honorauit.
115		
1653		

Θημα.	ABBA D. IOANNES CARAMVEL.	Συναριθμησις.
	ANTISTES CAMPANIAE.	Επιτελούμα.
	Sic erat in fatis: Hoc vel tua nomina dicunt Campanie Antistes, Caramuel, Abba, Ioann.	

Esse feliciter inuentam hanc diuersum grammatum Synarithmesin, demonstrabit Analysis.

3	1	9	1	10
1	50	1	2	235
80		1	2	340
1	40		1	585
30	40			
200	5	5	4	
5	90			
20		235		
340				

Ergo Abba D. Ioannes Caramuel importat annum 585. quantum igitur Antistes Campaniæ importabit? Dabit computus.

3	1	435
1	40	150
30	100	
60	9	
1	90	
40	100	
9	5	
1	90	
5	435	
150		

Omnis

OMnis literarum potestas (tām Grammatica, quām Arithmetica) ab arbitrio dependet; & potest, si placeat, mutari, & alterari: hanc ego ob causam mutauī literarum valorem, & incipiendo à fine cooptauī characteribus sequentem numerorum recursum.

A	B	C	D	E	F	G
400	300	200	100	90	80	70
H	I	L	M	N	O	P
60	50	30	30	20	10	9
R	S	T	V	X	Y	Z
7	6	5	4	3	2	1

Ad illum conformavi hunc Pentametrum.

Ferdinandus quartus Rex est Romuleus.
827 434 100 101 191

Fortè non cognoscis mensuram: sed illam bonam esse ostendimus superius proprio loco. Omnes literē simul sumptē consti-
tuunt numerum 1653. quo magno Europē iubilo Ferdinandus IV. coronatur.

827 1653
344
100
101
191

Sic placuit valorem literarū statuere, nam vbi nihil à natu-
ra rerum matre disponitur, o-
mnia telinquuntur arbitrio. Interim quidquid sit de prregrinis Chronicōn conformandorum modis, tu loquere, & scri-
be cum multis, & raro abeas à communī sententia. quę tantum in istis literis [I.V.X.
L.C.D.M.] arithmeticam cognoscit potes-
tatem.

De Cabala Arithmetica.

¶ CCLXIII.

NOmnia eiusdem valoris esse etiam eius-
dem significationis audacter affirmant
Rabbini: & tanta temeritate, aut cœcitate; vt
in Sacram Scripturam se insinuent, & multa
loca commentarijs suis maculent. Nam,
vt demus aliquando contingere, quod ipsi
exoptant, inde posse Regulam generalem
deduci, aut somnium, aut delirium est. Eo-

dem, vt puto, modo de Arithmeticis literis,
quo de Anagrammatibus philosophandum
est: vtrobiq; enim interdum eruntur mira-
cula, interdum monstra. Interim, vt videa-
mus, quanto procedunt ingenio Cabalistæ,
hęc paucula exempla subijcio

Igitur,

*Vt nostri numeri placeant volo, Candide Lector,
A summa summum sumere principium.*

Marla. Magistra. valent 1001.

Cur in Arithmeticis, haec nomina bina logismis

AEquivalent dicat qui mihi Magnus erit.

R. *Est quia caelestis lectissima Virgo Maria:*

Est quia terrestris ipsa Magistra Poli.

Est Hominum Doctrix quia Ductrix; omnibus una

Est & Spiritibus ter magis Angelicis.

Cæsar. preceptor. valent 100.

Tu verè es Cæsar, qui exemplo dirigis omnes;

Qui faciendo iubes, quique iubendo facis.

LeX. LaqVeVS. valent 60.

Cur Legem, Laqueumq; natura cooptat?

An quia Rex populus Legibus illaqueat?

Si Laquei, & Legis tanta est connexio, Leges;

Vt laqueos possis tollere, tolle prius.

Sed non. Lege caret populus, qui barbarus; ille,

Numina, qui ignorat, qui ratione caret.

Sunto ergo Leges, sit Lex me iudice prima.

Seruantor Leges, esse secunda potest.

Tertia iungatur, Laqueo suspenditor ille,

Sacratas leges qui violare velit.

Sunt qui has contemnunt, sed Lex dabit his quo-

que funem,

Aut rei exemplo flebile funus erit.

Aliud.

Legis, & Laquei numeros considero, & aio;

Esse diu minime Res sine Rege potest:

Esse diu minime Rex sine Lege potest:

Esse diu minime Lex sine Fune potest.

reX. seneX. [pVer.] Illi valent 10.

[& hic 5.

Es Puer, & sceptrum recipis? Res-publica fa-
lix

(Crede mihi) est cuius Rex Puer, esse nequit.

Dena talenta petit Maiestas Regia Princeps)



Vix habet incautus quina talenta Puer.


Ecce talenta petit Maiestas Regia dena

Ecce habet annosus dena talenta Senex.

Sis prius ergo Senex, capias, quam sceptra: corona

Quam lapsam acceptes, sis prius ergo Senex.





M V S A X. SIMPLEX.

CCLXIV.

SVMMO compendio exprimit conceptum hęc Castalia, aut potius supprimit; tam enim difficilis intellectu est, vt cum maxime videatur culta, occulta remanet. Dicitur simplex quia nomen personę, quam proponere vult, explicat vno numero, vt sequens exemplum ostendit.

Et quis erit Mundi Dominus? Qui continet alio Sexaginta duonome, Cesar erit.

Nam si hoc oraculum redditum fuisset illo tempore, quo Pompeius, & Iulius de totius Mundi imperio concertabant, videtur prædicti IVLIVs, non POMPEIVs; hic enim suo claudit nomine numerum 1006. & ille numerum 62. quem prædictisset. Ha doctrinā premissa intelligi poterunt sequentia exempla.

Fuit olim apud Poenos Priscum Deorum Oraculum, magna religione obseruatum, sed minimè ab ipsis intellectum. Erat illud.

Octo fugaro notas: Numerum fugitote Trisepie.
De cuius intelligentia varia Senatus-Consulta, & Plebis-Scita. Decretum, ne Patres Patrię essent octo; ne viginti unus, ne septeni: & inter tenebras tangere veritatem, at apprehendere non posse visi. Accidit tandem Valerium Leuinum Consulem, postquam aduerso Marte dimicans in Lucania fuerat à Pyrrho cęsus, recuperande glorię causā ad Poenos copias numerosas dirigere. Venit, Vedit, Vicit, Et oraculo prisco fuit luci: & in causā, quod viatos fuerim his versibus aliquando alloquutus.

j.	V	5	Olim quem vobis sapiens
ij.	VALERI	500	prædictit Apollo,
iiij.		50	Hic Leuinus erat: nam que-
jv.		30	que oracula dicunt,
v.		80	Nomine præsago tenet ipse
vi.		100	Valerius: Ergo
vij.		5	Iam domiti seruite viro,
viii.	S	7	quem sydera vobis
Summ.		777.	Prædictere prius, aederunt cui fata coronam.

Octo igitur seruite Notis numeroque Trisepem.
Arithmetica literarum potestas respondet euo prisco, & uumeris Musę Decrepitę: ponam igitur literas, & singulis cooptabo valorem Arithmeticum, vt meus Lector faci-

lius artem capiat, & modum, quo procedit Mnſa hęc Simplex intelligat. Rara habemus in lingua latīna testimonia, ad grēcam ergo, & alias peregrinas transeamus.

Clarius loquuta est Cumea Sybilla (quam & Amaltheam, & Erophilem, & Demophilem multi nominant.) Floruit Tarquino prisco dominante, cui nicitur, tres Pr̄nōtionum libros (combustis reliquis) trecentis aureis Philippicis vendidisse. Multa eius extiterunt Oracula, & inter alia illud fuit celebrissimum, quod Christi Domini Natiuitatem circumscribit his verbis.

dn̄ r̄t̄ &c.

Quę carmina sic transtulit Sixtus senensis.

*Tunc ad mortales, veniet mortalibus ipsi
In terris similis Gnatus Patris omnipotens,
Corpore uestitus. vocales quatuor autem
Fert, non Vocalesq; duas binum Geniorum.
Sed quæst̄ numeri totius summa, docebo.
Namq; octo Monades, totidem Decades su-
istas*

*Atq; hac atontades octo infidis significabunt
Hominibus nomen: tu vero mente teneto.
Vox Homo habet primam breuem: at Sextus
videtur esse metrika necessitate compulsi:
cum duxit. Quidam aliis Iunior eadem Sy-
billę verba sic transtulit.*

10	I	Mortali sub carne venit, de-
8	H	lapsus Olympo,
100	M	Chara Dei s̄oboles mortalem
70	O	vifere mundum.
400	Y	Quatuor in cuius Vocales N̄
200	M	mīne sacra
Sum. 888		Clanduntur celebri, quibus ad-

dito grammata bina,
*Quæ sunt spirituum capitalia signa duorum.
Si numerum poscis, octo ter scribe, tenebis.*
E quibus verbis collige nomen IESV esse, quod à Sybilla circumscribitur. Illud est gr̄ce IHΣ OYΣ; & habet quatuor vocales; videlicet I, H, O, Y, & duas consonantes sibilantes; à quibus initium sumunt spirituum Principalium nomina: quoniam Genius Optimus, vt secrētoris Theologie professores volunt, dicitur SATHAEL, pessimus S A T H A N . Dulcissimum nomen IHΣ OYΣ continet numerum 888. hoc est octo centurias, octo decades, & octo unitates, quæ

tes, quæ calamo exprimi possunt, scriben-
do numerum triocto, hoc est ter charactere-
tem 8.

HVic est simile Oraculum alias Sybillæ,
quod Auratius Poëta Regius, ad ver-
sus sequentes reduxit.

Sunt elementa nouem mihi, sum tetrasyllabus
autem

Percipe me prime tres syllabæ officiantur
Ex binis omnes elementis: cetera restant
In reliquis quorum sunt non vocalia quinque;
Torius numeri sunt bis hecatontades octo
Et ter tres decades, cum binis. Se scieris me
Non te qua potior sapientia dia latebit.
In secundo versu more Græco syllabæ sequen-
ti vocali est pes dactylus.

9	4
5	-
70	0
200	6
200	9
800	8
300	4
8	2
100	50
1692	

Et quidem si in hac voce **θεος**
σωτηρ si hoc est, **Dens Salvator**,
nouem sunt characteres: syllabæ **θι.οσ.σω.** constant binis li-
teris: syllaba **τη.** tribus'. Sunt
consonantes quinque: nempe
θ.σ.σ.τ.ρ. & omnium literarum
valor arithmeticus est 1692.

Huiusmodi nomina descri-
bendi modus obscurus est, &
posset reduci ad Logographos:
at nunc tractamus arithmeticam, illumq; aptius
dilucidamus.

Hinc lux ad intelligenda aliqua loca sa-
cra Paginæ, quæ hucusque visa difficillima;
in quibus si non sis Magister, qui difficultatem
propositi nihil addiscemus discipuli. In
Apocalypse libro multa diuinitus reuelata
exponit S. Ioannes Euangelista, & per mul-
ta capita describit bestiam, quam Antichri-
stum fore communiter Patres, & Doctores
affirmant; sub finem capituli 12. hæc habet,
Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, &
pauperes, & liberos, & seruos habere charac-
terem in manu dextera sua, aut in frontibus suis:
& ne quis posset emere, aut vendere, nisi qui ha-
beat characterem, aut nomen bestie, aut nume-
rum nominis eius: hic sapientia est, qui habet
intellectum, computet numerum bestie; numerus
enim hominis est, & numerus eius sexcenti sex-
ginta sex. Docemur nomen Anti-Christi per
latebras; omnes enim eius nominis literæ si-
bi ipsis appositæ complent numerum 666.
sed quomodo distribuentur ipsis numeri, vt
singulæ literæ noscantur? hic sapientia est
opus, inquit Euangelista: interim non de-
fuere, qui exercere voluerint ingenium, &
pulchro ausu has literas inuestigare.

Aliqui ad linguam Hebraicam recurrent, &
Lutheri nomen putant fuisse Euangeliſtæ re-

uelatum, nam stando Arithmeticę veterum
characterum potestati, huius Heresiarchę co-
gnomen complectitur numerum 666. at ego,
cum alte rem examino, hanc expositionem
existimo piam quidem, sed non veram esse.
Multa contra Christum Lutherus, multa contra
Ecclesiam Romanam, multa contra Fi-
dem Catholicam, propter quæ meritò possit
Anti-Christus vocari, at eiusdem vocabulo
numerum bestię contineri fasum est. Id co-
natur aliqui recentiores ostendere, sed co-
tundem meditationes impingunt in idio-
matis Hebraici fundamenta, & demum his
solummodo placere poterunt, qui linguam
nesciunt. interim corumdem computum ve-
terioris doctrinę gratia non grauabor sub-
scribere.

9	30	9	30
5	10	5	30
70	6	7	6
200	400	200	400
200	10	200	10
800	200	800	200
300	10	300	10
100		100	
1692		Summa 666	Summa 666

Sic isti homines philosophantur, & dum li-
teras duplicant, & vocales otiosas interpo-
nunt, voluntatem suam potius quam inge-
nium ostendunt. Cum alij Apocalipsin Græ-
cè scriptam supponant, ad Græcum idioma re-
currunt, & querunt nomina, quæ numerum
bestię complectantur, & nulla inueniunt.
Hec quatuor maiori plausu accepta ob oculos
Lectoris pono.


T 300	A 1	A 30	Λ 30
E 5	ΑΝΤ 50	Ι 1	Ι 1
I 10	Τ 300	ΑΜΠΕΤ 40	Τ 300
T 300	Σ 5	80	Σ 5
Α 1	ΕΜΟ 40	5	Ι 10
Ν 50	ΟΜ 70	300	Ν 50
	M 200	10	Μ 70
		200	Μ 200
Sum.666	666	666	666

Primum nomen est TEITAN quod *gigantem*
significat, & erit bestię proprium ex doctrina
Tinei, & Hyppoliti, & aliorum, qui illis
subscribunt. Sed hoc nomen nimis est genera-
le, nec videtur sufficere, vt singularem per-
sonam cognoscamus, ANTEMOΣ potius
deberet illa dici, si numeros Primasij seque-
remur

remur, sed etiam hoc nomen esset nimis commune, nec potens ob oculos ponere vnam singularem personam, quam Euangelista prædictit. ΛΑΜΩΝΤΙΣ dicitur à Ticonio, & dū bestia nominatur *illustris*, laudari potius videtur, quām nominari. Nostri autē Hæretici, vt Pontifici Romano insultent omnia, quæ de Anti-Christo dicta illi appropriant, & in eiusdem nomine numerum bestię contineri delirant. Ipse enim græcè ΛΑΤΕΙΝΟΣ debet dici, vt hęc calumnia confirmetur, & sic complecti numerum 666. Recurrunt alij ad idioma Latinum, & apud ipsos bestia *DECVLTRIX*, aut etiam *DECALVATRIX* vocatur, hęc enim bina nomina iuxta decrepitam Lantiorum Arithmeticam numerum bestię complectuntur.

Hęc omnia nomina appellativa sunt, & cūm queritur proprium, dissona, & inutilia.

Quærendum igitur aliquod est, quod verū proprium sit, & numerū bestię contineat. Alij igitur alias linguas examinēt, & recognoscant Onomastica, quæ congeserunt homines eruditī, nos intra Idiomatis Latinæ terminos dicemus, quod istud nomen *LVDOVICVS* propheticum numerum claudit, sed quis hic Ludouicus, quem ab Euangelista prædicti putamus, si putamus? multa hic somniare, aut delirare posset otium, si rationi prescriberet: benē enim inueniret Hispanus Ecclesiæ hostem, cui posset hoc nomen affingere, sed appropriatio ista, non audacia, sed ingenio careret. Multi fuerunt, multi sunt, eruntq; in orbe Christiano Ludouici Hispani, Galli, Itali, boni mali, vt temerarium omnino sit prophetiam intelligere, de aliquo in particulari.



M V S A X I. HISTORICA.

CCLXIV.

SINE Historiæ notitiā stare eruditio non potest, & quia Historia est varia, & multiplex; memoria tenacissima indigent, qui debent Historiographos agere. Sed & memoriarū tenuitati etiam arte succurritur; & quia inter cæteros Andreas Streithagenus placet, Chronica eius legi, & memoriter retincri persuadeo.

Andreas Streithagenus.

Αραγεπημα.

Studia generant has res.

Petrus Streithagenus Andreæ filius, Canonicus Hemsbergensis ingenioso, & curioso Lectori.

Ille Syracosie Ciuis celeberrimus Vrbis
Scripsit in exiguo sydera cuncta vitro,
Haliacasque domos, & totum quidquid in Ar-
cto
Parrhasia medium vergit adusque diem.



AFmulus ingenij tanti, tantique laboris,
Lector, quem stupeas en datur iste labor:
Nam gemino versu cum factis indicat annos

Vt disci minimo cuncta labore queant.
Perlege, quam parvus Cælum complectitur Orbi;

Historias, dices, tam breue carmen habet.

Andreæ Streithageni Julio-metzenhaussen-sis, vt dixi, CHRONO-DISTICHA prodesse poterunt. Est liber, qui in singulis Oficinis Librarijs reperietur, & ideo illum sit nominasse, laudasse.

NOTA.

Argumenti similitudo postulat, ut hunc Par-nassum clauda numeris Clarissimi D. Passe-rini, optimi mei Domini, & amici, cuius carminibus, & conceptibus, quoties occasio tulit hanc Metametricam honorauit, & nobilitauit. Paginam sequentem perpende, est enim eruditionis, & ingenij plenissima, & dignissima applausu.



N V M E R V S

CCCVIII

S E V

MYSTICA PRVDENTII FIGVRA

Cum triplici D. Francisci Passerini in eam Expositione.

*Clarissimo Viro Ioanni Petro Crescentio Romano, Nobili Placentino:
Equiti, & Comiti Palatino Academ. Adagiato,
Geniali, &c.*

CCLXV.

Carissime Vir.

Bscurissima hac MYSTICÆ FIGVRAE nox, peregrinus ingenij mei faculis minimum illuminata, quidni Te spectet, a quo lucem, & splendorem expectat, eruditissime Crescenti? Argenteus Crescentium Lunarum tuarum fulgor nocturnis bise
tenebris Solis emulam claritatem, eximijq; inge-
ny Tui lumem inoccidum perituis faculis meis
prosperam pollicentur perennitatem. Nec Luna
spelantium perstringit oculos, nec spem meam
Tua fraudabit humanitas. Vale mi Crescenti, &
in dies magis in omnem cresce felicitatem.

Plac. Id. Ian. M D C L.

Obstrictiss. Ser.

Petrus Franciscus Passerinus.

M Y S T I C A
PRVDENTIIFIGVRA
Proponitur.

Vrelius Prudétius Clemens V.CL. quem Gennadius in Catalogo Il- lustrium Virotum Eruditum, & laude dignissimum; Antonius Pos- sevius in Apparatu Sacro Elegantem, & ar- gutum, & Robertus Bellarm. Cardinalis De Scriptoribus Ecclesiasticis Poëta verè Chri- stianum, & Egregium dicunt, in Präfatiuncula Operis illius, quod PSYCHOMA- CHIAM inscripsit, & est de Pugna Fidei, &

Idololatriæ: Pudicitia, & Libidinis: Patien- tia, & Iras: Superbia, & Humilitatis: Lu- xuria, & Sobrietatis: Avaritia, & Largita- tis: Concordia, & Discordia, narrato Ab- rahæ facinore, cum ex omni seruorum suo- rum multitudine trecentos decem, & octo fideliores, promptiores, & exercitatores delegit, armavit, & eduxit ad conflictum, ijsque ingentem hostium exercitum profligauit, Historia ad Allegoriam tracta, cum no- bis etiam aduersus infensissimum vitiorum exercitum dimicandum sit, ne nos domesticę cohortis ope carere doleamus, asseueranter subdit.

Nos esse largè vernularum diuites,
Si, quid trecenti, bis noueuis additis,
Posint, figura nouerimus mystica.

Sed quid sibi velit numerus iste trecentorum, & decem octo vernularum, quidue sit figura ista mystica, adeò obscurum est, vt hic, vel eruditissimorum Virorum acutissima cæcute- rint ingenia. Victor Giselinus, qui Pruden- tij opera non parum suo illustravit Commen- tario, OEdipum hic aliquem, aut Pythagoricum exoptat; & Nicolaus Reusner, Folijs Sybillæ obscurius, & numeris Pythagoricis abstrusius ænigma nuncupauit. Tres ipse so- lutiones singillatim producam in medium, vt, quam sibi quisque maluerit, liberè possit eli- gere, seu meliorem aliam, si harum nulla pla- ceat, excogitare.

M Y S T I C Æ FIGVRAE
Prima Expositio.
R vptus apud Perer. tom. 3. in Genes. ca.
14. vers. 14. ex numero isto decem, & o-
cto supra
D

Eto supra tercentam mysticis, & figuratae Sanctam Nicænam Synodum ex trecentis, & octodecim Episcopis conflatam accipit. Hic numerus, inquit, *totus sacer est, quo & S. Nicæna Synodus, non humana industria, non compositione aliqua; sed Diuina aente Prudentia, genua est: in qua vastator Christianitatis Arius à trecentis, & octodecim Episcopis superatus, & damnatus est.* Et Antonius Nebrissensis, qui in tres priores Prudentij libros Commentarium eruditè conscripsit, Rupertum secutus hunc ipsum trecentorum, & decem, ac octo vernularum numerum totidem Orthodoxis Patribus, qui Nicæno Concilio interfuerunt, applicandum sapienter consuit; licet aliquibus æquè obscura hæc explicatio; ac res ipsa met explicata, videatur: quorum tamen oculos collyrio potius, quam res ipsas vilas claritate indigere crediderim, ut ingeniosissime, ac lepidissime in similes obscuri ingenij melius, quam obscurarum rerum censores dixerint Doctissimus, & Eloquentissimus Daniel Bartolus Part. 2. Vir. Liter de obscuritate.

Cum ergo Prudentius prudentissime nos ditissimos, & potentissimos esse pronunciet, si, quid trecenti, & decem octo valeant, & possint, allegoricè cognoscamus, innuere vi-sus est, eos, qui rectam Christianæ Fidei summam in Nicæna Synodo traditam firma fide tenuerint, eâ preditos esse vi, ac potentia, ut facile hostes omnes vincere, & debellare possint: quod Propheticè præfiguratum, & Divinitus præsignificatum fuisse in Abrahamo non incongrue dicent, qui rem per bene perpendunt. Quare primam hanc Difficultatis expositionem sic exposuerim.

Tercentum, octo, decemq: Patres Fidei, atque Salutis

Nicæna in Synodo summam docuere, Viamque: Hæc bene qui teneat, totidem quasi Mysticus Abram

Stipatus vernis, hostilia conteret arma.

MYSTICÆ FIGVRÆ

Secunda Expositio.

Minus forsan aperte, sed non minus pie, ageret qui Mysticam hanc Prudentij figuram sanctam ipsam Crucem, & Diuinum Iesu nomen interpretaretur, si Græcorū characterum vim, & numerandi modum diligenter inspiciamus. Cum enim ijs literarum elementis pro arithmeticis numerorum notis videntur, trecentorum, & octodecim vernularum numerum tribus Alphabeti literis expri-

munt, quæ sunt Tau, Iota, & Heta: Tau 300. Iota 10. & Heta 8. significat, ut luculentissime tradit Gretser. Institut. Græc. p. 3. cap. 33. Hæce vero literarum figuræ quæ mysticas, & pietatis plenissimas esse negantur, qui maximos ibi Salutis Aeternæ thesauro latentes agnoscat. *Tau* siquidem signum quod Salutis notam Ægyptij nuncupabante litera est speciem Crucis demonstrans, ait Isidorus de Vocat. Gentium, nam si ligno erecto brulus alterum supernè, & in ipso capite committatur, sic ut nihil extet, *Commissa Crucifiet*, & examissim lirera T. formabitur, quando ore omnes cum Cruce componunt, teste Lipsio de Cruce lib. 1. cap. 8. cuius incomparabilis Viri, sive doctrinam, sive elegantiam, qui aut doctorem, aut elegantiorum desideraret mellis dulcedinem, melle dulciorum exquireret, quod de eodem Lipsio verissime dixit in Theatro Viror. Litera. t. vol. 1. Hieronym. Ghilinus amplissimum Alexandrinorum Patritiorum Decus, Literarum cultor eximius, caque Henij, ingenuique mei vberitate, ac liberalitate præstans, discipliniis, ac virtutibus vniuersis excellens non imincerito censeatur. Si vero ligno erato transuersum alterum inlungatur, atq; immittatur, sed sic, ut ipsum secet, & erecti capitellum suprà transuersum extet, atque emineat, *Inmissa Crux*, & nostrum minutione charactere exaratum apparebit, de quo *Ausonius Malus*, ut antemnam fert vertu-ego sum t. Nam cum à nantis scinditur mar-quit Maximus Taurinensis de Cruce Domora. 11. prius arbor erigitur velum distenditur Cruce Domini facta, aquarum fluenta rumpant non enim tantum maiusculam literam T; sed etiam minusculam nostram t Romanorum antiquissimam esse fatetur eruditissimis genuinæ antiquitatis, bonatumq; artium, ac dilectionis omnium vindex Leo Allatius Amaduers. Antiquitatum Etruscarum fragmenta ab Inghiramio edita. num. 39. Iota autem & Heta priores Augustissimi nominis Iesu litteræ ipsummet indicant in genitivo; in nominativo enim, tertia superaddita litera, nominum Sigma, & linea supernè ducta, Iesu sic Græcè figuratur IHS, licet ultimæ litteræ loco, idest, pro S. Latino Sigma Græcum ponni deberet, ut cum duabus prioribus conueniat, quæ Græcae omnino sunt, nemirum Iota, & Heta. ex quibus clarè liquet, cur nomen hoc Iesu tribus hisce elementis IHS vulgariter scribatur; secunda enim litera, quæ aspirationis Grandiusculæ Latitorum imaginem præ se fert, Heta Græcorum, & secundum dictionis

ditionis *Iesus* elementum est, sicuti etiam nomen ipsum *Christus* à Græcis per abbreviacionem tribus alijs literis, scilicet, *Chi*, *R*, & *Sigma* figurabatur, vndē vetus ad nos emauit vsus scribendi *Christus* hōc modo XPS, prima enim litera, quæ iX, & secunda, quæ Pe Latinorum videntur, *Chi*, & *Rho* Græcorum sunt; tertia verò verē eS nostrum est; attamen *Sigma* Græcorum esse deberet, ne, vt innuimus, à superioribus Idiomate discordaret: sed scribentium error paulatim *Sigma* vertit in eS, cum ambo figura ipsa non valdē differant. & idcirco Græcanicæ abbreviacionis originem ignorantibus verum monstrum; vel saltem valdē mirum esse solet, cur HPS sit *Christus*, vt optimè animaduertit Adolphus Mekerchus de lingua Græca veteri Pronunciat. cap. 34. Quocircà Secundam hāc Mysticæ Figuræ explicationem sic exprimere possumus.

Tercentum Tau, Iota decem, o & *o* *o* que indicat Heta:

Tau Crucis effigiem, Iota, Hetaq; nomen Iesu.
Tercentum ergo, decem, ac octo quid roboris his sit

Venias, si noris; hostes his viceris omnes.

MYSTICÆ FIGVRÆ

Tertia expositio.

ET Latini Alphabeto ad numerandum, vt assolent Græci, nequaquam vtantur; suas tamen Latini quoque numerales habent literas, vt anteā diximus, quibus mysticè numerum quemlibet exprimere possunt. Quamobrem cum vnica Crucis figura Christianis sit pro multitudine, ac virtute legiūnum, vt ait Paulin. Nolan. epist. ad Scu. adeò vt Costantino, teste Zonara, & Eusebio, vere dictum fuerit *In hoc signo vince*, immò, cùm Crucis vis non hostes tantum; sed etiam peccata ipsa deleat, & ipsas quoque Purgatorij flamas extinguat, vt doctissimè, & luculentissimè docet Ghrisantus Solar. Placentini Theologorum Collegij Sidus aureum, Pentateuchi Mort. lib. 4. cap. 29. num. 5. cur

Prudentius noster symbolicè admirabilem Vnicę Crucis figurę viii, ac potentiam propemodum infinitam ex numeralibus ipsis literis, quæ in verbis continentur, innuere non potuit? Immò cur noluit? equidem, dum numerales literas trium horum verborum *Vnica CrVCls figVra* diligenter supputo, & ex tribus CCC, tribus VVV, & tribus III, ipfissimum omnino numerum trecentorum, & octodecim agnosco, Prudentium hoc allusisse cur negeam? cur mystica illius figura nostram hanc Sacrosanctam figuram figurare non indicet, cùm concors numerorum numerus, veluti veritatis nota idipsum indicet? enīm uero nomina per numeros exprimere nouum non est, cùm etiam Christi nomen *Iesu* per ambages expressum fuerit à Sybilla per numerum 888. vt disertè docet Causs. de Eloq. lib. 4. cap. 37. immò Antiqui, superstiosi, & vana fide, tantam nominum numeris viii esse credebant, vt nomina, quæ maiorem numerum continerent, cæteris inferioribus feliciora prædicarent, & ex nominum numeris in bellis victorix omnia captarent. Sic Hectorē Patroclo, & Hectorē Achillem victoriosiorem voluere. Terentianum Mau- rum audiamus.

*Et nomina tradunt ita literis peracta
Hæc ut numeris pluribus; illa sint minutis.
Quandoque subibunt dubia pericla pugne,
Maior numerus, qua steterit fauere palmam,
Præfigia leti minima patere summa.
Sic & Patroclum Hectoris manu perysse,
Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.*

Hinc ego rem omnem breui claudam Tetragravem.

*Perbeze, quid sint tercentum, ter quinque,
ter unus,
Disce, figVra CrVCls queis omnibus Vnica
constat,
Vernarum tam dines eris, tam fortis in ha-
stes,
Ditius ut toti nil sit, nec fortius Orbi.*



A P O L L O R E T R O G R A D V S.

Zoile ne laceres retrograda carmina nostra
Sed retroire modo fac meliore tua.

CCLXVI.



CEANVM Angelicus Doctor i.par.qu. 105. art.6. Phœbx subdit, quā vult vndarum esse Principē, ęstuū Dominam, flu&tuū Moderatricem. Illā ego exauthoro, iure ad fratre delato: mas enim præferendus est fœminæ, adēq; Phœbē Phœbus, qui melius poterit Di-

uis Marinis imperare. Quod si Physicus nō ve
lit adquiescere, manere in suā sētētiā permi
tatur, modò Poëta sciat magnā partē Parnas
esse liquidā fluxu, & refluxu spiritū nobilit
tā. Iste mari Castalio Apollo præst, & marina
vocatur, inspiratq; marina carmina, quæ flu
& refluxant; nimirū multis modis, non enim si
per, & vbique est idem fluxus, & refluxus O
ceani. Ergo commissi Heliconis vorticibus
demus Carmina Refluia, & ne dicamus lega
ignorare refluxuum, illas accurate ponamus.

M V S A I. L I T E R A R I A.

CCLXVII.

MULTAE sunt, Lector Candide, Maris Castalij Dæx, & multæ Dearum Nymphiæ, multæ refluxentes Musæ, sed numero præcipue tres, Literariam, Syllabariam, & Dictionariam, asserens posse, & solere carmina refluxere per literas, per syllabas, & per dictiones. De singulis plura dicturus eram, at vela contraho, ne hæc Metametrica in infinitū abeat. Agam igitur de singulis, breuiter tamen, vt tempori, & loco (implicatissimo, & occupatissimo) correspōndeat oratio.

TAm difficilem concursum Musæ literariæ indicauit antiquitas, vt retrocurrentium duorum Carminum conditionem tribuerit Dæmoni; [Vide Alstedium Encyclopedie libr. 10. sect. 4. cap. 5. §. 10. & alios, qui de Poëticā tractant. Vide etiam nos num. 281.] quasi eius modi ab illo carmina condi possint, & ab alio non possint. Illa scribo simpliciter.

*Signa te, signa; temere me tangis, & angis.
Roma tibi subito motibus ibit amor.*
Illa rescribo, & forte ingeniosius, & pol
chrius.

*Signa te signa teme
Roma tibi subito
Sed non est cur ita deprimamus acuminis hu
mani eminentiam, vt dæmoni affingere ver
mus, quæ ab hominibus facta. Multa enim
huius generis circumferuntur carmina, fe
cimus aliqua & nos, vt superaremus difficul
tatem, quam esse magnam negaturi non fu
mus. Vnum Pentametrum retrogradum a
pud Sidonium Apollinarem lib. 9. epist. 14. in
uenio, & subscribo.*

*Ede perede melos, sole medere pede.
Inuerti carmen, & hanc mihi arrogauit licen
tiam, ne illam paterer, quam sibi Sidonius
arrogauerat, permisi me temporis, & moribus,
hac enim exulcerata etate multa facere volu
Politici, quæ alij tolerent, & nihil volunt fa
ctum ab alio tolerare. I Dixit Sidonius.*

*Sole medere pede, ede perede melos.
& conqueritur statim Synalepha sibi nega
syllabam*

syllabam, quam iure debuerat deuorare.

Obijt Philippus Pius Catholicus Hispaniq^{ue} Rex, & quia effusis lachrymis tanti Solis occasum deplorabant studiosi Salmanticæ, ut luctui modum Vniuersitas poneret, iussit singulos lugere metricè, & ad numeros lachrymas fundere. Omnes illas speciali libello collegit Illustrissimus Angelus Manrique, tunc Theologæ Professor, iam Pacis-Juliae (vulgò de Badaxos) Episcopus, & inter alias recensere debebo quales P. Ioannes de la Negra Ordinis Minimorum profuderit: fuerunt enim emissæ huius musæ Literariæ concursu; vdæ, breues, obscuræ: quibus aut rorari deberet tumulus, aut macerari marmor, cui poterat Epitaphium inscribi. Illas hic represento.

Sedula petrosas irriga sorte paludes.

Sepositi donis non fino Ditis opes.

Notauit Angelus Manrique corpus huius distichi summo ingenio, & labore expolitum, claro carere animo, hoc est sensu, quod ipsum in labyrinthis etiam meis, aliquando percipio, sed quia non omnia possunt omnes, laudabimus pulchritudinem corporis, etiam vbi vel lateat animus, vel aliquid prodat, quod à legibus prescriptis deviet.

Meliorem sensum habet hoc distichum. [Pingebatur dextrorum Christus suffixus Crucis ligno, & Catholicorum exercitus id sequentium. Ad pingebantur sinistrorum spirituum damnatorum exercitus, diuisi in classes capitales, & signa malæ militiæ, adeoque mala signa erigentes. Bernardus medius, hinc inde (à Christo, à Demonio) aduocatus. Hoc nimis audax, exlexq; vt possit obseruare strictissimas loquendi leges, quas expendo: vnde Christus, & tenebrarum spiritui tacere iubet, se vinciri brachijs Bernardi patitur; eidem aperti lateris propinat languinem, & sic alloquitur.

Si bene tangis, alam: si vis mala signa tenebis:

Ore rubore bibes: ebibe, robur ero.

Ac si diceret *Me tangit Bernarde tua salus, & tu in binio liberi arbitrii positus, terga das vexillis, & signis sceleratorum exercituum, qui mente spiritui damnato. & me tangis. Amplectere profecto me, bene quidem, & male potes. Multa enim bona male fiunt, & multi leguntur venisse ad Marthæ ades non propter Christum, sed propter Lazarum. Me igitur bonum bene tange, & amplectere, quamdiu enim me tu bene, te nutritam, te alam, te quotidiano pane; hoc est cibo superefficiali sustentabo. Sed quia tui iuris es,*

& frueris libertatis arbitrio, si vis mala illa malæ militia signa sequi, tenebis, imo, & teneberis. Tenebis quidem illa, & iter ad Auernum, quo tota expeditio peccatorum directa. Teneberis virtus, & a vitijs; illis excæcatus, & superabili ignorantia laborans, & peccaturus es ibi, ubi te laurea coronandum putabas. Et ab illis teneberis, qui enim mala Signa Dæmonis semel impressa cordi tenuit, ab illo iure, & violentiâ tenetur, imo etiam detinetur. Sed quia sincere à me stas, & meam purissimam Matrem à te habes, nouis ab utroque fauoribus nobilitaberis. Illa tibi purpureum lac, ego tibi candidum sanguinem propino. nec mirum lac virgineum sit rubrum, ubi sanguis virgineus est candidus. Bibe igitur ore, & rubore: immo & ebibe; & tibi Ego à Matre mea sollicitatus, robur ero. Dixi. Et quidem hoc posse pertinere videntur sequentes numeri.

Euro insegne, e trofei

Del Mondo vincitore,

Che di me trionfo, queste mie chiome

Hor che scosse hò le some

(Tua gran bontà Signore)

Gia vincitrice di mia lunga guerra,

Ragion' è ben, che à terra

Quasi neglette indegne

Lacere stenda le nemiche insegne.

Ita Ioannes Baptista Marinus, in suis Rhythmis par. 2. Madrig. 204.

Sed P. Ioannem de la Negra subaudio. Putabit forsitan etiam carmina sua habitura esse lucem, & claritatem, si tanto fuissent commentario illustrata: maiorem addat ipse, si velit; tanto enim ingenio pollet, ut non dubitem, quin suscitaturus esset corpus illud quod exanimum credimus.

A pud Ioannē Alstedium nonnulla carmina per literas recurrētia reperio; nihil enim videtur esse in mundo, quod in Encyclopædiā suā eruditus, & diligens homo non habeat. [Fit, inquit, reciprocum operosissimum, & verè cerebritagum (fortè, cerebrifragum) quod retrogrado more legitur per literas, & dicitur διαυλωνος, siue διαυλωδημον à διαυλος ex διε & αυλωζεταιρισ habere stationem in eodem. Appellatur etiam κακηιον cancer. &c.] & postea aliqua exempla producit: Distichum hoc cosidera.

Si bene te trades sedes, sed & arte tenebis.

Et si retro feret, utere fortè resistē.

In primo versu legit sed & arte, ut mensura Poëtica constet: deleo illud &, & lego sed arte: nam alias non recurrit: & illud sed contra regulas

regulas ibi produci noto. In secundo vox
feret habet vltimam longam ratione censuræ.
Addit aliud Distichon ad Christum, quod
insigne esse dicit.

Nemo te, nemo neget; o tege nomen, & omen.
Iesus ei tu sis: sis, ut Iesus ei.

In Hexametro vltimam vocis neget product
penthemimeris: Et in Pentametro vltimam
vocis Iesus iterum, & iterum corripit, tametsi
Græcè sit Πνευμα.

Sunt valdè difficilia hæc per literas recur-
rentia carmina, & ideo aliquando Poëtæ v-
nicā sunt dictione contenti. Vnde non sine
gratia dixit quidam.

Mitto tibi Metulas, si non vis credere vertas. Et
Mutnega cū Muruā faciunt rectissima curua.
hoc est *Mitto tibi salutem, ac argentum, aurum,*
&c.

Addit & alia Alstedius, quæ legentur in-
feriùs.

OMnes huius Musæ thesauri pauci sunt,
omnes parui; omnes enim versus recur-
rentes per literas sunt pauci, & inter ipsos
rari boni. Huic scribendi generi pertinaciùs
quàm cæteri incubuit Ioannes Lascius Polo-
nus, cuius vnde-triginta extant nunc Disti-
cha, quæ ipse Carolo Duci de Sadermania
inscripsit, sensus eorumdem aut difficultis, aut
nullus est, durior fluxus, refluxusq; quod ipsu-
satetnr ingenuè eorumdem Author in literis
ad Illustrissimum D. Petrum Tyliki, Episco-
pum VVarmiensem, & Vice-Cancellarium
Poloniæ. Reperiuntur impressa in Thesau-
ro Nicolai Nomeij Charmensis in fine; &
in Encyclopædiâ Ioannis Alstedij, libr. 10.
sect. 4. cap. 5. §. 10. sed tot mendis, & ma-
culis interturbata, vt debuerint restitui. Ea
subscribo.

Disticha Reciproca.

Aspice nam raro mittit timor arma, nec ipsa
Si se mente reget non tegeret Nemesis.
Me tum animat recte me dem, & certamina mu-
tem,

Si res una velit utile vanus eris.

Sumere fatali vis si vi lata feremus
Seu temere regnum emungere? re metues.

Ire diu, & timidè se se dimitte videri
Seu Marte palam tot mala Peira moues.

5. Se ladi feret ira pede parit arc fideles,
Seua pedes animos omnia sede panes.

Ire ut & ratibus si vis? subit arte tueri
Si reperis vires, serius ire peris.

Seru sibi vane sedes e nanibus vres,
Seu rata, vel agili liga leuata rues.

Angere re tua res sedes? sera utere regna

Iure sed & ipso fospite deserui
Irato-ne geras unus à Rege notari
Sen lader' caute ne tua crede lues
10. *Angis ad illa coi tua cautio callida signa*
A Ere ullo parcas te, & sacra polluere
Vt satis atrocí solo sic orta sit astu
Seu ratio ceca pace coita rues
An iures sero Rusi furor esse ruina
Telo sat celer & fissere lecta solet.
Et penis inopes ius vi seponis inepte
Si repares ubi vi Ciuibus ara, peris
At si re id ulli sua laus illudier ista?
Te te pena malum anula mane petet
15. *Id ne per atra palam sedes mala parte repedi*
Iure decet imo fomite cede rui
At caderet veri vis si virtute redacta
Si utar vi è pæctis sit cape iura tuis
fospite Rege sine, vi si venis ager, & ipsoſ
En itera i ciues ſauicia regne
Sic ima luxes ira, (laris exul) amicis
Iura viden imo nomine Diua rui
Obruta i restaures non feruiat seria turbo,
Te nam an iurares sera ruina manes.
20. *At cape re defer sedes fædere pæcta*
Omina si vere dedere vis animo
En operam ratibus des sed subit arma repone
Aut ara subige legibus æra tua.
Sana, vel ora caues, i ſauia Carole vanas
Res i morte pete p' pete petro miser.
At parere decet (cedet te cedere) raptæ
Seu leues animi limina ſane lues
Ingeret illa pedes è sede pellite regni
Sera pares ubi de ſedibus æra pares.
25. *En operata lues se, des ut lata repone*
Aura vel è regno congere leua ſua
Et si retro feret utere forte teris te [N.B.]
Te vret ar iludes ſedulitate ruet illudes ſedulitas
Ire vacet at ſe iam Maieſtate cancri Maieſtad
Si leuata feret ſiſſere fata velis
At ſemel ora cito vi vori Carole maſta
Seue latro tacito Gogita torta leues
Sic i demisse patiens ne ita pefſime ducis?
Iure miser, & vi utere ſi merui

Multa ſibi indulſit in his versibus, quæ con-
demnat Grammatica: multa, quæ Metrica.
Diphthögum ferè nullam admittit: habet ſe-
uicia pro ſauicia, & etiam iludes pro illudes. Vix
est versus, qui non laboret aliquā syllabā. Il-
la synalepha ledet pro ledere nullo exemplo
probatur.

QVærenti huius generis carmina quidam
amicus hæc etiam paucula communi-
cauit, quorum etiam fensum non intel-
ligo.

Nemo

METAMETRICA.

31

Nemo tenet sedes, ut tu: sedes tenet omen.
Aura teget sordes, summus, sed ros teget arua.
Sibene te tua laus taxat, sua laute tenebis,

Perrus à Passione Domini Panormitanus à Schola pia anno 1657. duo Disticha Par-nomi edidit, quæ merentur ab eruditis legi. Primum est de S. Sylvestro, qui baptis-matis aquâ Constantinum Imperatorem à le-pra inundauit: Vnde Augusti tanto prodi-gio moti Cæsareas laurus ad pedes Pontifi-cios dimittunt. Secundū de Constantino, in cuius funere Sigonius lib.4. sydus apparuisse recenset. Illa subscrivo.

Tabe lanet caros is, si foracte valebat:
Sede Patres, & ades, se date ferta pedes.
Sylva nitar Oretis, si te rorat in anlis,
Solope, rore redis sidere, rore polos.

Sunt etiam obscura; & licet solem, & syde-ra contineant, luce carent: at possunt aliquo scholio iuuari, vt sensus occultus reluceat.

Clariorem, & puriorem sensum habet hoc Tetraстиchum, quod ad nominis Alexandri VII. Pontificis Maximi pacem ominantis im-mortalitatem idem Petrus à Passione Domini anno 1655. composuit.

Ecce subit nomen sedes ne Montibus, ecce
Sidera rara times, semita rara redis.
Nemo sub illo certas? sat re collibus omen
Ire Polos ait: o otia Sol operi.

Intetim non debent omnino omnia, quæ di-cantur, esse clara; non enim labyrinthus es-set, qui semper peruius, & clarus esset.



RAbatus magno ingenio, & labore mul-ta carmina scripsit. In figura xxvij. in medio reperitur hic versus.

Si do tibi metra soni his te Iesus in odis:

Qui per literas rediens erit.

Si danis ei efe honos artem ibit, & odis.
Et hic obiter nota in primo carmine vocem Iesus, Græce Πνευ, habere vltimam breuem: & in secundo honos primam longam. Illud prius apud aliquos iuniores obtinuit: hoc posterius apud nullū reperio. In figura xxvij. est alius versus 27. literarum.

Oro teramus aram: ara sumar, & oro.
in quo aram habet A breue contra leges: & inter aram, & ara deficit vnuis pes integer, vt compleatetur hexameter. Quid, si legamus versum sic?

Oro: teramus; ares: e serâ sumar, & oro?
habebit hanc erum, & quantitatem iuxta le-
ges: Salutem

Iacobo Peletario VVilhelmu des Authels obtulit sex versus retrogrados, quorum priuum subscrivo.

Ira te lepide si vis edi Peletari.
perierunt cæteri. Eiusdem generis sunt hi.
Nemo si diri subfis, Busiris omen.
Rara teres animi limina seret, arar.
Ut sero memores oro sero memores tu.
Sacco tu suberis fanas si rebus, & occas.
Et necat ager amor, non Roma rege tacente:
Roma reges una, non anus ager amor.
Sunt, & multi alij similes, quorum sensum non facili negotio inuenies.

Sed addam ali um modum cōformādi retro-grada. Possunt fieri Inscriptiones, in qui-bus carmina regrediantur per partes. Vnum aut alterum exemplum subiçiam. Supponit Iunior quidam Poëta Fortunam, quam for-tem appellat, laudi loqui, & nonnisi ista Car-mina.

S R S
S V A L A V S
D E D E R O P R O C O R P O R E D E D
A L A
S A L A S
E C C E
S A C R A : P A R C A S
A N I M O , S I H I S O M I N A
S I D I S

Sed & ipse Poëta iussus Reliquiarium(sic vo-cant) in quo spinq Dominicæ Coronæ condita, aliquâ inscriptione exornare, curauit in la-tè dextero scribi hoc Eteostichon.

D I M I s e r V n t r e L l q V l a s s V a s p a r V V l i s s V l s .

Psal. 16. Anno 1636.

Et in sinistro:

S I V I S
I P S' A N I M I L I M I N A S P I-
N A M A N -

Sed in vtroque materiæ artificium collaudo, sensum quæro: nec tam facile eruere possum.

Prima, & vltima dictio istarum inscriptio-num me monet, posse adhuc aliter recur-rere literaria ista carmina: nam literæ com-positæ seruant suæ compositionis ordinem in regressu, vt videlic est in φ ph, χ ch, ψ ps, ξ ξ, aut οι, Ζ Ζ, αι αι, quæ cum recurruntur non sunt bp, hc, sp, sg, sc, st. Ergo codem modo posset aliquis retorquere literas φ, Ζ, αι aut

aut etiam p, p', p, q, q, r, r', s, Hac arte praeuentus quidam iunior dedit Distichum sequens.

*Acta pera rui ! (tert' iurare per acta
Iuraui d'animo Nomina diua : Rui !
in quo &, p & e sunt compositæ literæ .*

INter fauores, quibus Beatissima Virgo Maria honorauit Bernardum, illo primo recensendus est loco, quem Bodelooenses expendunt ad Imaginem xxij. quem Poëta quidem ad versus sequentes reduxit.

*Cum tibi Maternam Bernardus Virgo salutem
Ferret, Materni munus honoris habet.
Hinc tua Diuinum distillat mamma liquorem,
Arida cui cupido cessat in ore sitis.
Virgo tuum sitio, quem fundis ab ubere rorem.
Mitis aue refero rore per eua sitim.
Et hic vltimus recurrit à fine per literas. Interim eua legit sine diptongo, & in voce refero literam F, vertit in P.*

DRodierunt Viennæ in Austria anno 1647. Ioannis Valentini Archimusicus Cæsarei Retrograda, quæ siquidem Ferdinando III. eruditissimo Imperatori placuerunt, Lectori perito, & ingenioso displicere non poterunt.

PRIMO' introducit Cæsarem ad Deum Opt. Maximum animum erigentem, dicentemque.

*Oro, & te oro. Tu ut summus des, sed sanas
sedes: sedes sanas des: sed summus Tu, ut oro,
& Te oro;*

Singulæ voces sunt retrogradæ, & fere omnes semetipsas reponunt.

SECUNDÒ agens de eodem Romano-rum Imperatore, quia illum Solem militum, & Martis Melodiam appellauerat, sic infit:

Ecce Roma tenet Solem.

Melos tenet Amor ecce.

TERTIO', inuictos Christi Domini Martyres, in Cælum subrigentes oculos videt, & exclamantes audit;

*In i ni non ibi sumus, ibi sumus illi non sero iam
maiores: sero iam maiores non illi sumus i-
bi: sumus ibi non imi.*

QVARTO', vt Lectoris animum ad Crucem, & Christum conducat, pro peccatore intercedit, & orat Iesum Christum his verbis.

Serua aures illi: illi serua aures.

Respondet Crucifixus Hierosolymis spretus, & Romæ rogatus

Ibi iuni e i morte, & Roma rogor.

Rogor e a morte, & Roma iui ibi.

Et iterum.

Eram mare, & iuui te: eram mare.

QVINTO', in S. Annæ solemnitate uotum Lectorum ad Eucharistiam inuitar, concinit.

Christus Dulcis Iesu

In solemnitate

Anna sit Beata

Salutaris esu

Alta voce Clama

AMA: MANNA EDE,

EDE: ANNAM AMA.) Retrograd.

SEXTO', hunc Italicum versum, Amor Arte iubet redire in hunc, E' trà se Roma recursumq; exornat his Ogdonasticis.

Roma tu sei

Con arte Amatore

Vinci de' rei

E l'alma, e'l cuore;

Sei dolce fiamma,

Ch' il mondo infiamma

In ogni parte

Amores arte.

Sei uago Cielo,

Che notte, e giorno

Ti fa tuo zelo

Di raggi adorno.

Eterno hai canto,

Di Stelle il manto,

Di Sol la chioma,

E' trà se Roma.

Harmonia Metrica Ogdonastichi, quæ quinto loco posui, erat hæc: ABBA, CDDC & illorum, quæ sexto hæc: ABAB, CCDD.

SEPTIMO, quia viderat versus à penultima dictione regredientes qualis est hic hexameter.

Emipyreum Deus his Sanctis exornat Olympum. Qui à penultimâ rediens, dat hunc Pentrum.

Exornat Sanctis his Deus Emipyreum.

Dat hoc carmen, quod à penultimâ litterâ curri videlicet,

G V S T' E T S V G E.

9 8 7 6 5 4 3 2 1 10

Et vt illud exornet Neomystam quemdam alloquitur, & hos numeros deuotè ingeniosus profundit.

Qui es sacratus

Deo dedicatus,

Totumq; reliquisti:

Tuo verbo raro

Fac adfis caro

Sanguisq; Iesu Christi:

A Mundo fuge,

Gust', & fuge.

Artificium metricum proposuimus in margine

A

A

B

C

C

B

D

D

D

& progrediendi , aut retrogrediendi modum exposuimus hoc Disticho .

Incipiens à G. percurras sine recursas ,
Hoc in Deuota Pegmate carmen erit .

De alijs Linguis .

CCLXVIII.

Dedi exempla latina ; potui illa ex alijs Idiomatibus sumere ; nec enim hæc Ars alicui lingua , aut dialecto illigatur . D. Ioannes de Valduiiero Madritensis hoc Tetra-stichum per literas recurrens edidit .

Si amad' amis
a los solos sola ,
yo soy ese , yo soy ,
adorada Roda .

Eum Galli , Itali , Germani , &c. poterunt imitari , & suis linguis numeros Retrogrados condere .

De Bilingui Retrogado .

Artes promouentur quotidie , & sunt laudabiles magnorum ingeniorum conatus , quæ omnem viam tentant , vt ad Sapientiæ Arcem perueniant . Retrograda fecerunt multi ; Græca , Latina , &c. at quæ ad alterius linguae leges fluenter , ad alterius refluerent , pauca vidi . Ex his paucis P. Domiuici de S. Francisco , Scholæ piæ Religiosi Distichū Hispano-Latinum elegi , vt tibi proponerem . Est hoc .

Solo Pedro coze , si sepa , de Roma Tiara . Hisp.

Ara it amore dape , sic ego corde Polos . Lat.
Dedicabatur Illustrissimo D.D. Petro Vico , Archiepiscopo Calleriensi , & quia sensum habet obscurum , erit capax multiplicis expositionis .

M VSA II. SYLLABICA.

CCLXIX.

AVDEREM dicere facilius posse fieri carmina regredientia per literas , quām per syllabas : nam Literaria multa dedimus , & pauca sumus daturi Syllabaria . Hanc ego regres-sionem apud Hispanos reperi , & ad Latinos transtuli . D. Ludouicus de Gongora , Poëta celeber , iterum , iterumq; nomen Doctor syllabatim inuertit : Do carmina .

Bien dixo , que Tordo es
Un Dotorecillo háblador ,
Cierio ingenio Cordones :
Porq quien dixo Dotor ,
Tordo dixo del reues .
Et iterum .

Ta que lo soy de la haz ,
Hazedme de reues Tordo ;
Dotor digo . y sea una vorla
Giralda del Capitolio .

Pentastichum est ex Gongoræ Comædiâ , quæ inscribitur *El Dotor Carlino* : Tetraстichum ex iocis (nempe , del Romance segundo burlesco .) vbi vides nomen Dotor redire syllabatim in Tor-do Sic etiam Tha-ur transit in

Hur-ta ; Mon-ja in ja-mon ; & apud Latinos Ro-ma in Ma-ro; Mo-ra in Ra-mo , &c. Arte iam intelle&tâ , aliqua exempla subiungamus .

Sis De-a Te-myra ; vi-sis vi-a myr-te-a de-sis .

Res fe-ra si va-no mi no-na si-ra fe-res .
Materiam laudo , & imitandam Lectori studioso propono ; damno sensum , si damnari ille potest , qui nullus . Et eadem censura in uro lineas istas sequentes .

Di-ui-no mi-se-ras ho-rtu ho-ras se-mi-no ;
vi-di ,

O-re re-fer-re (de-cor ! cor-de re-fer-re)
re-o .

Summâ reducendi syllabas difficultate perterritus , mallem vnicam vrgere dictiōnem , & syllabatim scindere , quām integra carmina texere . Dabo vnum , aut alterum exemplum , Gongoram imitatus .

NA-VA-LIS LIS - VA-NA.

Lite agis in terra , & bona tandem causa triumphat ;

Et litem , band vanam lucra fuisse probant .

Lite agis in pelago , tamen est ibi vana (Philarde)

Naualis lis . Hoc certa pericula probant .

MVSA. III. DICTIONARIA.

CCLXX.

REQVENTIOR est illius Musæ concursus, quo regeritur carmen & cogiturn dictionatim recurrere. Eiusmodi fluxus, refluxusq; in lingua Hispanâ Itala, &c. sunt faciles, frequentissimique. An-ne etiam in lingua Gallica confici poterunt? Negant aliqui, existimantes non posse aliter versus recurrere, quam si numeri, & fluxus cogantur. Dominus Belleau, Poëta celeber, se Sonetum retrogradum fecisse affirmat; primum eius Versum Stephanus Tabourotius edidit. Ergo, sicut vna linea potuit sieri sine Grammaticæ, & Rhythmicæ iniuriâ, poterunt plures, si Philomusi laborem adhibere voluerint. Exempla nonnulla produco.

Ludouicus Grotus, Adriensis, Poëta celeber, fuit cœcus à nativitate, ita tamen in Italorum numeroru compositione excelluit, vt cum Homero, Virgilio, & alijs veteribus meritissimè componeretur. Ipsius sunt Retrogradi versus, quos subijcio.

SONETO.

Forteza, e senno Amor dona non tolge,
Gionia non noce, al ben non al mal chiama.
Troua non perde honor, costumi, fama.
Bellezza, e castità lega non sciolge.
Dolcezza non affanno l'huom ne volge,
Noua perfidia Amor rompe non trama,
Proua non crucia, il duol' odi, on ama,
Prezza non scherne in buon non in rivo volge.
Vita non morte da, gioia non pena,
Sorte buona non ria, frutto non d'inno,
Inuita al Ciel, non all'Inferno mena.
Accorte non cieche hor l'Alme si fanno,
Aita non offende, arma non si ena,
Forte non molle Amor, Dio non Tiranno.

Fluunt suauissimè hæ lineæ, at in refluxu du-
riores aliquando videntur. In reciprocatione
sua Hispanici, qui sequuntur, maiorem
vniformitatem obseruant.

SONETO.

Sacrado Redentor, y dulce Esposo,
Peregrino y supremo Rey del Cielo,
Camino Celestial, firme Consuelo,
Amado Salvador, y Sol hermoso.

Prado ameno apacible deleitoso,

Fino Rubí, engastado Fuego en Telo,
Diuino amor, paciente, y santo Zelo,
Dechado perfectissimo, y glorioso.

Muestra de Amor, y Charidad subida
Dists Señor al Mundo haciendo-os hombre,
Tierrapobre y humilde à Dios juntando.
Venistis Hombre y Dios, Amparo y Vida,
Nuestra Vida y Miseria mejorando
Encierra tal Grandezza, tal renombre.

Hæc carmina recurrere possunt, seruato sensu, seruato rhythmo, seruatâ consonantia: seruant enim hanc, cum fluunt, ABBA. ABBA. CDE. CED. hanc, cum refluxu FGGF. FGGF. HIK. IHK. quod ipsum clarrissem patebit, si per singulas lineas recurredamus.

SONETO.

Esposo dulce, y Redentor sagrado,
Cielo del Rey supremo, y peregrino,
Consuelo firme y celestial camino,
Hermoso Sol, y Salvador amado.

Deleitoso apacible ameno Prado
Telo, en Fuego engastado. Rubi fino,
Zelo santo y paciente, Amor Diuino,
Glorioso y perfectissimo dechado.
Subida Charidad, y Amor de Muestra,
Hombre os haciendo Mundo al Señor distis
Juntando Dios a humilde y pobre Tierra.
Vida y Amparo, Dios y Hombre venistis,
Mejorando Miseria y Vida nuestra,
Renombre tal, Grandezza tal encierra.

Vbi notandum est in lingua Hispanicâ (quod idem accidet in Gallica, Italica, & alijs quibuscumque, quæ carent nominum casibus, & declinationibus) in refluxu mutari sèpè sensum, & curandum, vt in meliore, aut saltem in bonum, & nitidum transeat. Hinc est, quod in progressu dicatur à nostro Poëta Christus, Rey del Cielo: engastado Fuego en Telo; Muestra de Amor; & addantur illa verba Dists Señor al Mundo, nec-non Tierra à Lùs juntando; vnde constat nostrum Redemptum dulcissimum esse Regem Celi, ignem insertum Gelu, Specimen Amoris, dans Dominum M undo, & Terram Deo coniungens. Hæc omnia leguntur, in fluxu; at vero in refluxu, eum dem esse Calum Regis; Gelu insertum Ignis, Amorem speciminis, dantem mundū Dominos, atque

*arque Terre Deum coniungentem, quæ omnia
debito sensu de Christo Domino verifican-
tur.*

Castali⁹ Oceani fluxus, & refluxus Latini.

*Sicut retrogredi Rhythmi Hispani potuerūt,
sic & Latini poterunt, si debita curā con-
dantur. Talia sunt.*

*Atlantis splendor Phœbe, cum sensit eclipsim
Retraxit veneranda pedem, cernice reflexâ
Reclamans titubare Polum, sacra sydera labi.
Recurrunt enim dictionatim sensu & metro
seruato; possumus enim dicere.*

*Eclipsim sensit cum Phœbe splendor Atlanti⁹,
Reflexâ cernice pedem verecunda retraxit,
Labi sydera sacra, Polum titubare reclamans.
Huc pertinet ille versus, qui primorum fra-
trum (Caini, & Abeli) affectum erga Deum
exponit. Dicebat Abel.*

*Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.
Et Cain contra.*

*Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.
PETIS, An Veteres versus recurrentes con-
diderint? Respondeo fuisse olim aliquam
versuum recurrentium notitiam constare ex
Martiale dicente. Nec retro bego Soradem Cy-
necum. Interim etiam video non arte, & vo-
luntate, sed casu aliquos condidisse. Sic Vir-
gilius; dicens,*


*Quid faciat lata segetes, quo sydere terram.
Noluit versum recurrentem condere, condit
tamen: nam iste regreditur sic.*

*Terram sydere quo? segetes lata faciat quid?
Impolitus, & inconcinnus est in recursu.
Talia omnia videntur, quæ sunt naturâ, quâ
Ars persicit. Ergo, ut eleganter recurrent
versus, leges conuenientes ponamus.*

Refluxuum Leges.

 CXLXXI.

*F*luit, & refluit Oceanus; nec tamen æ-
stuum reciprocatio lege caret, pendet à
celo, à terra: à Lunâ, à Sole, ab astris: à
montibus, oris, & ventis. Vnde mirum
non erit, si Oceanum Metricum Legibus,
Regulis, & Præceptis subdamus. Leges er-
go Refluxuum inscribamus his tabulis.



T A B V L A I.

De Hexametris.

A Monosyllabo.

[; - ; ; v ; oo v ; vv ;	(; — — ;)	1 D.
	(; vv — ;)	2 G.
	(; v v v ;)	3 K.

A Disyllabo.

[; — v ; v ; — v ; vo	(; — — ;)	4 D.
	(; vv — ;)	5 G.
	(; vvv ;)	6 L.

A Trisyllabo.

[; o — — ; w — v	(; v — ?)	8 C.
[; o — v ;	(; v v ;)	9 A.
	(— — ?)	10 F.
	(vv — ?)	11 G.

[; o — — ? ; w — v ;	(12
[; o — v ;		

[; o — v ; ; w — v	(; v v ;)	13 A.
	(; v — ?)	14 E.
	(vv — ?)	15
	(— — ?)	16 F.

[; * v ; ; — v ; vo	(; vu — ?)	17
	(; vvv ;)	18 L.
	(— — ?)	19

[; * v ; ; — v ; vo	(; vu — ;)	20 G.
	(; — — ;)	21 D.
	(; w — ;)	22

[; * v — ; ; — v ; vo	(; vu v ;)	23 L.
	(; vu — ?)	24
	(; — — ?)	25

[; * — ? ; ; — v ; o —	(; v v)	26 B.
[* — ; ; — v ; vu v ;	(; v v — ;)	27 G.

[* — ; ; — v ; vu v ;	(; v v — ;)	27 G.
	(; — — ;)	28 D.

Diagramma Axium.

Dissyllabi:

A. (; v v ;)	9.	13.
B. (; v v)	26.	
C. (v — ?)	8.	12. 14.
D. (— — ;)	1.	4. 19. 22. 25. 28.
E. (— —)	19.	25.
F. (— — ;)	10.	16.

Trisyllabi:

G. (; v v — ;)	2.	5.	17.	20.	24.	27.
H. (; v v —)	17.	24.				
I. (v v — ;)	11.	15.				
K. (v v v ;)	3.					
L. (v v v v ;)	6.	18.	23.			
M. (— — — ;)	7.					

Si hanc

Si hanc sequaris Tabulam non poteris in
Carinum refluxu oberrare. Rem exemplo
aliquo dilucidemus. Sed in quo vis modo
aliquid carmen retrocursorum componamus? In quinto? Ego formam subscribo,

I. II. III. IV. V.

[; —v|; v|; —v|; v o (; v v—;)

XI IIIA IIA IA A

Modò superest querere conuenientē materiā
quā numeri premissi informet. Sic modulor,

Serta-que pulchra dico SVPERIS,

Sed quomodo carmen absoluam? aut resiliendo per eadem verba, aut per similia, aut petendo à tabula Axium alios retrogrediendi modos. Primo igitur resilio per easdem voices.

Serta-que pulchra dico SVPERIS dico pulchra-q; serta,

Secundò resilio per æquivalentes, nimirūm per voces æquiformes, habentes eamdem quantitatē vocalium, & eamdem puritatem, aut impuritatē in terminis [illa enim dictio incipit pure, quæ à vocali; impure, quæ à consona; & eodem modo loqui solemus, & debemus de fine.] Sic inquam;

Serta-que pulchra dico SVPERIS, peto, dona-que magna.

Prius Carmen, seu flucret, seu reflueret, erat idem: & hoc posterius varietate non caret; nam si per illud recurramus, inueniemus;

Magna-que dona peto, SVPERIS dico pulchra-que sera.

Tertiò considerato Axe, inquiero alios retrocurrendi modos: & inuenio hunc modum quintum notari litera G. quæ in tabula Axium me docet posse compleri refluendo per modos 2. 5. 17. 20. &c. Do formam.

[;—v|;v|;—v|;v o (;v v—;) ;v v|;oo v|;v|;—;] 2
;v o |;—v|;v|;—v] 5
;v o |;—v|;* v|;—;] 17
;—?;—v|; * v|;—;] 20

Ecce quot potest compleri modis modus quintus. Formam habes ab oculis, materiam requiris: eam suppedito. Ad Angelorum Imperatricem mentem subrigo, & aio.

Flexa re-flexa Tibi RECITANS canit Osanna corflens,

Multa-que leta Tibi MODVLANS, mihi inœsta-que metra,

Dicta-que scita modo REFERENS, Tibi Virgo præhensus

Festa-que grata dico, MELIVS sol spendet ijsdem.

Fluxi ad Mariam, cælestium perfectionum Oceanum ut iterum refluam; ergo lingua reciproca eadem verba relegamus.

Corflens Osanna canit, RECITANS Tibi flexa, reflexa;

Metraq; mæsta mihi, MODVLANS Tibi, leta-q; multa

Prænsus Virgo Tibi, REFERENS modo, scita-q; dicta

Ijsdem splendet Sol MELIVS, dico grata-qua festa.

Hæc de formâ, & præparatione materiæ adnotasse sufficiat; cætera ab exercitatione dependent: progrediamur ulterius, & aliquid dicamus.

De Refluxu Pentametri.

CCLXXII.

Voniam etiam ad leges illud, & ad regulas certas reduco, & desidero subscriptos numeros attento animo considerari.

TABVLA II.

De Pentametris.

A Dissyllabo.

[o v ;v—v ;o o	1.
[;o v ;v—v ;oo	2.
[;o v ;o—v ;ov	3.
[o v ;o—v ;ov	4.
[o v ;o—v ;ov	5.
[o— ;o—v ;ov	6.
[o— ;o—v ;ov	7.
[* ; o—v ;ov	8.
[* ; o—v ;ov	9.
[* ; o—v ;ov	10.
[;o v ;—v	11.
[;—v	12.
[;o o	13.
[* o—v —v	14.

A Trisyllabo.

[o v v ;—vv—	15.
[oo v ;—vv—	16.
[;o v v ;—vv—	17.
[;—vv—	18.
[i o o v ;—vv—	19.
[;—vv—	20.
[;—vv—	21.
[;oo v ;—vv—	22.
[;—vv—	23.



A Tetrasyllabo.

Omnis Modi Trisyllabi inuersus.

A Heptasyllabo.

$\text{?}-\text{vv}-\text{v v}-\text{?} \parallel 24.$

Habes Viginti quatuor modos conficiendi medium partem Pentametri; debesq; binas semisses ea cautela ponere, vt nec cæsura clidatur synalepha, aut Echthlipsi nec maneat brevis; tametsi hoc ultimū non ita vitari debebit.

Refluentium Dictionum Accidentia,

CCLXXIII.

P RIMO in refluxu mutari potest quantitas indifferentium syllabarum. SECUNDΟ etiam accentus. TERTIΟ possunt dictiones diuidi, & aliter iterum consolidari. Quæ omnia melius exemplis poterunt dilucidari, quam præceptis. Cōsiderentur hæc Disticha.

Tum-sacra Musa piâ cantat piâ voce sacra-tū
Tum-sacra voce piâ cantat via Musa sacra-tum
Et-Pater inde canit Phœbi, soror vnde Pa-
ter-&c.

Et-Pater, vnde soror Phœbi canit, inde pater-
Venimus alte Deus, rursus Pater alme veni-
mus,

Venimus alme Pater, rursus Deus alte venimus
Sacratus sermo stellatum voluit Atlantem.

Atlantem voluit stellatum sermo sacratus.
Agrestis, leporis-q; sacrum fero; talia canto,
Canto Talia: fero sacrum-que leporis agrestis.
Ito-in certamen Iuuenes, certamen ad-ito.
Ito-ad certamen Iuuenes, certamen in-ito.
Flexa reflexa modo recitans canit O'sana cor
flens.

Flen cor Osana canit, recitans modo flexa refle-
xa.

Ni-Pater ipse decns populi colit ore pater-
nam.

Nam Pater ore colit populi decus ipse pater-ni-
At-decor inde tuus, multum decus vnde pa-
ter-num.

Num-Pater vnde decus multum? Tuus inde
decor-at.

Singuli versus loco legum, & præceptorum positi, formam offerunt, ad quam possis materiam elimare.

De Refluxu a Pentametro.

CCLXXIV.

V Idimus, quo impulsu, & motu Hexame-
ter seorsim regreditur, quo Pentameter
etiam seorsim, quin alter dictionem suffure-
tur ab altero: oportet examinare modo qua-
lis sit recursus à Pentametro, in quo iste ultimā
dictionem suffuretur ab altero: in qua,
sicut in axe librentur Distichorum lances.
Exempla addiungo.

REFVENTIA MONOSTICHA.

Magorum sermo crudelem turbat Herodem;
Præueniens mala Rex sons bona dilacerat.
Herodem turbat crudelem sermo Magorum:
Dilacerat bona sons Rex, mala præueniens.

REFVENTIA DISTICHA.

Distribuens bene sol radios depingit Olympum,

Sydera cælorum, qui male proripuit.
Proripuit male qui Cælorum sydera Olympum
Depingit, radios sol bene distribuens.

In primo exemplo Hexameter, etiam à Pentametro excisus, fluit, & refluit: quod & facit Pentameter ab altero versu non dependens: quam obrem eiusmodi reciprocatio Monosticha poterit dici. At in secundo fluxus, refluxusq; non inuenitur in singulis, sed in binis; ideo eiusmodi reciprocatio nominabitur Disticha; & in præsentiarum explicabitur. Et ut possit facilius, hæc sunt exempla contemplanda.

I. II. III. IV.

Sollicitudinibus graibus torquetur Achilles.

VII. VI. V. IV.


Est Carmen resiliens, & ex Hexametro in Pentametrum transiens, legi enim potest,
Sollicitudinibus graibus torquetur Achilles,

Torquetur graibus sollicitudinibus.

Et hoc ipsum Distichum ab ultimâ Dictione
redit, poteritq; ad apices sequentes reduci.

$[-\text{vv}-\text{vv}-\left\{ \begin{array}{|c|c|} \hline \text{w} & - \\ \hline - & \text{v} \\ \hline \end{array} \right\} -\text{vv}] \rightarrow \left\{ \begin{array}{|c|c|} \hline -\text{vv} & - \\ \hline \text{w} & - \\ \hline \end{array} \right\} -\text{vv}-\text{vv}-]$

$[-\text{vv}-\text{vv}-\left\{ \begin{array}{|c|c|} \hline \text{w} & - \\ \hline - & \text{v} \\ \hline \end{array} \right\} -\text{v} \cdot \text{v} \cdot \left\{ \begin{array}{|c|c|} \hline - & \text{v} \\ \hline \text{w} & - \\ \hline \end{array} \right\} -\text{vv}-\text{vv}-]$



In hoc Paradigmate non depinguntur consonantes; illæ aut ex superioribus, aut ex recursu nosci debent. Prima illa dictio Heptasyllaba- *vv-vv*-poterit diuidi iuxta regulas positas §. V. Addo exempla.

AD HOSTEM.

Innumerabilibus Mauors vexatur Iberus
Tempore tranquillo sollicitudinibus.
Insuperabilibus pilis, sed tempore belli
Fulmina displodens te cito dilacerans,
Dilacerans cito te displodens fulmina belli
Tempore, sed pilis insuperabilibus.
Sollicitudinibus tranquillo tempore Iberus
Vexatur Mauors innumerabilibus.

De Contradictorio Refluxu.

CCLXXV.

REPIUNTUR carmina contrario sensu revertentia. Monostichus est fluxus, & refluxus in istis.

Reclamat generosa Themis; Fortuna Tetrarchæ
Arua per ima iacet? victrix volat alta per astræ.
Tetrarchæ Fortuna (Themis generosa reclamat)
Astra per alta volat victrix? iacet ima per arua.
Distichus in sequentibus, qui ideo ab ultimâ dictione leguntur.

Laus tua, nō tua fraus; virtus, non copia rerum.
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Conditio tua sit stabilis, nec temere paruo
Viuere te faciat hic Deus omnipotens.
Omnipotens Deus hic faciat te viuere paruo
Tempore, nec stabilis sit tua conditio.
Eximium decus hoc fecit te scandere rerum
Copia, non virtus; frons tua, non tua laus.

Nemo, quem sciam plura huius ultimi generis composuit carmina, quam Ioannes Sturmius Medicus Louaniensis, qui Ludum Fortunæ libris tribus complexus, ut nouis Apollo omni questioni respondebat reddens Disticha contrario sensu recurrentia à Pentametro. Tanto illo labore, & studio, tam improbabili assistentiâ eiusmodi metra componebat Sturmius, ut vniuersis alijs curis Poëtiken anteferret.

Potuit Sturmius esse diues, & noluit; noluit enim ingenium vendere, sed studere rebus quæ placebant sibi, placerent, aut displacebant alijs. Eum ego laudo, & extollo, qui

enim student, non ut sciant & delitijs literarum fruantur, sed ut ditescant tantum liberales non sunt, sed mechanici, adeoq; indigni, qui studeant Artibus Liberalibus. Huius Viri, quidquid sit de facultate Medica, in Metricâ, & Refluente præcipue, facile Principis habeo Retrograda, quæ non extant in LVDO FOTVNÆ, ederem illa ne perirem, nisi editionem nouam ab haeredum diligentia expectarem: subscribam nihilominus. Carmen reciprocum, quo Naturam, prodigiaq; Cometæ Anni M DC XVIII. exposuit Distichis in sensum contrarium recurrentibus.

Porro de Natura Cometæ multa Physici, multa Astronomi, & tamen Sturmius se expedit ab hac difficultate hoc Disticho.

QVID EST COMETA?

Est mera stella ibi, non ardet sic copia fumi;
Lumine fit solis, non ea barba flagrat.
Flagrat barba ea, non Solis fit lumine; fumi
Copia sic ardet, non ibi Stella mera est.
In quo, ut videtur cursui contradicit recursus.
Et quidem plures consentientes opiniones legi; tā de significatione Cometarii istorum: quam de eorumdem natura. Illos publica infortunia portendere tenet communis hodie opinio, quam tamen præjudicium Turcellinus appellat, & cœlestes hos ignes esse festiues, ait, & fati benigni præsagos. Ut puro annis singulis. Sunt malu mixta bonis, sunt bona mixta malis; Et quia ab historia debet pendere resolutio, tam multa, opinor, bona operire poterimus, quæ adpropriemus Cometæ, quam mala. Dabo interim Iudicium Sturmij contrarias sententias componentis. Si nouorum Ignium perterreas aspectu, tibi cōsonat Sturmius influēs; si dilecteris tibi adit Sturmius refluxus, & recurrentis solamen. Tu attentè lege carmina. Illa subscribo.

HORRENDA COMETÆ PRODIGIA.

Interitum id Sidus radians, hand nunciat oratum.
Principis: ito retro, non bona vaticinor.
Occiduis nocet hec lux, nec blanditur Eōis,
Infestat Boreos, non ea amica Noto est.
Teutonibus mala, nec Belgis fert prospera, Iberis
Aspera non populis hec fauet Ausonia,
Flagrō percutienda est, nec tuta Austria abibit,
Turbat non recreat fax noua Pannionam
Hertyniam opprimet armatis, neque culta colonis
Arua dabat: perdet, nec sata perficiet. Ipsos,
Quadrat stella male hec Batanis, hand uniet
Puristhes undis, hand locus obstat huic.
Is tur-

METAMETRICA.

39

turbat mare , nec toto sinit orbe carinas .
 ire : negat redditum , nec freta pandit ijs .
 Agros perdet ibi , non tuto erit equore inundans ;
 Submerget Batauos non mare placatijs .
 Est fera ubique ea , non lampas satis aqua : sepul-
 chro
 Orta datur soboles , hinc neque vina patri .
 Deest illa auxilio haud infantem promovet ortum :
 Impedit , aut fætus , exitui apta præst .
 Parat monstra , neque est inceptis : obstat
 Fructibus , haud teneris assiduo ipsa præst .
 Interimet prius , haud nuptas dabit esse paellas
 Ite facit steriles non cito fructiferas .
 Lethiferas modo fert pestes , nec pharmata gignit .
 Commoda : dat calidas , haud sine morte febres .
 Replet cæde loca , haud tectis haec abstiner : ignem
 Inicit accensum , non cauet ipsa sacris .
 Exitium parit , haud regnis proderit : Vrbes
 Diruet excelsas , non (puto) restituet
 Nobilibus mala , nec populo hinc optanda propinat :
 Stella dat haec inopem , fruge , nec implet agru .
 Emaciat stabula haud multis replet aucta iuuentis :
 Esse facit miseros , haud fauet agricolis .
 Est mala barba ea , non Superum hinc abit ira : Co-
 metes .
 Arma parat nobis non bona significat .

ORACVLA EIVSDEM COMETÆ
FÆLICIA.

Significat bona , non nobis parat arma Cometes :
 Ira abit hinc Superum , non ea barba mala est
 Agricolis fauet haud miseros facit esse iuencis .
 Aucta replet multis , haud stabula emaciat .
 Agrum implet , nec fruge inopem haec dat stella
 propinat ;
 Optanda hinc populo , nec mala nobilibus .
 Restituet (puto) non excelsas diruet Vrbes
 Proderit haec Regnis haud parit exitium .
 Sacris ipsa cauet non accensum inicit ignem
 Abstinet haec tectis haud loca cæde replet .
 Fribres morte sine , haud calidas dat commoda gi-
 gnit
 Pharmaca , rec pestes fert modo lethiferas .
 Fructiferas cito non steriles facit ire paellas ,
 Esse dabit nuptas haud prius interimet .
 Præst ipsa assiduo teneris haud fructibus : obstat
 Vtilis inceptis est neque monstra patrat .
 Præst apta exitui fætus haud impedit ortum
 Promonet iufantem haud auxilio ipsa deest .
 Patri vina neq; hinc soboles datur orta sepulchro
 AEqua satis lampas non ea ubique fera est .
 Is placat Mare non Batauos submergit inundans ,
 AEquore erit trito , non ibi perdet agros .
 Is pandit freta nec redditum negat ire carinas .
 Orbe finit toto , nec mare turbat ijs .

Huic obstat locus haud vndis hos puniet ipso .
 Vniet haud Batauis haec male stella quadrat
 Perficiet sata nec perdet , dabit arua coloris
 Culta neque armatis opprimet Hercyniam .
 Pannoniam noua fax recreat , non turbat abibi .
 Austria tuta nec est percutienda flagro
 Ausonia fauet haec populis , non aspera Iberis
 Prospera fert Belgis , nec mala Teutonibus .
 Est Noto amica ea non Boreos infestat Eois
 Blanditur , nec lux haec nocet occiduis .
 Vaticinor bona non retro ito Principis ortum .
 Nunciat haud radians sidus id interitum .

Addam Morale Octastichum ; quod in Ca-
 pella S. Benigni Diuionensis (de Dijon)
 etiamnum exstat , quod Angelus ab initio ,
 & Diabolus à fine legi præcipit . Versus sub-
 scribo .

Delicias fuge , ne frangaris criminè , verūm
 Calica tu quaras , ne male dispereas .
 Respicias tua , non cuiusvis quarito gesta
 Carpere , sed laudes , nec preme veridicos .
 Indicio fore te præsentem conspice toto
 Tempore nec Christum te rogo despicias :
 Saluificum pete , nec secteris dæmonia Christum
 Dilige , nequaquam tu mala concupito .
 Author creditur esse P. Iacobus Perchet , qui
 in eadem tabula monet Lectorem dicens .
 Lis à l' endroit sauue seras .
 Lis à l' envers , damné seras .
 Et cur hoc vltimum ? quia à fine sunt sacri-
 legi , & reddunt hunc pernitiosum tensum .
 Concupo mala tu , nequaquam dilige Christum ,
 Dæmonia secteris , nec pete saluificum :
 Despiciam rogo te Christum , nec tempore toto
 Consipice præsentem te fore iudicio :
 Veridicos preme , nec laudes , sed carpere gesta
 Quarito cuiusvis , non tua respicias ,
 Dispereas male , nec queras tu Calica verum
 Crimine frangaris , ne fuge delicias .

Numerarium, & Marinarum Dea-
rum Synodus ,

CCLXXVI.

Coacte in eadem multicollis Parnassi Val-
 lem Dæ communis influxu mentem la-
 biuum , & calatum Ioannis Sturmij direxer-
 runt , vt Etheostica Retrograda modularetur .
 Nescio eiusmodi carmina reperiri apud a-
 lium ; Ego haec subiocio .

IVDICIVM DE VBERTATE.

Anni M DC XXXII.

terrlgenis MaLa non Donans est fruglfer
annVs :

LæserIt has gentes paX , neqVe flet IIs.
Anni MDCXXXIII.

est noVa proIClendDa hIC sors , non DI-
Xero flet

ILICò paX : anCeps est , neque CLara sat
est .

Anni MDCXXXIV.

IIs flet , neqVe paX gentes has rIserit :
annVs

VtILLia est Donans , non MaLa terrlgenls.

IV DICIVM DE PACE

pro Anno M DC XXXIII.

OPINIO loquitur ; utinam vera .

VatICInor bona , non beLLans hIC LabltVr an-
nVs .

paClfer est venlens , non maLa ContrlbVI .
proVenlet , neqVe paX gentes hIC rIserIt; anno
IIt presente Inlens , haVD patrla orDo Deest
paX rata , neCfera faX assat pLen a horrea : Cef-
fiant

tyMpana , neC CantVs fLat tVba terrlCre-
pos .

Terrlgenls bona Dans est , non hos proterIt annVs:
proDerIt hIs Venlens paX , neqVe DefICler.
AgriCoLls faVet , haVD frVGtVs hIs DesrVet
annVs :

VoLVIr hVc popVLls paX , neqVe reII-
CleVr .

IIs flet , neque paX gentes has DeserIt : annVs
frVgIfer It Labens , non MaLe terrlgenls .
Est sat CLara , neqVe est anCeps paX : ILLICò
flet ,

DiXero non sors hInC proIClendDa retro est .
ContrlbVI bona , non beLLans hIC LabltVr an-
nVs :

paClfer est Venlens , non MaLa VatICInor .

SVSPICIO Respondet , Utinam falsa !

VatICInor MaLa , non Venlens : cft paClfer an-
nVs

LabltVr hIC beLLans non bona ContrlbVI .
Ift retro proIClendDa hInC sors non DiXero , flet
ILICò : paX anCeps est , neqVe CLara sat est .
Terrlgenls MaLe , non Labens It frVgIfer an-
nVs :

DeserIt has gentes paX , neqVe flet IIs .
reIICleVr , neqVe pax popVLls hVc VoLVIr Vr
annVs

DesrVit hIs frVgIfer , haVD faVet agriCoLls .

DefICler , neqVe paX Venlens hIs proDerIt: an-
nVs

proterIt hos , non est Dans bona terrlgenls .
TerrICrepes tVba fLat CantVs , neC tyMpana
Cessant :

Horrea pLen a assat faX fera , non rata paX .
Deest orDo Patriae , haVD Inlens præsente flet
anno :

RiserIt hIC gentes paX , neqVe proVenlet .
ContrlbVI MaLa : non Venlens est paClfer an-
nVs .

LabltVr hIC beLLans , non bona VatICInor .

Heterometer retrogressus .

 CCLXXVII.

PVlchra quidem , sed difficultia sunt ea Car-
mina , quæ quando flunt vnius generis
sunt , & quando reflunt , alterius toto celo
diuersi . Eiusmodi est sequens Hexametrum .

Agros Aprilis pinxit , concepit vt imbre .

Imbre vi concepit , pinxit Aprilis agros .
Quod quidem graditur sex pedibus , & regre-
ditur quinque . Hoc genus carminum pul-
chrum est , & posset hac ideâ conformari .

| o—;| o—v;| ;—v;| ;—v;| v:| —v|
| ;o—;| o—o| ;—v;| ;—v;| v;| v;| —v|

Vltima dictio , nempe —v debet incipere i
vocali , & debet etiam in vocalem definiri:
at poterit definire etiam in M. quia & hac
potest diglutiri in regressu .

Sunt hi Versus difficiles , non enim semper
occurruunt voces , quales desiderantur: præpo-
nam nihilominus aliquos , quos P. Nicolaus
Lucensis , Capuccinus , Concionator Eximius
& Poëta celeber , me postulante condidit:
quos poteris imitari; nam sub eadem Idea in-
geniosas continent differentias .

Horeb Hebraus Sanctus Mons surgit in altum .

Altum insurgit Mons Sanctus hebraus Horeb .
Hebron agrosus , comis Vir , cultus & ostro .

Ostro & cultus Vir comis , agrosus Hebron .
Hebron Davidis nota Vrbs , & Regia quondam .

Quondam Regia , & Vrbs nota Davidis Hebron .
Hebron apricus flumen dat nomen & Vrbi .

Vrbi & nomen dat flumen apricus Hebron .
Atlas Eous fortis Vir portet vt Orbem .

Orbem vt portet Vir fortis Eous Atlas .

Atlas apricus celsus mons , tangat vt Astra .

Astra vt tangat mons celsus apricus Atlas .

Agris Hetruscus Magnus Dux , dives & auro .

Auro & Dives Dux Magnus Hetruscus agris .

Agros

METAMETRICA.

41

Agros Hetruscus seruat, custodit ut Vrbem.
Vrbem, ut custodit, seruat Etruscus agros.
Agros Hetruscus vastat, venatur, vi Aprum.
Aprum ut venatur, vastat Hetruscus agros.
Agros Orion fætat, demittit ut imbre.
Imbre, ut demittit, fætat Orion agros.
Atrox Hebræus mactat, conculcat, & Agnus.
Agnus & conculcat, mactat Hebræus atrox.
Apros agrestis sternit venatur ut Vrsum.
Vrsum ut venatur, sternit agrestis Apros,
Apros Hetruscus struit, Dux fixit, ut hasta.
Hasta, ut fixit Dux struit Hetruscus Apros.

Addam aliam ideam, quæ etiam Hexametrum in Pentametrum vertat.

|,o—,|,—v|,v o|,—;|,o—;|—vv—v|

Ad quam elimitus est iste versus.

Patrum dicta probo, nec sacris belligerabo.

Qui in sensum oppositum, & in hunc Pentametrum resilit.

Belligerando sacris, nec probo dicta Patrum.
Hi faciliores sunt, & ideo plures id genus
apud viros doctos inuenies.

Icet hexameter recurrens dedit Pentametrum, sic Pentameter dare potest Senarium Iambicum. Scaliger hoc exemplum posuit.

Alteru regressu metra recursu meant.

Cuius recursus dat hos numeros.

Meant recursu metra regressu altera.

Idea, quam debet Poeta ab oculis habere, est hæc.

|—vv|,——|,—v|,v—v|.v—|

Omnes dictiones præter vltimam debent in sensum oppositum in vocalem desinere: vltima potest desinere in vocalem, aut consonantem. Prima debet incipere à vocali, cæteræ à consonante. Poterit fieri contraria, neimpè ut pleræque omnes voces, quæ à consonante incipiunt, incipiunt à vocali; & quæ in consonantem desinunt, desinunt in vocalem. Ideam subiungo

|o—,|——,|;—v|,v—v|v—;|

Et exemplum subscribo.

Sacrant immensas grandis honoris opes.
Ex quo Pentametro regrediendo Iambicum Senarium deduceimus. Videlicet,
Opes honoris grandis immensas sacrant.

Ex Senario Iambico confidere Trochaicum poteris, si hanc Ideam sequaris.

|v—v|—|v—v|—|—v|

Dictionum initio, finiq; adde consonas, quas quantitas syllabarum in cursu, & recursu patiatur. Considera versum sequentem.

Diserta vox, amica lex, ius optimum.

Qui est Iambicus, & in hunc Trochaicum conuertitur.

Optimum ius, lex amica, vox diserta.

Possimus, & alia versuum genera meditari, & eorum recursus ad regulas, & leges reducere: sed aliquid Lectoris ingenio relinquamus,

Recursus a Dictione penultima!

☞ CCLXXXVIII.

VIdimus hucusque carmina ab vltima voce regredientia; formemus modò nouū methodum, ad quam noua elimemus Carmina, quæ à penultima dictione retrocurrant. Omnia igitur primo Ideas exemplares proponamus.

- I. |—v|;vo|?——;||;—?|;—;|;—o|; [v—v|]
- II. ;—v|;vo|;—?||;—?|;—?|;—o|; [v—v|]
- III. |?—v|;—?|;—?|;—?|;—v|; [v—v|]
- IV. |;—v|;—?|;—?|;—v|; [v—v|]
- V. |?—vv|;—?|;—?|;—?|;—vv|; [—v|]
- VI. |?—vv|;—?|;—?|;—?|;—vv|; [—v|]

Præter istas sex, possem & alias: quæ in easdem ferè reciderent enumerare; nam || significant Pentemimerin, & carmen aliquo ex alijs modis posse claudi: sed aliquid Lectori est relinquendum, ut exercendi ingeñium, & nouos excogitandi modos habeat occasionem, & ansam. Supereft, ut aliquo exemplo ideas positas dilucidemus.

AD DEIPARAM.

Maxima Cœlorum Princeps; lux candida;
Patris

Filia Diuni; Genitrix tu limpida Verbi;
Numine quam ditans exornat spiritus almus.
RECVRSVS _____ Almus

Spiritus exornat ditans quam Numine Verbi
Limpida tu Genitrix, Diuni filia Patris:
Candida lux; Princeps Cœlorum maxima salut.

AD CÆSAREM.

Princeps,
Sydere sub docto & forti qui es natus, abusus,
Tollito Bellonæ, diflato barbara castra;
Parcito subiectis, sed debellato superbos
Fernan-

Fernande Hæreticos; Christo dato Mæcti
trium phos.

Laude, & auspicij Maiorum prædite, sacercla
Plurima vicit age. Expositos Fernande pe-
rictis

Seruato Armipotens, Tecum nam sydera pu-
gnant.

RECVRSVS. ————— *Pugnant*
Sydera nam tecum, Armipotens fernato periclis
Fernande expositos. Age vicit plurima sacla,
Prædite Maiorum auspicijs, & laude; triumphos
Mæcte dato Christo. Hæreticos Fernande superbos
Debellato, sed subiectis parcito; castra
Barbara difflato; Bellona tollito abusus,
Natus qui es forti, & docto sub sydere Princeps.

Recursus ab antepenultima.

❧ CCLXXIX.

Tertia ante finem esto reflexionis initium;
& penultima claudat singulos versus re-
gredientes; videlicet iuxta hæc vel alia simi-
lia Paradigmata.

|:—v|; w?|;—v] [v—v;|v—v|
|:—v|; w|;—v] [v—v;v—v]

Quæ dilucidant sequentia exempla.

AD VIRGINEM MATREM.

Aeterni Genitrix Verbi: cor Atlantis; Amoris
Cælestis vinclum; solamen agonis; Olympus
Supremus lauros subiectat Honoris ouantis.

REGRESSVS ————— *ouantis honoris*
Subiectat lauros supremus Olympus; agonis
Solamen; vinclum Cælestis Amoris; Atlantis
Cor; Verbi Genitrix æterni

AD CÆSAREM.

————— *Adorat honorat*
Fernandus Christum, dum rebus adhæret,
amicus
Lucratur populos, Mauortis adeptus adoptat,
Cognomen; Patriam propugnat, honestat,
adauget.

REFLVXS. ————— *Adauget honestat,*
Propugnat Patriam, cognomen adoptat adeptus;
Mauortis populos lucratur, amicus adhæret
Rebus, dum Christum Fernandus honorat adorat.

Recursus ab ant'-antepenultima.

❧ CCLXXX.

ADhuc progrediamur vterius, iubeamusq;
versibus, vt ab ea dictione regriantur,

quæ antepenultimam immediate præcedit;
quam vocabulorum defectu ant'-ante-penul-
timam denominabimus. Considera Para-
digma subsequens.

|?—s|;—s|;? w—;|?—s|;?—s|;?—vv|—
|;—s|;—s|; w—?|; w—?|;—s|;?—s|;—s|;—

Quod plus minus sequuntur exempla subse-
quentia.

AD CÆLORVM REGINAM.

————— *Salue. Maxima salue*
O Princeps Superum Dux; diues Numine
Magnes.

Sol offert radios; Mars subdit fercula signis
Ac armis, sertis, ac lauris consita: laudat
Te Virgo recolit Te princeps Austria tota.

REGRESSIO. ————— *Tota Austria Princeps*
Te recolit, Virgo te laudat consita lauris
Ac sertis: armis ac signis fercula subdit
Mars: radios offert sol. Magnes Numine diues
Dux Superum; Princeps o salue Maxima. Salve.

Recursus a prima.

❧ CCX LXXXI.

Dicitio quæ ant'-antepenultimam præcedit
frequentissimè est carminis prima: ergo
ne quidpiam remaneat intactum etiam ab il-
lā carmina nostra reducamus; nempe direxi
hoc paradigmate.

|—w—;] [—s|; w—vv|—v,*—|
|—w—;] [s—s|; w—vv|—v|,vo—|
quod dilucidat exemplum subsequens.

AD CÆSAREM.

Fernande o Princeps purissima laurus, & aula
Sol: & spes rerum tutissima: quando tenebris
Excussis Mundum Sanctissima Pax recreabit?

RECIPROC. — *Recreabit Pax Sæctijs. Mūdū*
Excussis tenebris, quando tutissima rerum
Spes, & Sol aula, & laurus purissima, Princeps
O Fernande Patris?

Recursus per integros versus.

❧ CCLXXXII.

Possunt, & solent Rhythmi, quæ via pro-
cesserunt recurrere, non solum per literas
syllabus, & dictiones, sed etiam per hemi-
stichia, & vt patet in exemplis sequentibus

Tetraesticha minora Hispanus Redondillas appellat, & facili negotio funduntur, vt debeat resilire, & refuere. Princeps de Esquilache sic cecinuit.

De aquellas ramas colgado
Dexar quiero el instrumento,
Acordado con el viento,
Con tus mudanzas templado.

Concentus est retrogradus; videlicet, [AB-
BA] & versus recurrent hoc modo.

Con tus mudanzas templado,
Acordado con el viento,
Dexar quiero el instrumento
De aquellas ramas colgado.

Etiam possumus vti versibus decasyllabis (aut cuiuscumq; mensuræ) vt patet in exemplo sequenti.

Herido Seraphin, porque desuas
El cuello humilde al premio de tu zelo,
Procurando que eclipse obscuro velo
La luz Divina, que ausentar porfias?

Sunt versus eiusdem illustrissimi Principis, Sancto Francisco inscriptis, & recurrent hoc modo.

La luz Divina, que ausentar porfias,
Procurando que eclipse obscuro velo,
El cuello humilde al premio de tu zelo
Herido Seraphin porque desuas?

Dentasticha non solent seruare eamdem formam in recursu, quoniam hæc solum forma [ABABA] est retrograda. Considera lineas sequentes.

Entre estos sauces sombrios,
A la orilla de los ríos
Donde canté mis engaños,
Lloraran sus verdes años.
Los cansados ojos mios.

Sic Princeps paginā 379. Hoc Pentastichum in excursu respondet huic Ideæ [AABBA.] in recursu autem isti [ABAA.] puta si reuertaris ad initium, & dicas.

Los cansados ojos mios
Lloraran sus verdes años,
Donde canté mis engaños
A la orilla de los ríos
Entre estos sauces sombrios.

Octoasticha Rhythmica non possunt per integros versus recurrere, quia eorum concentus est iste [ABAB AB CC.] quem, si recurras, deformabis. Oportet igitur diuide-re in duas partes, quarum altera habeat quatuor syllabas, & ultimum accentum in tertiat: altera autem septem, & ultimum accentum in sextâ considera versus sequentes.

A Manrique * la gloria destos prados
Sacrifique * mill palmas y laureles,
Los dulces instrumentos * bien templados
Coronados * de flores y claveles
Se estiendan por los vientos * delicados
Los versos consagrados * à Cibeles,
Multiplicando accentes * con canciones,
Veneraran postrados * sus blasones.

Si à fine incipias, & hemistichium post hemi-stichium legas hunc recursum inuenies.

Sus blasones * veneraran prostrados
Con canciones * multiplicando accentes
A Cibeles * los versos consagrados
Delicados * se estiendan por los vientos,
De flores y claveles * coronados,
Bien templados * los dulces instrumentos,
Mill palmas y laureles * sacrificie,
La gloria destos prados * a Manrique.

Idea versuum horum est hæc [AD: AE: BD:
CE: BD: CE: BF: CF:] singulis respondent duæ literæ: prior determinat primi hemisti-chij consonantiam: & secundi posterior.

Decaesticha illa, quæ ab Spinele nomen habent, retrocurrere possunt seruatâ elegantiâ, & concentu, vt constat ex sequentibus lineis.

A costa de tantos daños
Engañome la afficion,
Que es forzosa confession
Quando se muere de engaños.
No es el curso de los años,
Lo que el Alma llora y siente:
Es en todo diferente.
T si cobra fuerza igual,
Accidentes tiene el mal,
Para matar de repente.

Sunt ex eodem Principe pag. 376. & isti respondent Ideæ.

Directa. ABBA. ACC DDC.
Retrogr. CDDC. CAABBA.

Illos à fine rescribamus.

Para matar de repente
Accidentes tiene el mal,
T si cobra fuerza igual,
Es en todo diferente.
Lo que el alma llora y siente,
No es el curso de los años,
Quando se muere de engaños,
Que es forzosa confession,
Engañome la afficion
A costa de tantos daños.

Id genus multa alia possunt cogitari, & scribi, sed hæc pauca adnotasse sufficiat, cætera poterit Lector ingeniosus sine duce cognoscere.

De inuersione Retrograda.

CCLXXXIII.

Si charta in mensâ iaceat, & vnuis ab uno latere sit, & alter ab alio, multæ literæ retinebunt, & multæ mutabunt valorem, & potestatem, & vtrinque poterunt legi: interrim erunt aliæ, quæ ab uno latere erunt literæ notæ; ab alio autem visæ erunt alogæ, & nihil omnino significantes. Modus iste retrogrediendi nominetur *Inuersio*: literæ, quæ pristinum valorem retinent, *Constantes*: quæ mutant, *Transfigurabiles*: & omnes aliæ, *Inconvertibiles* vocari poterunt.

Literæ, quæ in considerationem vocantur, sunt hæ.

ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
& Capitales dici solent, quibus respondent hæ minores,

abcdefghijklmnopqrstuvwxyz

Constantes sunt

HINOSXZ : nec non IOSXZ.

Transfigurabiles autem, vix inter Capitales inueniuntur, inter minores hæ succurrunt.

bedfhijlmnpqsfu. d

quæ, si inuertantur transire videntur in has;
q̄p̄j̄q̄j̄ui (ui, ui) udbjn. p

Porrò o (sive c inuersum) sonat con; & d sonat de, sed p sonat per. [V per inuersionem transit in A Græcorum literam, quæ λάμβδα dicitur: & M in Germanorum, VV, quæ Hispanis, Italies, & Gallis incognita.] Hac doctrinâ præmissâ inuersiones aliquas consideremus.

SIsos (Græcè Σίων) inter Deos, aut Heroes à Syris cultus, quod de genere humano optimè meritus, grana multa in Chaldaem intulerit, indigenis vtilia, & ignota: & inter alia illud quod σίων dicitur, de quo agit lib. 3. Dioscorides. Huic illi Obeliscos, Arces, & Templa dedicarunt. Et quid, si aliqui ponti hanc inscriptionem apposuissent?

s. suo diuo sisoni pons s.

Qui è superiori parte, & qui ex inferiori, eamdem sententiam legerent: inuerte enim librum, & cætera patientur omnia præter hoc Lemma, quod eodem modo ex uno late re, & alio legetur.

In hanc speculationem incidi valde puer; & aliqua exempla in lucem misi, quæ inter alias schedas veteres fortassis aliquando succurrent. Illam honorarunt amici, ad illam versus curiosos eliminando.

Inter alios recensendus est mihi Ioannes Valentinius, Magister Capellæ Carfarens, inter Musicos nostri temporis facile Princeps, qui anno 1647. Viennae Austriae, Versus eruditos, & ingeniosos edidit, & inter alios aliquas inuersiones retrogradas.

De Speculo Normali,

CCLXXXIV.

Si supra mensam ad libellam constitutam speculum ad rectos angulos erigas, non inuertes ordinem literarum, sed figuram solummodo, & hanc alio modo, & valore, quam in Nota præcedente exposuimus. Porro constantes literæ.

HINOSXZ, nec non IOSXZ.

Constabunt etiam nunc; at eisdem nunc adere poteris

BCDEK, & exparnis c.

At verò Transfigurabiles, aliam potestatem & valorem in speculo adquirunt: nam

b d ð l n p q q

Transibunt in has

p q q j u b d ð

Et præter ipsas L, & V in Γ & Λ λάμβδα & γάμα Græcas cōuertetur. [Sanè ð sonat q̄ qui: ðð dēde. q̄q quibus, &c.] Ex literis fiunt dictiones: & ex dictiōnibus carmina; dictiones nonnullas subiungam, tu potens laborare, & metra, si volueris condere.

In Speculo. DEus: bouE: ð's: nino: nino:

In Charta. DEns: ponE: qs: uiuo: uiuo:

DEuno: uos: bEs: pius: biuios:

DENuo: nos: pEs: bins: pini-os.


Hanc artem ad Musicam transtuli, notæ enim percurrunt eodem ordine, sed mutant in speculo locum, ut patet in sequentibus linieis.

In speculo.



bi la sol fa mi re ut

In charta.



ut re mi fa sol la b.

Ad quarum fundamentum composuimus Bincinia, in quibus charta ante speculum ponitur, & alter cantat, quæ legit in illâ, alter verò, quæ in illo conspicit.

De Spe-

De speculo parallelo.

SI in muro orientali sit tabula, & in occidentalii speculum, superiora manebunt superius, & inferiora inferius: at dextera ibunt sinistrorum, initium in finem; & contra. Porro constantes erunt.

AHIMNOSTVXYZ.

nec non i l m n o s v u x y z.

illas constantes voco, quia non ita deformatur, vt valorem, & potestatem exuant. Erunt transfigurabiles

c: b c d p p q q & in

ɔ : d ɔ b q q p p

transibunt. Et hanc ob re dictiones Ap (aver) in qA (quia) odi in ibo: socys in siros (si iconos) &c.

Hoc etiam speculum transtuli ad Musicam, & aliquos numeros composui, quos alter Chorus in charta, & alter canet in speculo.

E P I S T O L A

*An versus recurrentes per literas
sint inuenti, & conditi
a Diabolo?*

CCLXXXV.

ITERAS tuas accepi (ingeniose Tidaure) & in ipsis fulgura ebullientis ingenij, & audie curiositatis. Theologiam in Grammaticis reperis, & altiore cothurno de rebus communissimis agis. Multa proponis dubia, quæ multum tempus, & otium requirunt, vt debita cura exponantur. At, ne dicas tē contemni, vel negligi, vnum diluam, quod inter cetera dignius solutione videtur. Interrogas, *An Idea cogendi carmina, ut per literas redeant, sit ab Homine inuenta, an a Diabolo?* Et, *Si Idea ab Homine: an saltē illud Distichum,*

Signa te signa temere me tangis, & angis

Roma tibi subito motibus ibit Amor. *& quod omnes celebrant, a Diabolo confectum sit?*

Plurimi sunt (Tidaure) qui omnia, quæ communes hominum vires excedunt, statim accenseant prodigio: & si miraculo nequeant, superstitioni, & pacto. Multa ego adhuc puer in Hispaniā de Idea Carminum recurrentium per literas; multa etiam de illo Disticho, quod tu proponis; multa audiui in Germaniā, & Italia, at vero generosis institutus, aut praeuenitus notitijs, iniurios Humano ingenio di-

xi, quotquot hoc versuum genus illius vires superare putabant. Carmina per literas recurrentia condimus, & alij viri ingeniosi. & curiosi nostro iussu, aut hortatu: & sicut nos hodie illa, sic etiam olim eadem potuerunt nostri Maiores conformare, quin equis se dicendi sint institutore, à Principe tenebrarum legato. At illam Ideam ipsam potuit Diabolus docere hominem: ais. Et quid inde? Bona, & casta Dialectica, hanc consequentiam, Potuit: Ergo fecit. non approbat. Firmat hoc inuida rabies illa, qua Stygis incolæ persequuntur mortales. nam multi homines fuerunt, qui pacto expresso se Demoni commiserunt imperio; hodie Magi, & Sagæ non Europam tantum, sed Asiam, & Africam etiam colluui numerosa percurrunt, & tamen serpunt apud homines scientiæ, quas exactè percallet Diabolus. Cur non sciunt isti herbarum, & lapidum vires, & Medicam rem ægrotam adiuuant? Cur non mutant Quadrata Rotundis, rectisque lineis metiuntur magnitudinem Circuli? Cur non cognoscunt Cælorum, & Planetarum motus? Cur non Constellationum vires, & aspectuum potentiam? Verbo dicam. Quia omne bonum Hominibus inuidet Diabolus. Qui ergo nulli Mathematico voluit notitias rerum ignotarum suggestere, cur vellet Ideas nobiles, & ingeniosas reuelare Grammaticis. Hinc ergo animo constanti pronuncio, *Carminum per literas (syllabus, aut dictiones) recurrentium Ideam, non esse suggestam a Diabolo.*

Ideam à versibus ipsis distinguo: scio enim Demonem multa olim carmina condidisse: & licet Ideæ carminis Heroici Autor non fuerit, iuxta Ideam ab Homine inuentam, & ab scholis approbatam, versus ingeniosè elimauit. Eiusmodi carminibus sunt libri pleni: illa enim frequenter reddiderūt Oracula: quæ minoris à Veteribus habita fuissent, si soluta oratione æquiuocationes mendacijs fartas effutijssent. Potuit igitur Diabolus aliquando componere versus retrogrados. An & fecit? An & illud Distichum, de quo agebamus, eius est? Putabam afferentem sententiam fundamento carere, & sola vulgi ignorantia firmari: at modo subest ratio dubitandi non leuis: quoniam R.P. Ioannis Lallemantetij, cuius Philosophiam cum fructu legi, Theologiam quæro: & Tomo I. qui de Deo vno est; reperio Epistolam Nuncupatoriam à Reuerendissimo P. Claudio d'Oramps Bisuntio, Ordinis Minimorum Generale scriptam, & in illâ hanc periodum. Non omittendus veniret S. Antidius, quem Egregium Martyrem

Martyrem vocant Tabulae. Vulgatissima (est) ipsius per Dæmonem ad Vrbem translatio: de qua soleme Distichon.

Signa te signa: temerè me tangis, & angis.

Roma tibi subito motibus ibit Amor.

Mirabilis adhuc à Barbaris pro fide Christi abscessi capitis prodigiū, quod narratur à corpore scilicet separatum caput, sine pectore, pulmone, & fauibus, laudes Deo perennes cecinisse. Hanc eamdem periodum recognoscis, & illā tuum præiudicium adfirmas, reponisq; hoc Distichon à Dæmonē fuisse compositum.

Sed hæreamus nonnihil; nam nimis festinas Tidare. Non asserit prudentissimus Claudius, hoc Distichon à Dæmonē S. Anxadio esse dictum, sed occasione huius translationis, fuisse conditum: forte ab aliquo huius Sancti Deuoto, qui Dæmonem sic elo-

quentem introduxit. Quid, si à Dæmonē? Non contradico: sed saltē id non asserit expressè Claudius: id non probant Historiæ; hoc ratio, quam ab inuido Dæmonum Genio sub initium formabam, clarissimè refutare videtur. Maneat igitur hanc versuum recurrentium Idéam humanitus inuentam fuisse, & hoc sit apud omnes indubium. An homines imitatus sit Dæmon, & aliquando versus recurrentes condiderit, Historiographi examinent: qui tamen, si illud Distichum, Signa te, signa, &c. composuisse dicatur, non ideo magna gloriâ erit dignus; nam sensus, aut stridet, aut hiat, & multa reperiuntur meliora ab hominibus scripta. Sic censeo, &c. Vale, &c. Amicis communibus valere iubeo.

Vide Ioannem Baptistam Marinum in suis Rhythmis part. 2. Madrig. 204.

A P O L L O F U L M I N A N S.

Fulminibus malesuade meis, nisi Zoile parcas,
Inuidia haud parcent fulmina dira tua.

CCLX XXVI.



V L P H V R, quod Pyriū vocitant è rebus diuersis paratur, sed excellit virtute, cum è cupro, vel auro. Puluis Pyrius ex cupro sursum vehemente impetu erumpit: deorsum aureus. Sic multi Authores Chimici: sic Crollius: cui Marcus Marinus Mersenius, & alij Doctissimi Viri fidem habent. Petrus Gassendus, & non pauci expertissimi Doctores contradicunt, ostendentes sursum erumpere Solem, Venerem, & Martem fulminantes. Rem non examino, sed Crollij, & Merseni doctrinam ingeniosam suppono, & numeris nostris adapto. Binæ, me conducente, Musæ Appollini ancillabuntur fulminanti: Aurea, Cypria: altera Carmina deorsum impellit, sursum altera de eorumdem motu, & induxit, à Veterum Musarum motu, & influ-

xu toto Cælo distinctis aliquando sic cecini.

Arrojaba la fuente Cabalina

Christal liquido ayer: fuego oy fulmina;

T con claras estrellas

Al abysmo profundo,

Que viene a sér el corazon del Mundo,

Baxando, sobrepuja las estrellas.

Ayer crecia y menguaba

Sujeta al orden, que su Apolo daba;

Mas oy regida de diuerso Apolo

Vuela de polo à polo,

T por rumbo diuerso,

En prosa, en rhythmo, en verso,

Baxando se remonta al firmamento,

Subiendo baxa al infimo elemento.

Ergo præcedentis Apollinis impetu fluxerunt, & refluxerunt carmina; modo surgunt, descendunt; volant, ruunt, vt lineæ subsequeutes nos docent.

MVSA I. AVREA DESCENDENS.

CCLXXXVII.

MULTIFARIAM dimiti deorsum poteris; prosâ, rhythmo, metro; hęc enim Catabaseos doctrina valde est vniuersalis. Sed & *καταβασις* (defensus) contingit multifariam: nempe sensu; rhythmo; metro; sensu, & rhythmo; sensu & metro; & tandem sensu rhythmo & metro. Sensu. cum primæ dictiones leguntur, vt sensum cibamus, postea secundæ, tertię, &c. sed metri expertem: Metro, aut Rhythmo cum exdem numeris satisfaciunt, sed carent sensu: Vtroque, cum descensus est rhythmicus (vel metricus) & significatiuus. Quam obrem Musam hāc in tria capita subdividimus. **N**ullo alio melius modo potero primum Descensum explicare, quām exempla ponendo: est enim maior exemplis vis, quām longissimis expositionibus. Hoc loquendi artificio Concionatores Veteres delectabantur, & Diuus Bernardus præcipue. Videatur sermo i. de S. Andrea, ex quo meus in Iesu charissimus amicus, D. Carolus de Thomasijs, ex Duce Palma Clericus Regularis, pijssimi, & subtilissimi ingenij Vir, hos per Crucem ad Cælum gradus, per quos ascendere, aut descendere possis. religiose deduxit.

Portant	Domini	Crucem,
Crucem	sequuntur	Iesu,
Christi	Crucem	amplectuntur
Incipientes,	Proficientes,	Perfecti,
via purgativa,	via illuminativa	via unitiva
necessitate,	utilitate,	voluntate,
timore,	spe,	charitate,
patienter,	fortiter	letanter.

Hęc Ascetica veritas potest legi octo modis: &

Primo ab angulo Portant, progrediendo. videlicet, Portant Domini Crucem: Crucem sequuntur Iesu: Christi Crucem amplectuntur; incipientes, proficientes, perfecti; via purgativa, via illuminativa, via unitiva: necessitate, utilitate, voluntate, (timore, spe, charitate) patienter, fortiter, letanter.

Secundo ab angulo Crucem regrediendo, vt si dicas. Crucem Domini portant: Iesu Crucem sequuntur: Christi Crucem amplectuntur, &c.

Tertio ab angulo Portant: descendendo:

nempe sic. [A] Portant Crucem Christi incipientes, via purgativa, necessitate (timore) patienter [B] Domini sequuntur Crucem proficientes via illuminativa, utilitate (spe) fortiter. [C] Crucem Iesu amplectuntur perfecti via unitiva voluntate (charitate) hilariter.

Quarto ab angulo Crucem descendendo. Hęc lectio coïncidit cum præcedenti, si prius legas §. C. postea §. B. & tandem §. A.

Quinto ab angulo Patienter progrediendo, vt Patienter, fortiter, letanter, timore, spe, charitate; necessitate, utilitate, voluntate, &c.

Sexto ab angulo Patienter adscendendo, vt Patienter timore (necessitate) via purgativa incipientes, Christi Crucem portant. Fortiter spe (utilitate) via illuminativa, &c.

Septimo ab angulo Letanter adscendendo sic. Hilariter charitate (voluntate) via unitiva Perfecti amplectuntur Iesu Crucem. Fortiter spe (utilitate) via unitiva, &c.

Octavo ab angulo eodem recurrendo, vt si primam lectionem ab ultima voce recurras dicens, Letanter, fortiter, patienter, charitate, spe, timore; voluntate, utilitate, necessitate; via unitiva, &c.

Huic cursui, & recursui; descensui, & adscensui, addit charites metrum. Numeros subsequentes considera, in quibus ad Cælum Planetarium oculos conuertemus: si enim in exemplo præcedenti è terris per Crucem tribus Cursibus (purgatio, illuminatio, unitio) ad Empyreum percurrimus; honestæ distractionis gratia in exemplo sequenti ex Empyreo per Orbes sydereos, & Planetarios ad Terras iterum nos dimittemus.

Juppiter atque Arcas, Satur & sol, Lunaq; Marsq;
Castor, & Alcides, Flora, Minerua, Venus:
Rex, Athleta, Parens, Amphisus, Cynthia. Sænus,
Tyndarides, Vltor, Caſta, Comata, Cypris;
Firmat, init, generat, componit, turbat, adanget,
Vinit, debellat, colligit, audit, amat:
Ethereos, orbes, Plutonem, carmina, nubes,
Bella, iterum, Tricanem, Lilia caſta, fūos.

Primum Distichum complectitur nomina; secundum eorumdem apposita; tertium verba; quartum obliquos, nempe casus, qui ab his verbis reguntur. Vt ergo videas, quo primæ dictiones modo, quo secundæ, quo tertiae cooptantur, eosdem versus rescribo.

Juppiter

Juppiter atq; Arcas Satur & Sol Lunaq; Marsq; Castor & Alcides Flora Minerua Venus.
 Rex Athleta Parens Amphrisus Cynthia Sacrus Tyndarides Vltor Casta Comata Cypris.
 Firmat init generat componit turbat adauget vinit debellat colligit audit amat:
 aethereos orbes Plutonem carmina nubes Bella iterum Tricanem Lilia casta suos.

In huius Carminis artificio duo sunt consideranda Metrum videlicet, & sensus. Metrum sine sensu progreditur, Sensus sine Metro descendit. Vnde si horum Carminum queratur sensus erit hic.

Juppiter Rex firmat Aethereos.
 Arcas Athleta init orbes.
 Satur Parens generat Plutonem.
 Sol Amphrisus componit carmina.
 Luna Cythia turbat nubes.
 Mars sacrus adauget bella.
 Castor Tyndarides vinit iterum.
 Alcides vltor debellat Tricanem.
 Flora Casta colligit Lilia.
 Minerua comata audit casta,
 Venus Cypris amat suos.

Faciliora erunt eiusmodi Carmina, si non iam singula Disticha singulis Distichis, sed singuli versus singulis cooptentur, vt patet in exemplo sequenti.

Marcus, Augustus, Lepidus, Quirinus;
 Cautus, insignis, generosus, almus;
 Militat, vincit, patitur, triumphat;
 Semper in Urbe.

In hoc Sapphico sensus descendit sic. Marcus cautus militat; Augustus insignis vincit, &c. aut adscendit sic. Militat cautus Marcus: vincit insignis Augustus; patitur generosus Lepidus, &c. Adonium poteris singulis columnis, aut ultimæ soli cooptare.

Hinc patet aptiora esse Hexametra, aut Disticha Elegitica, vt sensus vel sursu, vel deorsum pellatur. Vberioris doctrinae gratia illud exemplum subijciamus.

Phabuſ	Musa	Cygnus	Pelagus	Parnassus Olympus.
Pulcher	docta	sagax	vastum	Cirrhæus amicus,
Cingens	dans	referens	conturbas	nactus honorans.
Terras	verba	lyram	raues	Phaeonta Minerum.
Omnes	clara	sacram	refluas	Diuumq; Deamque.
Fortiter	acre	piè	breui:er	prudenter aperte.
Versat	obumbrat	agit	disperdit	colligit auget.
Celum	hominem	choreas	fortunas	Lilia fata.
Celsum	omnem	tremulas	felices	casta secunda.
Fundens	dantem	auidas	dandas	decorantia formans.
Fulmina	versus	enī	tandem	Libetridas annos.
Dextrā	voce	vado	Neptuno	Numine motu.

In cuius primo versu nomina sunt substantia: adiectua in secundo: participia in tertio: in quarto eorumdem participiorum casus: in quinto casum horū apposita: in sexto aduerbia: in septimo verba: in octavo, & nono casus verbi; ibi substantiui, hic adiectiui: in decimo participia, aut alia æquipollentia nomina eisdem casibus correspondentia: in undecimo horum participiorum casus: & in duodecimo instrumenta. Quorum omnium Carminum sensus è descensu colligitur, nimisrum si legere placeat.

Phabuſ pulcher cingens terras fortiter, verſat Celum celsum, fundens fulmina dextra. Musa docta dans verba clara acre, obumbrat hominem omnem dantem versus voce. &c.

Adhuc multò erunt faciliora, si recta sint pauiora: Seruant loco regularum hæc Disticha, quæ ex Alstedio subscribo.

Christus alloquitur homines.

Vos, quos includit, frangit, grauat, attrahit, urit. Hic carcer maſlus nunc labor, exilium, dolor, affus, lucem, requie, patria, medicamen, & umbra. Quarite, sperate, scitote, tenete vocate.

Ad Pios.

O pie grex, cum terrica lex est, nulla dolifex, Qui via, qui lux, hic tibi sit Dux, alma regat crux.

Encomium docti cuiusdam viri. Musicus, Orator, Vates, trahis, allicis, imples, Saxa, animos, calos, voce, lepore, modis.

Erasmi Roterodami hoc est.

Ex minimis virtutum, celum, modulamina, caſtra. Surgit, alit, penetrat, fuscitat, exuperat, Seditio, requies, oratio, exēna, fauilla.

Maxima, longa, breuis, semibreuis, mintima. Notum quoque est illud:

Sus, pueri bini, puer unus, nupta, maritus, Vi, cultro, lymphæ, fune, dolore, caduſt.

De Chri-

De Christo, & hostibus spiritualibus;
Excruciat, perdis, sanas, lue, cæde, crux,
Mors, Satanæ, Christus, pectora, mæbra animæ.
Ioannes Lauterbachius ad Paulum
Melissum.

Os Hermetis habes, modum Apollinis, harmoniasq;
Orphei, tres unus docte Melisse refers.
Ore modo, harmonys, Hermetis, Apollinis, Orphei,
Profer, conde, sôna, verba, poema, melos.

Quatuor ordines dentium:
Incidit, terebrat, minuit, sape indicat annos.
Cultellus, terebrum, mola, gnomon fixus in ore.

Cicerone de se:
Defendi, tenuis, vetui, face, cæde, crux,
Citus, Dux, Censul, tecta, lares, Latium.

Epithalamium.

Terra, Polus Tethys, fert, flores, sydera pisces,
Vota, Dens, pietas, dant nuptiam, gaudia, natos.

Cœna,	Sacramentum,	panis,	communio	Sanguis,
Vltima,	dinimum,	vinn,	Sanctissima	Christi,
Vivificat,	donat,	confortat,	deprimit	auget,
Mentem,	solamen,	mortales,	crimen,	amorem,
Letificat,	spernit,	concludit,	pandit,	adunat,
Mæstos,	elatos,	infernum,	sydera,	amantem,
Roborat,	exaltat,	nutrit,	dilatat,	opimat;
Infirmos,	humiles,	pietatem,	pectora,	fructu:
Coniungit,	solidat,	ducit,	dulcescit,	opacat,
Credentes	dubios,	errantes,	mentibus,	umbra.

Quod autem de cœnâ vltima Christi dicitur, dici non potest de cœnâ Lutheri, & Caluini, nam in illâ fuit vera panis, & vini in corpus, & sanguinē Domini nostri Iesu-Christi transubstantiatio; at in istis sola repræsentatio, tum quia ipsi consecrare nolunt, tum quia, cum non sint Sacerdotes, non possunt; & quia hodie præcipue cum Lutheanis, & Caluinistis disputamus, ostendam breuiter, ut confundantur ipsi, sufficere solam grammaticam.

Admittit conuersiōne Lutherus, non in consecratione, sed in sumptione: ut hinc Venerabilis Sacramenti expositionem, & circūlariōne condemnet. Sed argumentor cōtrā. Verba Christi. aut etiam Sacerdotis dicentis. *Hoc est corpus meum, &c. Hic est calix sanguinis mei, &c.* sunt vera. At stante Lutheri interpretatione sunt falsa. Ergo illa interpretatio est hæretica. Probo minorem: quia teste Lutheri; *Hoc non est corpus Christi, sed erit: Hic non est calix sanguinis Christi, sed erit.*

Negat conuersiōne, etiam in sumptione, Caluinus, & asserit verba consecrationis intelligi in metaphorico sensu debere: nos contra in sensu reali, & vero illa intelligimus. Porro in sensu vero, & proprio Consecratio Calicis reddit hunc sensum. *Hic est verus calix veri sanguinis mei, qui vere effundetur in ve-*

Carolus Vtenthofius in nuptias Margarethæ Franciæ:
Anna, Camilla, Lucretia, concinit, intonat, ornat,
Artemia, arma, Hymenem, carmine, voce, lyra,
Stigelius.

Vinitor, agricola, & vox, amputat, excitat, intrat,
Vites, rus, aures, fulce, bidente, sono.
Tritum Distichon.
Temporibus nostris quicunque placere laborat,
Det, capiat, querat, plurima, panca, nihil.
Musica de se ipsa:

Vinco, flecto, rego, cantu, dulcedine, plectro,
Dira, cruenta, feros, tartara, monstra, viros.
Languentes releuo, morituros excito, mæstos
Erigo, pallentes munio, vino Deos.

Docto, & deuoto calamo scriptus est ille Hymnus, *Lauda Sion Salvatorem*, qui canitur in Missa in Corporis Christi Solemnitate: qui ad versus sequentes ingeniosè reducitur.

ram remissionem peccatorum verorum. Si stetur à Caluino, hunc. *Hic est metaphoricus calix metaphorici sanguinis mei, qui metaphorice effundetur in metaphoram remissionem peccatorum metaphororum.*

Et quis, quæso, non videat interpretationem primam esse orthodoxam, veramq; & hanc secundam falsam hæreticam, & exorbitantem.

S. Christophorus de se ipso.
Deserni, gessi, docui, subiique, coloque,
Perfidiam, Christum, sydera, fata, polum.
Laus operis alicuius.

Admiror, stupeo, delector, comprobo, laudo,
Ornatum, eloquum, carmina, acumen, opus.
Dauid Crinitus in obitu Imperatoris.

Pannony, Austriades, Bohemia, Illesia, Cæsar.
Magnanimi, fortes, diues, amana, potens:
Luætificos, largas, deiectos, tristia, fato,
Edite, proferte, scinde, profunde, suo:

Singultus, lachrymas, vultus, suspiria, clausit,
Pectore, luminibus, vngibus, ore, dies,
Luætifico, mæstis, miserantis, irriguo, at non
Assidui, subito, continuo, ultro, obyti.

Exigit hoc, persuadet id, hoc monet, id iubet, intrat,
Officium, pietas, gloria, amor, Superos.

Pannonia, Archiducis, regalis, principis, inter.
Extremum celebris splendida summus agit.

Epitaphium VVilhelmi Episcopi
Olomucensis.

VVilhelmus Princeps, quem Maximus Æmilianus
Ad tua legatum sceptra, Polone, dedit:
Hanc ædem, populum, Museum, Numen, Olympum,
Ornatuit, docuit, struxit, amauit, habet,
Ex puris nominibus est hoc Epitaphium
Bernhardi.

Instructus, velox, sublimis, pauper, abundans,
Artibus, ingenio, sanguine, veste, bonis.

Insignis, pollens, largus, denotus, abundans,
Moribus, ingenio, munere, corde, bonis.

Insignis alternatio est in sequentibus.

Castus, egens, cæcus, domui, spreuui, superani,
Corpus, opes, Satanam, verbere, corde, prece,
Item.

Gloria, mors, virtus, fortis, mortalia, iusto,
Famâ; falce, astris, erigo, sterno, beo.

Minus luminosum est hoc.

Qui cupit in placidâ longauus viuere pace,
Dæ, capiat, poscat, plurima, pauca, nihil.

Tetraastichon de corruptis moribus.

Perditio, gladius, Pestisque ruina flagellum,
Subiectis, sibi, mundo, patrie, populo;

Iunior, effrenis, vanus, diuisa, gubernans,
Princeps, rex, cleris, nobilitas, mulier.

His versibus accedit hyperbaton, si-
ue trajectio, qualis est in il-
lo Editaphio.

Dura, malum, cunctos, tulit, horruit, edificauit,
Vana, Deum, requiem, spreuuit, amauit, habet.

Item in isto Alciati.

Artis, honestatis, iuris, præcepta, decus, vim,
Conculcant, superant, spernunt, vis, era, potentes.

Item in hoc.

Dilige, luxuriam, vitium, cole, destrue, Sanctos,
Institiam, fuge, sperne, Deum, Satanam, reuerere,

Huiusmodi vesus visitatè vocantur hyper-
bati, & antithetici.

Correlatio multiplex est in isto:
Sus, iuuenis, serpens, casum venere sub unum.
Sus iacet ex ictu, pede serpens, ille veneno.
Anguis, aper iuuenis, pereunt vi, vulnere, morsu.
Hic fremit, iste gemit, sed sibilat ille ncandum.
Sus, serpens, iuuenis pariter perire vicissim,
Dente perit iuuenis, serpens pede, porcus ab ictu.

Huc etiam spectant subsequentia.

Altor, Lector, Apis, paui, docui, fabricauit;
Agnos, cuncta, fauos, lacte, labore, labris,
Dux, Präful, Genitor, conduxi, conculi, amari;
Agmina, opem, natos; arte, fauore, sinu.
Regis Oliua: Remi Regia: Atlantis honos. Alios honorat dignitas, tu semper locum dignitatem, ad quæ promoueris, honoras. Hoc mi es laus & gloria: quoniam Deo & Tibi uens, in foro es solus; & in Museo multos coque illustriſimos Comites habes, vt nunquam minus solus sis, quam cum solus. Corona oleis Mineruæ: militibus, Idibus Iulij, & Quantibus Principibus datæ: Regia Remi dignitas est postuma: & Atlantis honos æterus. Tu igitur es Oliua scientiarum Numi dedicata: quæ hodie milites veteranos ouando & triumphantes laurea Doctorali coronas; qui admones, vt respiciant Atlantem & Remum. Hunc, quia esse beatus, ante obitum nemo superaque funera debet: illum, quia vera beatum in cælis est. ergo

Viue: Corona: Schola Soles ornare Corona

(Opacarem ire etiam) summa Corona soles. Scholæ dixi soles: nam te promouente nullus vñquam Laurea coronatur indignus. Viuetur: & illustrissima ingenia, quæ vt Soles academia fulgent, honorare & lauru redire perge: & diligere tuarum laudum prærem: &c.

MVSA III. LEXICA.

CCCIX.

ITERIS hucusque sumus vñ, vt Diagrammata Centrica componeremus: Vnde Musam I. quam simplicem diximus, Literariam potuisse vocare. Scholam ingeniosiorem adeo, & Musæ Lexicæ numine, & influxu promotus, Carmina centrica subscribo.

Possem illa multis modis componere: at, uia mihi arrident disticha: aio ea futura esse, hæc si ad istam ideam reducantur.

I II III IV

1- u o - u o - l o - l - u , l o - o :

VII VI V IV

Habeatur ratio consonantium tanta, quantum recursus postulet, ne forte aliqua vocalis per synalœpham importunè elidatur. His apicibus hæc voces poterunt adnumerari.

Innumerabilibus curis torquetur Achilles:

Vexatur morbis immedicabilibus.

quæ recurrunt à fine Pentametri, vt vides,

Immedicabilibus morbis vexatur Achilles:

Torquetur curis innomerabilibus.

Dictiones possunt esse composite, & omnes, quæ in vnam cellam cadunt, debebunt etiam simul legi. Laudemus ergo Sanctos Martyres, qui

qui oderunt animas suas in hoc mundo, & gloriā eternā coronantur.

Arma viroq; canit	nu- meris		Diui- nus		Apollo
me- tris		laudatu- ros		Homer- eus	
mo- dulus		dif- cretus		Arato- r	
	fa- cundus		Era- mus		Luca- nus
cele- stis		Amoe- nus		Soli- nus	
	Ianus		Crini- cus		rhyth- mis
Apla- nes		Betti- nus		fidi- bus	
					Syde- ra cel- sa Poli

Huic Labyrintho est similis, quem Tabula XIV. exhibet.

- u u - o o -	w-	- - o	o - o	- - o	w-	- o o - o o -
Arma virosq; canit.	numeris	Diuinus	Apollo	Parnassus	cytharis	Sydera celsa
metris	laudatus	Homerus	Homerus	Lucanus	rhythmis	poli
modulus	discretus	Arator	Arator	Solinus		
	facundus	Erasmus	Erasmus	Crinitus		
celestis		Amanus	Amanus	Bettinus		
	Ianus					
Aplanes		Bettinus				

Oportet igitur, vt huius mensuræ - o o - u - habeat dictiones duas: huius w- sex: & huius - - o . decem: & tandem huius o - o se- ptem.

Prima Hic posset aliquis inquirere,
Secunda Quot carmina hoc Diagramma con-
Tertia tineat? Cui respondendum mille,
Quarta illud septingenta & viginti quinque
Quinta complecti: hæc enim dat exactè
Sexta computus. Dictio enim prima
Septima (- u u - o o -) semel ponitur, &
 multiplicata per dictionem (w-)
 quæ ponitur ter, dat tria: & hæc
 multiplicata per tertiam dictionem
 (- - o ,) quæ quinques ponitur, da-
 bunt quindecim: Et hæc 15. ducta
 in dictionem quartam (o - o) quæ
 septies reponitur, dabunt centum-quindecim:
Et hæc ipsa 15. ducta in dictionem quintam
(- - o ,) quæ quincupla est, dabunt quingenta,

Hoc carmen centricum non est, sed angulare: quoniam ab angulo Arma. ad angulum Sydera, & contrà, procurrit per omnia media. Qui igitur eiusmodi Diagramma vult concede te primò componat vnum distichum iuxta ideam præmissam. quale est hoc: [Sanguine-stelligeram] terrus mercator Olympum: Maithaus, passus [Vulnera-multa,polum.] Deinde Sanguine stelligerum scribat in primo angulo: & Vulnera multa polum in ultimo. Postea reliquas voces per cellas superioris lineæ & ultimæ columnæ alternatiæ, vt respicias: Vox Olympum cadet in angulum superiore dexterum, & ab illo angulo ad angulum è diametro oppositum debebunt singulis cellis inscribi dictiones æquisyllabæ, huic quætitati o - - respondeentes. His notatis facile erit per parallelas vias voces cæteras multiplicare. Et, vt maneamus in exemplo posito, vt Philomusus sciat, quot dictiones, & qualium singulas syllabaræ debeat colligere, vt huiusmodi labyrinthum conformet, eumdein simpliciter referabo.

septuaginta quinque. Quæ ducta in sextam dictionem (w-) quæ triplex est, dabunt mille, septingenta & viginti quinque carmina Disticha retrograda, vt dicebamus: ultima enim dictio, cum semel tantum ponatur, non auget numerum.

HINC transeo ed Carmen Centricum, cuius gratiâ hæc sunt dicta. Considera igitur diagramma præcedens, quod Carmen angulare vocauit: & scias Carmen Centricum nihil esse aliud, quædam quoddam compositum ex quatuor Angularibus. Sumo igitur calamum liberum, & quintam-decimam ad Reverendissimi & Illusterrissimi D. D. Thomæ Sarriæ Archiepiscopi Tranensis & Salpensis, mei amici charissimi laudem delineo. Eam attentè considera.

Ecce Centricum paradigma è quatuor Angularibus conformatum. Hic curiositate arithmeticâ illectus interrogat Candidus Lector, Quot versus contineat hoc Diagramma? Prima Re-

Responso esset hæc. Præcedens (hoc est Angulare) complectebatur 1725. disticha retrograda : hoc est 3450. simplicia : & quia singula retrocurrentia binis aequivalent, complectetur 6900. Cū autem hoc quadruplo numerosius sit, continebit versus viginti-nouem mille sexcentos. Dices hunc numerum esse vero-similem : multæ enim voces in compositione coincidunt : carmen enim Angulare habet septem canones & septem columnas, & hoc Centricum non quatuor-

Prima	1	4480
Secunda	4	20
Tertia	8	89600
Quarta	16	19200
	28	89600
	1280	10 5100
	320	4
	4480	43 000 800
		17 193 200
Quinta		
Sexta		
Septima		

decim, sed tredecim canones & tredecim columnas tantum, adeoque multo pauciores versus. Sit igitur *vera responsio* : primam dictio-

nem (- u u - u u -) in centro ponit semel ; secundam (- w -) octies : tertiam (- - u ,) vicies quartam (- u - w) vicies-octies : quintam (- - u) vicies : sextam (- w -) duodecies : & septimam (- u u - u u -) quater : & facta successiva multiplicatione resultare 4; 300, 800. hoc est quatuor millions trecenta millia & octingenta disticha retrograda. Et quia singula disticha retrograda quatuor carmina complectuntur, continebit hoc Centricum Diagramma versus 17, 203,200. hoc est septendecim millions ducennes & ter mille & ducentos.

Modus utendi hoc labyrintho, & legendista carmina est facilis & hoc sapphico expressus.

*Angulo è quoniam properante cursu,
Lector, ad centrum venias, vel ipsos
Præpes à centro repeatas, notabis
Disticha multa.*

Sensus est liber : multa enim in specie possent dici, sed tantum generalia tetigimus, ut facilitati carminis consuleremus. Sufficiat hoc exemplum posuisse ; tu poteris alia meliora ad gloriam Cœlitum aut etiam Principum Politorum conformare.

A P O L L O

M V L T I F O R M I S.

Pictoribus atque Poëtis

Quaslibet ornandi in tabulis aut ære figuræ,
Zoile crede mihi, semper fuit æqua potestas.



CCCX.


ARIA, speciosæ, & pulchræ sunt figuræ, quas curiosus penicillus conformat. Omnes possimus transferre ad Metametricam, & omnibus variis versus aptare. Tabula prima, &c. ob oculos ponit nonnullas, quas volo breuiter dilucidare. Reperies in eâ Carmina Triangularia, Quadrangularia, Quinquangularia, Sexangularia, Septangularia, Octangularia, &c.

Licet magna sit horum carminum, filiae & picturam spectas, varietas ; Idea est eadem, si metricè consideretur : omnia enim huic possunt respondere :

A	B	C	D
- u u - u u , , w , ,	1 , - u , , u -		
l innumerabilibus numeris laude narit Homerus,			
& quia difficile est ideam : - u u - u u , in			
vnicâ voce reperiire, possimus & solemus vñ			
voce composita, quales sunt, [Ætheris astra vi- de;] Militis acta cano ; [Martyris exubias;] &c.			

MVSA I. TRIANGVLARIS.

CCCXI.


ABVLAS, laminasque II. & III ob oculos eruditorum pono : in quibus cellulæ A.B.C.D.C.B.A. complectuntur integrum distichum, iuxta valorem syllabarum, quem nuper deditus. In figurâ secundâ cellulæ, quæ charactere C. notantur, communes sunt, cæteræ sunt speciales. Ne igitur Sculptorem nimio labore grauem, vnicam tantum delineationem pinga, quam cæteræ poterunt imitari. Sumo ergo stilum & Tabulam tertiam decimam ad Ideam Tabulae secundæ conformato: & in ipsâ hæc Carmina labyrinthica exhibeo.

A	B	C	D
Innumerabilibus	metris	laudetur	
Irreocabilibus	modulis	cantetur	
Ingenerabilibus	radijs	ornetur	
Innumerabilibus	* * *	* * *	A-
Amplificabilibus	(gazis	ornetur	VI-
Condecorabilibus	gnomis	cantetur	NAS,
Insuperabilibus	numeris	laudetur	
Amplificabilibus	similis	ornatur	

Sunt disticha retrograda à fine Pentametri; & licet hic satis connexa & concatenata videatur, pulchrius disponuntur in Tabula XIII. quam, ut hæc bene intelligas, ob oculos habere debes. Interim, quia sapientibus & insipientibus debi-

tores sumus, maioris claritatis gratia eadem carmina ad longum rescribamus.

Innumerabilibus metris laudetur AQVINAS,

Dicatur verbis irreocabilibus.

Irreocabilibus modulis cantetur AQVINAS,

Donetur palmis ingenerabilibus.

Ingenerabilibus radijs ornetur AQVINAS,

Pingatur stellis innumerabilibus. &c.

Amplificabilibus gazis ornetur AQVINAS,

Donetur lauris condecorabilibus.

Condecorabilibus gnomis cantetur AQVINAS,

Dicatur linguis insuperabilibus.

Insuperabilibus numeris laudetur AQVINAS

Pingatur calamis amplificabilibus. &c.

Omnia Hexametra claudit hæc vox AQVINAS: poscent aliae, sed meam sum ego deuotionem sequuntur: tu, si simile Diagramma condere placeat, pone, si volueris, diversas. Ego vltius progedior, & quia hæc Carmina sunt retrograda, ab ultimâ dictione initium sumens, per singulas recurro: & sic inquam.

Amplificabilibus calamis pingatur AQVINAS,

Laudetur numeris insuperabilibus.

Insuperabilibus linguis dicatur AQVINAS,

Cantetur gnomis condecorabilibus.

Condecorabilibus lauris donetur AQVINAS,

Ornetur gazis amplificabilibus. &c.

Innumerabilibus Stellis pingatur AQVINAS,

Ornetur radijs ingenerabilibus.

Ingenerabilibus palmis donetur AQVINAS,

Cantetur modulis irreocabilibus.

Irreocabilibus verbis dicatur AQVINAS,

Laudetur metris innumerabilibus. &c.

[De vocum significatione nihil occurrit, omnes enim sunt per viæ: & Ingenerabile in Peripateticorum schola, quam profitetur & promouet Doctor Angelicus, est cælestis, perpetuum, & incorruptibile, non enim Aristoteles admittit corruptiones aut generationes in cœlis.]

MVSA II. VARIA.

CCCXII.

ABVLA, XIII. quæ ad istam Musam pertinet, Carmina Triangularia proposuit: imò etiam Sexangularia: nam duo implexi Trianguli figuram componunt Hexagonam. Eâdem arte

poterimus condere & formare metricas quatuor aut plurium angulorum figuras, quales Tabulae quarta & quinta proponunt, quæ etiam Octangulares dici poterunt, ob repetitionem Quadranguli. Modus conficiendi hæc carmina, ut iam sæpe insinuauit, est facillimus. Debet

enim delineari charta, & posteā in singulis celulis inscribi dictio, qualem literæ inscriptæ postulant: sunt enim quatuor & respondent his numeris,

A.G. - u u - u u -	17 Innumerabilibus
B.F. w -	26 Stellis, vel faculis,
C.E. - - u	35 ornatur
D.D. u -	44 Olympus,

& postquam inscriptæ dictiones conuenientes sint, relege vndique, vt sensus fluat; quem, si hiare repereris, poteris alicuius æquisyllabæ vocis substitutione reformare. Èdem arte & ingenio quinque, septem, novem aut plurimum, angulorum figuræ metricæ conformabuntur; retine & obserua præcedentes Regulas; & considera Figuras, quæ pertinent ad præsentem Apollinem.

CCCXIII.

PORRÒ carmina figurata antiquissima sunt. Symmias Rodius aliquas figuræ carminibus suis delineavit: laudantur inter alias, *Ouum, Ara, Securis, Fistula*. Hanc Metrametricæ partem Ioannes Alstedius *Technopægnion* appellat, & Encyclopædix libr. 10. sect. 5. cap. 5. *Ara, Calicis, Centauri, Clepsydra, Clypei, Coctea, Columna, Cordis, Crucis, Gubi, Fusi, Organum, Oui, Pilis, Poculi, Pyramidis, Quadrati, Rastræ, Rosa, Scala, Securis, Serpentis, Serra, Talarium Trigoni, Tripodis, Turris, & aliarum imaginum*, quas exprimunt carmina, meminit.

Samuel Pomarius carmina scripsit, quæ characterum varietate omnia Passionis instrumenta ob oculos ponerent. Illa omisit Alstedius; & addidisset suæ Poëticæ, si chalcographum idoneum fuisse nactus.

Balthasar Bonifacius imaginibus carminicis delectabatur. Ab eo compositam Amphoram ponit Alstedius ubi supra pag. 549. Aram, pag. 550. Calicem, Clepsydram, Clypeum, pag. 551. Columnam Cubumque pag. 552. Fu-

sum pag. 552. Adduntur Rabani Cruces pag. 553. Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris memoriae æternæ Pyram Parnassus Vicennien consecravit: illam P. Eugenius à S. Iosepho melita excalceatus, Vir verè ingeniosus & etus, composuit, & edidit Viennæ in Austria anno 1657.

Hispani etiam interdum ita versus scribunt, vt figuram aliquam repræsentent. Vnde Ioannes Diaz Rengifus Artis Poëticæ cap. 6 sic inquit. *Los Laberintos de letras se componen, necessitandose el Poeta a meter en los versos las letras que quiere, y en los lugares que conviene, segun la figura, que a de llenar el laberinto porque unos se hacen en forma redonda, otros en quadrada, otros pintando un ave, o un arbol, una fuente, o una Cruz, o una estrella, o otras figuras de esta manera, proporcionando las copias y las letras con aquella figura.*

Hæ imagines dupli possunt modo configi. nempe, vel Carmine communi, vel Centaurico. De hoc agit Alstedius pag. 551. & ait illud esse poëma, quod ex diuersis versuum generibus componitur: nam cum alia breviiora sint longiora alia, debent necessariò suâ inæqualitate conformare figuram. Vnde P. Eugenius à S. Iosepho in Cælareâ Pyramide incipiens à majoribus, supponit versus hoc ordine. Arbitrium: Trochaicum tetrametrum: Iambicum tetrametrum: Spondaicum; Hexametrum; Sezontem: Iambicum Timetrum: Sapphicum; Phaleucium: Asclepiadeum: Anapæsticum; Iambicum Anacreonticum: Iambicum Dimetrum catalecticum: Glyconium: Adonium: &c. Si aliam vellet confirmare figuram, aliter versuum ista genera coordinaret.

Hic modus tametsi admissus ab omnibus mihi non placet propter duo: cum, quia est molestum & difficile tam varia versuum genera conformare: tum quia dissonant inter se, & avertidentur ingrata: demus ergo secundum.

Scribantur carmina æqualia, & diuerso colore illæ literæ, quæ debent imaginem formare: aut saltē charactere cursiuo, vt in Pegmate sequenti videre est,



Ester	n o e	s radio stant in te nam p	i c u	incta
Ædes	t u r r	ita ex hoc dudum est no	n n e	beata
Machi	n a e	t ipsa Dei ara & quius i	t s u	prima
Lar ho	c n e	& mira lucerna hos	o t i	a tot
Agni ho	c f i	atuit signans quoque r	t e v	i andoa
Vera	f a l u	s ista quos verus	fons b o n i	tatis
Est be	n e d	q; sacrauit	amor p i e t	asque
Sanct	a f a	lux & vita	redem p t i	o vera
In que do	m u p	rinceps donum dat paci	s i n	oriem
Irraque	a m i	hinc firmauit d	e p o	surique
Affici	t a a	ntiqui nifus que texit ie	m s m	orsum
In tec	e b r	i lusu circa ignem noxi	a e n	int sic
Pella	x d e	cipit & fccordem ubi i	n q i	etato

Est Rabani, ex Benedictinâ religione ad Archiepiscopatum Moguntinum assumpti, & adducitur à Ioanne Alstedio, loco citato, pag. 551. Hoc exemplum iterum posuimus superius, at hîc alio illud modo expressimus, vt sciat Lector, eisdem carminibus diuersas figuræ & imagines, aut easdem diuerso modo delineare. In stipite primæ Crucis legitur

Nunc canâ at exerâs Iesum abdere & uda piare.
& in brachio.

Vera salus ista est, benedictio sancta salutis.
in alterius Crucis trunko,

In toro ipse manens, tenet, ipseque viuit in omni.
in brachio autem.

Fons bonitatis, amor, pietasque redemptio vera.
Nec est omnino necessarium, vt literæ quibus
Crux conformatur, sensum seorsim sumptæ consi-
cient, nam manebit figura, quæ queritur, licet
semper pulchrius & melius sit, si illæ seorsim
possint legi. Considera sequentes numeros.

En este leño	por mis	culpas veo
La luz sin	resplendor,	muerta la vida,
Y que de aquel	costado	fue la herida
Puerta de la	heredad,	que en Fee poseo.
Quien dirá, que su	afrenta	fué tropheo,
Y venciendo la	muerte	fué vencida,
Y que leuanta	al hombre	su cayda,
Y el Iusto	pone en	libertad al reo?
Efectos tuyos son	Leño	sagrado.
Reparador	glorioso	de la offensa
De aquel primero,	en que	nacio el peccado.
Enti el castigo se	volvió	defensa
Ta del yerro en que	Adan	vitio culpado
Con azero se	dio la	recompensa.

Vide Tabulam XIX. quæ Eucharisticum Peggma exhibet, quod anno M. D. LXXX. VIII. Reuerendiss. D. Georgius Lemens, Abbas Vlribacensis, Ordinis S. P. N. Benedicti composuit, & sculpi curauit Louanij anno M. DC. XXIII. quod nos tandem curauimus iterum sculpi Prae-
gge anno MDCLIX. iuslimumque nostro optimo

Domino & Amico Petro Francisco Passerino dicari.

Vide etiam, si reperire possis, nam rara sunt, Rabani Mauri, etiam nostri Ordinis Religiosi, & Moguntini Archiepiscopi Pegmata, magno studio & labore composita, in quibus varias figuræ carminibus expressas inuenies.

C A R A M V E L I S.
A P O L L O
Q V A D R A N G V L A R I S.

Quadrandi versus methodum hanc contempnere noli :

Arte quadra versus vel meliore tuos .

C C C X I V.



IRCVMFERTVR sigillum, quod videtur non omnino vanitate vacare (vanitatem à superstitione distinguo) accensere enim vim aliquam realem & physicam characteribus scriptis, sculptis, ue, sepe superstitionis, semper vanum & illicitum est. Sigilli igitur, cuius sit mentio, potentiam & vires omittamus, & literas consideremus :

S	A	T	O	R
A	R	E	P	O
T	E	N	E	T
O	P	E	R	A
R	O	T	A	S

Est mirabilis literarum concursus, cui similem, vix alibi in aliqui lingua reperias ; est enim figura quædam quadrangularis, quæ à quolibet angulo sursum deorsum directè & retrograde poterit legi.

Et quid voces istæ significant? Sane, si licet barbaras voces conformare, facile erit eiusmodi multa & varia delineare sigilla ; at, si debeamus utri vocibus purè latinis, expercemur summas difficultates. Ergo, ut sententiam hanc mysteriosam exponam, cum nobis non sufficiat Latina, ad alias linguas recurramus.

SATOR, Hebraicè שָׁׂׂרָׂׂתָׂׂר, à radice שָׂׂרָׂׂתָׂׂר, quæ est abscondi deducitur : & quidem hoc esse nomen Dei constat ex Prophetæ illo, Vere tu es Deus absconditus.

AREPO, Hebraicè אַרְפָּאָרָה Medicina, à radice אַרְפָּאָרָה Rapha: Deus autem nomen medici assumit : ait enim Matth. 9.12. Non est opus valentibus Medicus. & Marc. 2. 17. Non necesse habent sani Medico. Nec hinc inferat Pelagianus, non indigera Deo valentes sanosque : quia Redemptor & Conseruator est; Redemptor, ut nos à corporis & mentis eruat conseruator, ut in gratiâ aut etiam corporis sanitatem conseruet,

TENET, Latinum est, sustinet, continet, sustentat, &c.

OPERA, actione, studio, auxilio : & hoc contra Durandum qui concursum naturalem negauit ; & Pelagium, quia supernaturalia auxilia non admisit.

ROTAS, orbes, calos. iuxta illud Ciceronis in Arati Phænomenis, Hunc tangit rotas fuisse Solis.

Vnde sententia integra erit hæc, Deus absconditus, salus & medicina potentissima, sustinet & conservat auxilio & operatione sua calos. Quis respondebit istud Disticum :

Rex noster, Medicina, salus, abscondita Causa Rerum, Calorum sustinet ipse polos.

C C C X V.

Dixi eiusmodi tabulas esse difficiles, nec posse multis exemplis purè Latinis illustrari. Addo alterum,

Conuenere simul duo mundi lumina magna.

Virgilius fuerat primus, & alter Amor.

Limitibus progressa suis Præbs inclita Roma

Ad maris oppositi littora visit Oram.

Concursus siquidem rarus fuit, omnia pulchra Inscripta eterno nomina sunt lapidi.

A	M	O	R	E	R	A	M
M	A	R	O	R	O	M	A
O	R	A	M	A	M	O	R
R	O	M	A	M	A	R	E

Cætera nomina sunt nota: tertium explicabo. Hersilia Romuli Romæ conditoris aut instauratoris vxor fuit, & dicta Hora, vel Ora, ait enim Ennus,

Teg; Quirine pater veneror, Horamq; Quirini. &c. inter Nymphas habita, nec Dearum censui adscripta ante Augustum. Ouidius Metamorph. 14.

Priscum pariter cum corpore nomen (rino cf. Mutat, Oramque vocat, que nunc Dea iuncta Qui. nota illud nunc: non enim sic loqueretur Nalo, si iam olim adnumerata Deabus fuisset. Credita est præsidere militiæ : quò forte respexit

ut Virgilius Eneid. 9. dicens,
Es mecum ingentes Oras euoluite belli.
Quintilianus prefatione ad Triphonem Oram,
Numinibus marinis adfingit, illamque in naufragijs imploratam à periclitantibus asserit, dicens,
Permittamus vela ventis, Oram soluentibus bene
precemur. vbi si ora nomine intelligere littus
volueris, tecum non disputabo. Sed cur hæc
Dea in obliquo, cum alia nomina componuntur
in recto? An hoc nomen potius est Africanæ
urbis, quam Arabicè ΟΡΑΜ Oram, Latinè vero
Oram dicius: quā tandem furotem insul-
tantis Agareni frēnamus. Tu videris.

Hæ & aliæ voces, quæ à Româ oriuntur
sequentibus versibus apud Ioannem Alstedium
lib. 17. sect. 4. cap. 5. num. 36. dilucidantur.
ROMA uocor, tanto me Romulus auxil honore,
Nomine magnifico gaudet o sape meo:
Litera quaque licet fuerit transposta subinde,
Certa tameu remanent significata mihi.
Conuentu sitem voces quas procreo ROMA,
Cen septem colles diligo sede mea.
Ad me qui veniunt tractare negotia summa.
His loquor, expecta, sit quoque parua MORA
Et MARO per celebrem Romanam reddidit ORAM,
Post oram Troia sapius ARMA canens
Flumina fluxerunt terra hac imitantia MORA
Ob varias cedes martyriumque sacrum,
Inque unq RAMO virtus uitiumque virescit:
Est in me fluxus deinde beatus AMOR.

Explicatio.

ROMA est principium, sonat ultima dictio Roma,
Si vertatur AMOR Roma triumphat amans.
In reliquis lateo, me collige; ROMA nstebit,
Armo, Oram, Ramo, Mora, Maro, Mora, Amor.
Res mira est dictus statuit vox unica ROMA
Pentamentum versum Lector amice vale.
In Diagrammate altero sunt duæ voces signifi-
catiue, Mare & Eram: quæ transpositæ va-
riam pariunt significationem hoc modo.
Est MARE, quod nauis penetrauit cursibus amplis,
ERMA nisi iustit non bene tuta volat.
Oria maris spuma Venus Aphrodita putatur,
Femina MERA ideo sacra parabit ei.
Quandc pudicitiam spernens EMAR undiq; duxit?
Eterna noctis quis negat esse REAM?
Haud Amor ipse mari, tu dicas rusticæ, et ARME
Arridens fructus RAME tuosue regam?
Si modo semper AREM terrâ, MERA vina dabutur
Non quod ERAM, videam si MARE semper ero.
Ergo petat quicunque cupit maris horrida regna,
Sub RAMO porins tale ergo carmen amo.
Rame, arem, eram, ream, amer, mera, mera, mare,
erma, emar, arme,
Quid sibi versiculos signat habere cupis?

Quæ precesserunt ex hoc desumpta fuere.
Unica vox peperit bis MARE quinque sonos.

CCCXVI.

De Syllabis.

SICVT tabellæ istæ procedebant per literas,
poterunt aliæ per syllabas hue illuc discurre-
rere, & esse similes sequenti exemplo.

MI	RA	VI	RA	MI
RA	DIO	VI	DLO	RA
VI	VI	XPI	VI	VI
RA	DIO	VI	DLO	RA
MI	RA	VI	RA	MI

quod à singulis, hinc inde excurrendo, poteris
legere, hanc semper sententiam reperturus. vi-
delicet, Mira vi (virtute efficaciæ & potentiarum)
Rami (Crucis) radio (corusco, splendeo.) Vidi
ora viui Christi. Viui radio (hoc est, Christi vi-
uentis concurrente luce & splendore) vidi ora
(nimirūm hæc: vt enim inueniamus Christnm..
ipse est via: & vt ipsum videamus, ipse est ra-
dius) vidi inquam Ora Christi, & hoc mira vi-
rami, hoc est, mira Crucis virtute. Huic radio
radium etiam dare possunt hæc Disticha.
Cernuus aspicio ramum Crucis; auspice Christo,

Immensas vires arboris experior.

Mira vi Rami, radio splendore corusco,

Lumine & excelsi sydera vinco Poli.

Audiui dulcem uocem, vidi ora que viuij

Christi, gustauis sanguinis effluvium.

Cur viui radio vidi ora patentis Olympi?

Cur mira rami vi petis astra solum?

Olim clausus erat, paucisque patebat Olympus.

Crux hodie cunctis Regia Gloris erit.

CCCXVII.

VANTVM faciat scribendi modus, sedu-
lò animaduertimus, quando Musis
Aureæ & Cypriæ permitti illud car-
men,
Sicelides Musæ paulò maiora canamus,
& illud

Numinis aternt Genitrix succurre misellis
in Pegmate quadrato scriptimus. Ponamus mo-
do vnum carmen Retrogradum, & quid inde
possit resultare videamus. Sic inquam.

A Magorum	sermo	crudelem	turbat	Herodem.	Magorum
sermo	crudelem	turbat	Herodem.	Magorum	sermo
crudelem	turbat	Herodem.	Magorum	sermo	crudelem
turbat	Herodem.	Magorum	sermo	crudelem	turbat
Herodem.	Magorum	sermo	crudelem	turbat	Herodem.
Magorum	sermo	crudelem	turbat	Herodem.	Magorum.

Ab angulo A poteris prorsum & deorsum procedere, & semper versus legibus constantes inuenies: & ab angulo B. poteris retrorsum & iursum percurre, & semper numeri legibus praescriptis constabunt. Posui et repetiui eundem versum, ut clarissim evidenter cognoscetur artificium, quod non à vocum varietate, sed à quantitatum similitudine prorsus dependet.

Versum hunc ad Aureæ Musæ mentem in sex columnis scripsimus, quid erit, si ad Cypriæ Musæ imperium exscribatur in quatuor? Faciamus, & statim videbimus.

Porro ab angulo A. possumus omnia directo cursu legere: ab angulo B omnia retrogrado.

Ab angulo C. omnia adscendendo: & ab angulo B omnia descendendo.

A Magorum	sermo	crudelem	turbat	B
Herodem.	Magorum	sermo	crudelem	
turbat	Herodem.	Magorum	sermo	
crudelem	turbat	Herodem.	Magorum	
sermo	crudelem	turbat	Herodem.	

C Magorum	sermo	crudelem	turbas	D
-----------	-------	----------	--------	---

Ergo, sicut istæ lectiones sunt in hoc examine, erunt in alijs diuersis, si verba convenientia ponantur. Hac doctrinâ præmissa, ingrediamur interius, & singulas Musas audiamus,

MVSA I. HEXAMETRA.

CCCXVIII.

Iscrivit per literas & syllabas, sic etiam per dictiones procedimus & carmina varia conformamus: quorum facilissim ideas exprimas numeris, quam verbis La-

tinis exornes. Hoc enim negare nemo poterit, videlicet, in Latino idiomate non extantam verborum, ab Ideâ requisitarum, copiam; quantam Metametrica postulat. Graeca lingua est copiosior, & his formandis labyrinthis & ambagibus aptior.

Athletam	Agrestis	Iudas	rectamat	Iesum,
Agrestis	mortis	discrimen	quando	reclamat,
Iudas	discrimen	MUNDI	discrimen	Iudas
Reclamat	quando	discrimen	mortis	agrestis
Iesum	reclamat	Iudas	agrestis	Athletam.

Sensus est difficilis; at illæso metro lectio est octuplex ex quoconque enim angulo possumus currere, recurrere, ascendere & descendere.

Huic simile est Pentasticum istud, quod sequitur.

Vtrimque	agrestis.	Iarchas	propagat	Iuli
Agrestis	nomen,	certamen	quando	propagat
Iarchas	certamen	CELEBRAT	certamen	Iarchas
Propagat	quando	certamen	nomen	agrestis
Iuli	propagat	Iarchas	agrestis	vtrimque

In his duobus exemplis procurrendo aut descendendo ab initio, & ascendendo aut recurriendo à fine, semper inuenies eadem carmina.

Misi hanc Ideam ad P. Nicolaum Lucensem Capucinum, qui non solum in Theologicâ scholâ, sed etiam in Parnasso est celeber. Hic scitè in Epistola Viennæ in Austriâ 4. Maij. 1658.

scripta sic inquit: *Sunt huiusmodi Ideæ, quæ exemplificandas transmisisti, quæ nobiliores, & difficultioris strætura; procul dubio ob meam imperitiam, ingenijque ariditatem; sed ausim etiam addere, ob penuriam vocabulorum, ut ita dicam: strictioris obseruantia: adeò, ut non conceptui vocis, sed vocibus conceptum opus sit accommodare;* unde

unde nec mirum si subinde carmen non ita fluat,
aut sensus sterilior appareat, verbisque minus re-
spondens: quamvis benignius interpretari volen-
tibus non omnino sensu careant Et exempla
subsequentia transmisit.

Adamo	Abramus	Iacob	Isachus	Abramo
Abramus	Natus	Prognatus	Gnatus	Isachus
Iacob	Prognatus	IESVS	Prognatus	Iacob
Isachus	Gnatus	Prognatus	Natus	Abramus
Abramo	Isachus	Iacob	Abramus	Adamo

Claudit hoc Labyrintho Author Domini
nostrj Iesu-Christi genealogiam, illumque hoc
Tetraستichō dilucidat.

Adamo Abramus genitus, Isachus Abramo,
Isacho & Iacob Dux Patriarcha fuit.
His igitur Patribus prognatus Dauide IESVS
Dicitur, & IESVS Filius ipse Dei.

Vocis David incrementum fere semper produ-
citur: sed, quia vox est Hebræa, sicut alijs pro-
ducere, sic alijs corripere placuit.

Hlla Apostoli verba 1. Corinth. 3. 6. Ego

Vtrasque	Aprilis	IESVS	agrestis	agrisque
Aprilis	rorat,	maturat,	iactat	agrestis,
IESVS	maturat	segetes,	maturat	IESVS
Agrestis	iactat,	maturat,	rorat,	Aprilis,
Agrisque	agrestis	IESVS	Aprilis	vtrasque

Erat perillustris D. Ioseph Crescentius an-
nonce Praefectus, vir pius & bonus, qui vtrisque
(pauperibus & diuitibus) satisfaciebat. Illum
nostrus Poëta cum Iosepho, Ægypti Prorege
composuit, et cecinit,

plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum
dedit. Itaque neque, qui plantat est aliquid, ne-
que qui rigat, sed, qui incrementum dat, Deus.
hoc Tetraستicho dilucidauit, & D. Friderico Aprili
Parrocho Soremundano inscripsit.

Aprilis rorat segetes, maturat IESVS,
Quas nuper cultis iecit agrestis agris.

Nempe nihil plātans, nec Apollo rigans, sed IESVS
Est aliquid, latas crescere dans segetes.
& ad sequentem Labyrinthum reduxit.

Vtrosque	Aprilis	IOSEPH	agrestis	vtrisque
Aprilis	pandit,	conseruat,	plantat,	agrestis
IOSEPH	conseruat	Fructus,	conseruat	IOSEPH,
Agrestis	plantat,	conseruat,	pandit	Aprilis.
Vtrisque	agrestis	IOSEPH	Aprilis,	vtrisque


Perillustris D. Ioannes Agrosus, Nobilis
Florentinus, sicut Astronomia, sic et venatione,
summoperè delectabatur. Illum quidam Poëta
celebrarat hoc Disticho,
Venatu insequitur cervos, prosternit lannus
Vrso, aprinas mactat athleta feras.

In illo Minotaurum absconditum detexit nosler
Nicolaus, cumdemque in mæandros Pegmatis
sequentis inuexit.

Athleta	Hetruscus	IANVS	Agrosus	aprosque
Hetruscus	sternit	venatur.	mactat	Agrosus
IANVS	venatur	Ceruos,	venatur	IANVS
Agrosus	mactat	venatur	sternit	Hetruscus
Aprosque	Agrosus	IANVS	Hetruscus	Athleta.

Erant in Regio Sacello tres Cantores;
Martius Acuna, Franciscus Oroscus, et Ilde-
fonsus Iason. de quibus circumferebatur hoc
Distichon.
Pangit Acuna melos: carmen decantat Oroscus:
Sed Iason numeros pangit utrosque simul.

Hos ergo ad Palatium Dædali, vt Minotauris
modulentur, mittamus. Formemus labyrinthum
ogdoamorphum, qui laudes illorum edif-
serat. Voces subsequentes confidera.



Vtrumque	Oroscus	Iason	Acunus	Vtrumque
Oroscus	carmen	decantat,	pangit	Acunus
Iason	decantat	numeros,	decantat	Iason
Acunus	pangit,	decantat	carmen	Oroscus
Vtrumque	Acunus	Iason,	Oroscus	Vtrumque

Claudat hunc articulum Pegma eiusdem P. Nicolai contra Iudam, et Hebræos carnifices delineatum, cuius argumentum exhibet sequens Distichon.

*Preditor en Iesum Iudaï vendit Iudas;
Emprum autem Christum cedit Hebraeus atrox.*

Vocum syntaxin subsequentem considera.

Athletam	aprinus	Iudas	Hebræus	atroxque
Aprinus	tradit,	diuendit:	cædit	Hebræus:
Iudas	diuendit	Christum	diuendit	Iudas.
Hebræus	cædit,	diuendit,	tradit	Aprinus
Atroxque	Hebræus	Iudas	aprinus	Athletam.

Ecce hucusque habuisti 25. locos; at ramen non nisi 9. dictiones, ut omnes impleas; nam, ut omittam cætera, quæ OMOMETPA sunt, hæc est materies vltimi.

*Athletam aprinus Iudas Hebreus atroxque
o-u, tradit, diuendit, cædit o-u,
i-, -, -u, Christum, -u, i-,
Horum ergo carminum gratia in hoc consistit,
primò, quod nouem tantum vocibus viginti verius construat: secundò, quod, siue curras, siue*

recurras; siue descendas, siue adscendas, semper eadem carmina reperiantur. Sed, quia varietas delectat, alio modo eamdem ideam a potentia ad actum reducamus.

S I in singulis locis Metametricis diuersas dictiones constituas prodibunt 20. versus diversi: et hi dabunt 8. lectiones, et singulae suu etiam Pentastichum. Sequentem Inscriptio-nes considera, quam Circo Herculeo appendi iussimus.

<i>Quis longam hanc poterit Circi percurrere arenam?</i>				
Athleta	Eous	Iolaus,	Gradius,	Iassus,
Hetruscus,	Sardus,	Germanus,	Tento,	Silenus,
Iazyx,	Cretensis,	Siculus,	Chaldaeus,	Iader,
Britannus,	Saxo,	Romanus,	Gnosis,	Acræus,
Ionus,	Sebritus,	Iapyx,	Agræus,	Odrysa.

Sunt octo huius Pentastichi Lectiones, quæ omnes respondent Lemmati et Prosodiæ. Illas doctrinæ vberioris gratiâ subscribo.

I. Athleta Eous, Iolaus, Gradius, Iassus, Hetruscus, Sardus, Germanus, Tento, Silenus, Iazyx, Cretensis, Siculus, Chaldaeus, Iader, Britannus, Saxo, Romanus, Gnosis, Acræus, Ionus, Sebritus, Iapyx, Agræus, Odrysa.

II. Athleta Hetruscus, Iazyx, Britannus, Ionus, Eous, Sardus, Cretensis, Saxo, Sebritus, Iolaus, Germanus, Siculus, Romanus, Iapyx, Gradius, Tento, Chaldaeus, Gnosis, Agræus, Iassus, Silenus, Iader, Acræus, Odrysa.

III. Iassus, Gradius, Iolaus, Eous Athleta, Silenus, Tento, Germanus, Sardus, Hetruscus, Iader, Chaldaeus, Siculus, Cretensis, Iazyx, Acræus, Gnosis, Romanus, Saxo, Britannus, Odrysa, Agræus, Iapex, Sebritus, Ionus.


IV. Iassus, Silenus, Iader, Acræus, Odrysa, Gradius, Tento, Chaldaeus, Gnosis, Agræus, Iolaus, Germanus, Siculus, Romanus, Iapyx, Eous, Sardus, Cretensis, Saxo, Sebritus, Athleta, Hetruscus, Iazyx, Britannus, Ionus.

V. Ionus, Britannus, Iazyx, Hetruscus, Athleta, Sebritus, Saxo, Cretensis, Sardus, Eous, Iapyx, Romanus, Siculus, Germanus, Iolaus, Agræus, Gnosis, Chaldaeus, Tento, Gradius, Odrysa, Acræus, Iader, Silenus, Iassus.

VI. Ionus Sebritus Iapyx Agræus Odrysa, Britannus, Saxo, Romanus, Gnosis, Acræus, Iazyx, Cretensis, Siculus, Chaldaeus, Iader, Hetruscus, Sardus, Germanus, Tento, Silenus, Athleta, Eous, Iolaus, Gradius, Iassus.

VII. Odrysa, Agræus, Iapyx, Sebritus, Ionus, Acræus, Gnosis, Romanus, Saxo, Britannus, Iader, Chaldaeus, Siculus, Cretensis, Iazyx, Silenus, Tento, Germanus, Sardus, Hetruscus, Iassus, Gradius, Iolaus, Eous, Athleta.

VIII. Odrysa Acræus Iader Silenus Iassus, Agræus, Gnosis, Chaldaeus, Tento, Gradius, Iapyx, Romanus, Siculus, Germanus, Iolaus, Sebritus, Saxo, Cretensis, Sardus, Eous, Ionus, Britannus, Iazyx, Hetruscus, Athleta.



CCCXIX.

TAM est difficilis modus præcedens, ut vix unicum exemplum potuerimus confor-
mare, quod sensum apertum haberet. Iubeo

modo septem carmina confici aquisyllaba, quæ
sensus similem reddant, qualia sunt, quæ se-
quuntur.

Concelebrat	veteres	generosus	Tento	Monarchas.
Collaudat	faciles	animosus	Persa	Dynastas.
Clarificat	celebres	decumanus	Causo	Tyrannos.
Dinumerat	porrites	clypeatus	Mygdo	Coraules.
Commemorat	steriles	maleficus	Panno	fauissas.
Fortificat	fragiles	speciosus	Bristo	phalanges.
Amplificat	celeres	inuitus	Saxo	trumphos.
Semper agens.				

Si semel sint perfecta hæc carmina, debebunt
scribi in tabellâ quadratâ in sex columnis, prout

sequens figura representat.

Concelebrat	veteres	generosus	Tento	Monarchas.	Collaudat
faciles	animosque	Persa	Dynastas	Clarificat	celebres
decumanus	Causo	Tyrannos.	Dinumerat	pariles	clypeatus
Mygdo	Coraules.	Commemorat	steriles.	maleficus	Panno
fauissas.	Fortificat	fragiles	speciosus	Bristo	phalanges.
Amplificat	celeres	inuitus	Saxo	trumphos.	semper inops.

Ista est facillima carmina descendantia, componendi methodus; considera attentè Diagramma: in progressu carmina illa, quæ paulò ante dedimus, inuenies: in descensu vero, quæ sequuntur.

Concelebrat faciles decumans Mygno fauissas.
Amplificat veteres animosus Causo Coraules.
Fortificat celeres generosus Persa Tyrannos.
Commemorat frugiles inuitus Tento Dynastas.
Dinumerat steriles speciosus saxo Monarchas.
Clarificat pariles maleficus Bristo trumphos.
Collaudat celebres clypeatus Panno phalanges
Semper inops. &c.

Hinc duo colligo. Alterum quamcumque carminum normam, modò in omnibus obseruetur similitudo, daturam carmina descendantia. Alterum hæc carmina eadem si essent retrograda, fore progradientia, descendantia retrocurrentia, & ascendentia. Vtrumque est certum:

A	Britannus	turbo	grandæuos	torfit	Eos.	Sebrites
	prædo	famosos	mouit	Hetruscos.	Silenus	sermo
	festinos	vicit	Hebræos.	Gradius	Mango	funestos
	duxit	Agræos.	Pachinus	mucro	mendaces	fixit
	Odrysos.	Diana	præco	pugnaces	traxit	Athletas.
	Cyanæ	lurco	furtiuos	cepit,	agrestes	* * *
						B

Ab angulo A. directè progredi, et etiam descendere poleris: et ab angulo B. regrediens, et ascendens totum Pegma percurrere. Progredieris ab angulo A. dicendo:

Britannus turbo grandæuos torfit Eos,
Sebrites prædo famosos mouit Hetruscos. etc.
Descendes ab ipso angulo A. per has diuiniones.

sed hoc ultimum facilius numeris demonstratur, quam exemplis et verbis. Dixit olim Iacobus Fulco

Magorum sermo crudelè monit Herodem. et hunc ego versum retrogredientem imitans, sic inquam.

Britannus turbo grandæuos torfit Eos.
Sebrites prædo famosos mouit Hetruscos.
Silenus sermo festinos visit Hebraeos.
Grandius mango funestos duxit agræos.
Pachinus mucro mendaces fixit odrysos.
Diane præco pugnaces traxit athletas.
Cyanæ lurco furtiuos cepit agrestes.

Igitur isti versus, si ad sex columnas reducantur, ut priores reduximus, habebimus Carmen tetramorphon, quod ab initio progrediendo et descendendo: et à fine regrediendo et ascendendo cantari possit.

Britannus prædo festinos duxit Odrysos
Cyanæ turbo famosos vicit Agræos. etc.
Et ab Angulo B. recurrens pronuntiabis hos numeros.
Agrestes cepit furtiuos lurco Cyanæ,
Athletas traxit pugnaces præco Diana,
Odrysos fixit mendaces mucro Pachinus. etc.
Et tandem ab eodem angulo B. rursus vo-
lans

Ians versus hos modulaberis.
Athletas fixit funestos sermo, sebrites.
Agrestes traxit mendaces mango Silenus. etc.

Vidimus, quid hæc carmina per sex columnas distributa dederint, modo eadem in quatuor lumenis rescribamus.

A	Britannus	turbo	grandæuos	torſit	C
	Eeos.	sebrites	prædo	famosos	
	mouit	Hetruscos.	Silenus	sermo	
	festinos	vicit	Hebræos.	Gradiuus	
B	mango	funestos	duxit	Agræos	
	Pachinus	mucro	mendaces	fixit	D

Ab angulo A. incipit lectio directa: videlicet,
Britannus turbo grandæuos torſit Eeos.
Subrites prædo famosos mouit Hetruscos. etc.
Ad angulo D. incipit retroversus.
--- Finxit mendaces mucro Pachinus.
Agræos duxit funestos mango Gradiuus. etc.
Ab angulo B. adscenditur per dictiones sequentes.
Pachinus mango festinos duxit Eeos.
Britannus mucro funestos vicit Hetruscos. etc.
Et tandem ab angulo C. descenditur hoc modo

--- Torſit famosas sermo Gradiuus.
Agræos fixit grandæuos prædo Silenus. etc.
Porro voces illæ trisyllabæ, quæ ab initio et ne versum claudunt, omnes habent priam syllabam indifferentem: sunt enim propria nomina, in quibus non conueniunt Authores, quod scrupulpsior sis, et aliqua tibi displiceat, illam exerce iube, et aliam eius loco repone. Et enim in exemplis non tam nitorem, quam claritatem quæro. Tu in Labyrinthis tuis grandior, sensum numerosque curare poteris: longe enim restat via, et festino.

MVSA II. NVMEROSIOR.

CCCXX.

Ox est duplex: simplex, composita. Labyrinthos conformare simplicibus, valde est difficile (non enim semper sunt in lingua Latina dictiones simples, quæ Metricæ Ideæ correspondant.) at compositis

vti. et Poëtæ eruditio facilius, et linguae Graecæ et Latinæ accommodatius est. Hanc ob rem Musam istam addidimus, quæ erit numerosior et clarior. Diictionum ergo loco hemistichijs vtemur; et, ut nos imitari possis, incipio: et Labyrinthum hunc, qui plurimis modis legi potest scribo. Eleuo igitur ad Empyreum oculos: Reginam Angelorum veneror, et sic inquam:



AD LAVDEM SANCTISSIMÆ VIRGINIS MATRIS.

Pulchrior Empyreo
dulcissima Virgo Maria
Sancta Dei Genitrix,
terrenæ Aurora salutis
Tu Paraditus eris
miserum medicina salusque
Tu Cynosura maris
quum vecors turbat Auernus.
Numine plena Dei
modo peccatoribus adsis
sis pretiosa Charis
Sis dux ad gaudia vitæ
Sis miserumque memor
Procerum Regina beatum
Tu schola sola mihi
Virtutum summa Magistra
Dux pia, tuta Comes.
sis peccatoris asylum
Candida Luna faue

rutilis fulgentior Astris
sydere nobilior.
Cœli pulcherrima Luna.
Candida stellâ maris
porta & sublimis Olympi
Tuque corusca Pharus
siquis sit naufragus, vndis
Lucis honore micas
gratIs decorata coruscis
Dulce iubar miseris
cui gnatus Rector Olympi
Sis via vita salus
pueroque viroque senique
Lætitiae initium
Lasga et mensura fauorum
Gemma nitore micans
Cœlorum porticus alma
Virginitatis honos
suspiria fundimus ad te

Purior Ambrosia
quam Sol iplendore eorat.
Phosphorus æthereus
Diuinâ luce coruscans
Pneumate plena Dei
Fidei secura columna
Soleque lucidior.
vitam vt bene claudere discam
Tu mihi Cygnus eris
dum tempore gaudia luctu
sis valor atque vigor
capiar ne Dæmonis astu
Iustitiae speculum
Diuini Solis imago
Pulchra Corona Poli
tu summi Numinis ara
Prospice Virgo-Parens.
Terræ spes : Iris Olympi:
Gloria spirituum

Vetus et lectio huius diagrammati innotescat,
hæc paucula Disticha scribo.
Vi labyrinthos possis deducere flexus,
Quos varia noster Dedalus arte regit.
Multiplici cursu Pegma hoc tibi carmina præbet;
Carmina, qua Diuæ lilia pura canent.
In lege progrediens lege (sis) a fine recurrens:
Hoc lege Pegma cadens, hoc lege Pegma volas.
Ecce viam duplē dat quilibet angulus; intra;
Et variis versus semita quaque dabit.
Intremus igitur, et per varias progressi vias præ-
sentem Labyrinthum percurramus.

LECTIO I. Continua.

Ab angulo Pulchrior, directo & continuo motu
progrediens.


Puichrior Empyreo, rutilis fulgentior Astris
Purior Ambrosia dulcissima Virgo Maria
Sydere nobilior, quum Sol splendore coronat
Sancta Dei Genitrix, Cœli pulcherrima Luna
Phosphorus Empyrei, terrenæ Aurora salutis
Candida stellâ maris Diuinâ luce coruscans
Tu Paraditus eris, porta et sublimis Olympi
Pneumate plena Dei, miserum medicina salusque
Tuque corusca Pharus, Fidei secura columna
Tu Cynosura maris, siquis sit naufragus, vndis
Soleque lucidior si vecors turbat Auernus.
Lucis honore micas vitâ vt bene claudere discam
Numine plena Dei, gratIs decorata coruscis
Tu mihi Cygnus eris, modo peccatoribus adsis
Dulce iubar miseris dum tempore gaudia luctu
Sis pretiosa Charis, cui gnatus Rector Olympi
Sis valor atque vigor sis dux ad gaudia vitæ
Sis via vita salus, capiar ne Dæmonis astu
Sis miserumq; memor, pueroque, viroque, seniq;

Iustitiae speculum, Procerum Regina beatum
Lætitiae initium, Diuini Solis imago
Tu schola sola mihi, larga et mensura fauorum
Pulchra Corona Poli, Virtutum summa Magistra
Gemma nitore micans, tu summi Numinis ara
Dux pia, tuta Comes, Cœlorum porticus alma
Prospice Virgo-Parens, sis peccatoris asylum
Virginitatis honos, Terræ spes : Iris Olympi:
Candida Luna faue, suspiria fundimus ad te
Gloria spirituum

Nota.

Ex qualibet continuâ lectione nascuntur
tres modi amœbæi, seu alternatiui; quos
expono.

Versus è duobus hemistichijs componitur,
quorum prius vocetur A. posterius B. aio igitur
per alternationem ex Hexametris fieri Disticha
Elegiaca: bina videlicet ex ternis. hac lege.
Retineantur omnia hemistichia priora, & poste-
riora omittantur in versibus secundo & tertio.
Considera characteres sequentes.



Hexame- tra	Disti- cha	Disti- cha	Disti- cha .
Continua	Modus I.	Modus II.	Modus III.
1 A	B A	B	A
2 A	B A	A	B A
3 A	B A	A	— — B
4 A	B A	A	A
5 A	B A	— —	A
6 A	B A	A	B A
7 A	B A	A	— — B
8 A	B A	B A	A
9 A	B A	— —	E A
	A	A	— — B

Primus Amæbeorum Modus legit versum, primum completè, secundum et tertium incompletè: quartum complete, quintum et sextum incompletè: etc. *Secundus Modus*, legit secundum versum completè, tertium et quartum incompletè: quintum complete, sextum et septimum incompletè: etc. *Tertius Modus*, tertium versum complete, quartum et quintum incompletè: sextum complete, septimum et octauum incompletè: etc. *Quartus Modus*, si poneretur, in primum necessariò recideret. Nunc igitur Amœbæa ex Lectione continuâ deducamus.

Amæbeum I.

Pulchrior Empyreo, rutilis fulgentior astris,
Purior Ambrosiâ, sydere nobilior.
Sancta Dei Genitrix, Cœli pulcherrima Luna,
Phosphorus Empyrei, candida Stella maris.
Tu Paradisus eris, porta et sublimis Olympi
Pneumate plena Dei, Tuque corusca Pharos.
Tu Cynosura maris, si quis sit naufragus, vndis
Soleque lucidior lucis honore micas.
Numine plena Dei, gratis decorata coruscis
Tu mihi Cygnus eris, Dulce iubar miseris
Sis pretiosa Charis, cui gnatus Rector Olympi
Sis valor atque vigor, sis via vita Salus.
Sis miserumq; memor, pueroque, viroque, senique
Iustitiae speculum, Lætitiae initium
Tu Schola sola mihi, Larga et mensura fauoruit
Pulchra Corona Poli, Gemma nitore micans
Dux pia, tuta Comes, Cœlorum porticus alma
Prospice Virgo-Parens Virginitatis honos
Candida Luna faue, suspiria fundimus ad te
Gloria Spirituum.

Amæbeum II.

— Pulchrior Empyreo.
Purior Ambrosiâ, dulcissima Virgo Maria,
Sydere nobilior: Sancta Dei Genitrix.
Phosphorus Empyrei, terrena Aurora salutis
Candida Stella maris, Tu Paradisus eris
Pneumate plena Dei, miserum medicina salusq;
Tuque corusca Pharos, Tu Cynosura maris

Soleque lucidior quod vecors turbat Auernus
Lucis honore micas Numine plena Dei
Tu mihi Cygnus eris modo, peccatoribus ad
Dulce iubar miseris, sis pretiosa Charis
Sis valor atque vigor, sis dux ad gaudia vita
Sis via vita salus, sis miserumque memor.
Iustitiae speculum Procerum Regina beatum
Lætitiae initium, tu Schola sola mihi.
Pulchra Corona Poli, virtutum summa Magistri
Gemma nitore micans, Dux pia, tuta Comes
Prospice Virgo-Parens, sis peccatoris asylum
Virginitatis honos, candida Luna faue.
Gloria Spirituum.

Amæbeum III.

Pulchrior Empyreo, purior Ambrosiâ,
Sydere nobilior, quum Sol splendore coronat
Sancta Dei genitrix, Phosphorus Empyrei.
Candida Stella maris, Diuina luce coruscans
Tu Paradisus eris, Pneumate plena Dei.
Tuque corusca Pharos, Fidei secura columna
Tu Cynosura maris, Soleque lucidior.
Lucis honore micas, vita vt benc claudere dista
Numine plena Dei tu mihi Cygnus eris.
Dulce iubar miseris, dum temporo gaudia locu
Sis pretiosa Charis, sis valor atque vigor.
Sis via vita salus, capiar ne dæmonis astu
Sis miserumque memor, Iustitiae speculum.
Lætitiae initium, Diuinæ Solis imago
Tu Schola sola mihi, pulchra Corona Poli.
Gemma nitore micans, tu summi Numinis arca
Dux pia, tuta Comes, prospice Virgo-Parens
Virginitatis honos, Terræ spes: Iris Olympi:
Candida Luna faue, gloria spirituum.

LECTIO II. Continua

Ab eodem angulo, Pulchrior, descendens.
Pulchrior Empyreo, dulcissima Virgo Maria
Sancta Dei genitrix, terrena aurora Salutis
Tu Paradisus eris, miserum medicina salusque
Tu Cynosura maris, quum vecors turbat Auernus
Numine plena Dei, modo peccatoribus adestis
Sis pretiosa Charis, sis dux ad gaudia vita
Sis miserumque memor, Procerum Regina beatum
Tu Schola sola mihi, virtutum summa Magistri
Dux pia, tuta Comes, sis peccatoris asylum
Candida Luna faue, rutilis fulgentior Astris
Sydere nobilior Cœli pulcherrima Luna
Candida Stella maris, porta et sublimis Olympi
Tuque corusca Pharos, si quis sit naufragus, vndis
Lucis honore micas, gratis decorata coruscis
Dulce iubar miseris, cui gnatus Rector Olympi
Sis via vita salus pueroque, viroque, senique
Lætitiae initium, Larga mensura fauorum
Gemma nitore micans, Cœlorum porticus alma
Virginitatis honos suspiria fundimus ad te
Purior Ambrosiâ, quam Sol splendore coronat
Phosphorus Empyrei Diuinæ luce coruscans
Pneu-

Pneumate piena Dei, Fidei secura column
Soleque lucidior vitam vt bene claudere discam
Tu mihi Cygnus eris, dum tempore gaudia luctu
Sis valor atque vigor, capiar ne Daemonis astu
Iustitiae speculum, Diuini Solis imago
Pulchra Corona Poli, tu summi Numinis ara
Prospice Virgo-Parens, Terra spes: Iris Olympi:
Gloria spirituum

Amæbaum I.

Pulchrior Empyreo, dulcissima Virgo Maria
Sancta Dei Genitrix, tu Paradilus eris.
Tu Cynosura maris, quū vecors turbat Auernus
Numine plena Dei, sis pretiosa Charis.
Sis miserumq; memor Procerū Regina beatum
Tu Schola sola mihi, Dux pia, tuta Comes.
Candida Luna faue rutilis fulgentior Astris
Sydere nobilior, candida Stella maris.
Tuque corusca Pharos, si quis sit naufragus, vndis
Lucis honore micas, dulce iubar miseris.
Sis via vita salus pueroque, viroque, senique
Lætitiae initium, Gemma nitore micans.
Virginitatis honos suspiria fundimus ad te
Purior Ambrosia, Phosphorus Empyreī.
Pneumate plena Dei, Fidei secura column
Soleque lucidior, tu mihi Cygnus eris.
Sis valor atque vigor, capiar ne Daemonis astu
Iustitiae speculum, pulchra Corona Poli.
Prospice Virgo-Parens Terra spes: Iris Olympi.
Gloria Spirituum.

Amæbaum II.

— Pulchrior Empyreo.
Sancta Dei Genetrix, terrenæ Aurora salutis.
Tu paradisus, eris tu Cynosura maris.
Numine plena Dei, modò peccatoribus adsis:
Sis pretiosa Charis, sis miserumque memor.
Tu Schola sola mihi, virtutum summa Magistra
Dux pia, tuta Comes Candida Luna faue.
Sydere nobilior, Cœli pulcherrima Luna
Candida Stella maris, tuque corusca Pharos.
Lucis honore micas, gratls decorata coruscis
Dulce iubar miseris sis via vita salus.
Lætitiae initium, Larga & mensura fauorem
Gemma nitore micans, Virginitatis honos
Purior Ambrosia, quam Sol splendore coronat
Phosphorus Empyreī, Pneumate plena Dei.
Soleque lucidior, vitam vt bene claudere discam
Tu mihi Cygnus eris, sis valor atque vigor.
Iustitiae speculum, Diuini Solis imago
Pulchra Corona Poli, prospice Virgo-Parens.
Gloria spirituum.

Amæbaum III.

Pulchrior Empyreo, Sancta Dei genetrix.
Tu Paradisus eris, miserum medicina salusque
Tu Cynosura maris, Numine plena Dei.
Sis pretiosa Charis, sis dux ad gaudia vitae
Sis miserumque memor, tu Schola sola mihi.

Dux pia, tuta Comes, sis peccatoris asylum
Candida Luna faue sydere nobilior.

Candida Stella maris, porta & sublimis Olympi
Tuque corusca Pharos lucis honore micas.
Dulce iubar miseris, cui gnatus Rector Olympi
Sis via vita salus, lætitiae initium.

Gemma nitore micans, Cœlorum porticus alma
Virginitatis honos, purior Ambrosia
Phosphorus Empyreī Diuinâ luce coruscans
Pneumate plena Dei, soleque lucidior.
Tu mihi Cygnus eris, dum tempore gaudia luctu
Sis valor atque vigor, Iustitiae speculum.
Pulchra Corona Poli, tu summi Numinis ara
Prospice Virgo-Parens, gloria Spirituum.

LECTIO III. Contiuua.

Ab angulo, Purior, regrediens.

Purior Ambrosia, rutilis fulgentior Astris
Pulchrior Empyreo, quam Sol splendore coronat
Sydere nobilior, dulcissima Virgo Maria
Phosphorus Empyreī, Cœli pulcherrima Luna
Sancta Dei Genetrix, Diuinâ luce coruscans
Candida Stella maris, terrenæ Aurora salutis
Pneumate plena Dei, porta & sublimis Olympi
Tu Paradisus eris, fidei secura column
Tuque corusca Pharos, miserum medicina salusque
Soleque lucidior, si quis sit naufragus vndis
Tu Cynosura maris, vitæ vt bene claudere discā
Lucis honore micas, quū vecors turbat Auernus
Tu mihi Cygnus eris, gratls decorata coruscis
Numine plena Dei, dum tempore gaudia luctu
Dulce iubar miseris, modò peccatoribus adsis
Sis valor atque vigor, cui gnatus Rector Olympi
Sis pretiosa Charis, capiar ne Daemonis astu
Sis via vita salus, sis dux ad gaudia vitae
modum Patres, Padagogi, & Matres loquantur.
Eloquentia Gracchorum Mater Cornelia pro illo
tempore plurimum contulit. Porrò Gracchi. (Ti-
berius Caiusque) ab eloquentiâ & labij purita-
te laudantur; at dicuntur vtramque ebibisse à
Parente Cornelio. Et Vos, EXIMII DOMINI, ab
eloquentiâ; à labij, & quod nobilius est, à vitæ
puritate laudamus, & Vos vtramque asserimus
ebibisse à Parente Cornelio. Magni interest
quos quisque audiat & obaudiat quotidie; qui-
bus-cum agat, ab eo tempore, quo potius agi-
tur,

tur, quām agit. Pater, Mater & Pædagogi multum conferunt; & Vobis contulerunt Cornelius Pater, Liueldensis Mater, & Magistri Academici, quorum pietate & doctrina instituti, Theologicā Laureā redimiti, triumphum hodie celeberrimum agitis.

Illum nos accurate descripsimus, & Pythagorico Cœlo donauimus. Sed cur collocauimus SOLEM in centro? An forte, quoniam,

--- *Pictoribus atque Poetis*

Quidlibet audendi semper fuit aqua potestas,
maxime cùm in creatione & exhortatione huius ingeniosi Systematis simus Poëtae & Pictores? Non sanè: sed quia quidquid de Æthereo decreitus Aristarchus, Iunior Copernicus, & cœteri Pythagorici Astronomi metiri aut mentiri dicantur, Heliocentricum est Cœlum Liliueldense. Christus Iustitiae Sol in medio Discipulorum pacem dixit; & Macrocolmi, Sol, cor mundi, si non in medio figuræ, vt Copernicus vult, saltem in medio Systematis, vt Tycho habet, pugnaces motus Syderum ad harmoniam & cōcordiam reducit. Et Microcosmi Cor, (Sol est Humani Mundi) in medio pectorum suum solium habet. Et Cornelius, quia est Sol, iuxta decretum Regulæ Benedictinæ in centro residet, & radio æquali omnibus fauerit, fouetque omnibus adest; nulli propinquior aut remotior. Hunc (præter Intelligentias, ortis à Lilijs, et apud Summatæ lauris arctas) Nos SEPTEM GE-

NI, veneramur, hunc colimus, hunc celebramus. Oportet enim, vt si septenæ Intelligentiae Cœlos mouent, septenis septeni Genij seruant, ad nutum et imperium parati. SOLIS Cornelij ΠΑΡΑΠΑΝΟΝ formamus; illumque donamus tanto linguarum apparatu, vt quæ vno intuitu Vir curiosus respiciat, multis id sœculis neclegere nec exscribere valeat. Voluimus affectum, et ingenium proferre, idèque ingeniosè, affectum, et ingenium affectuosè monstramus. Vos vtrumque recipite, totque annis fœlices et in columnes viuite, quot carmina repræsentabimur.

CCCL.

Liliueldensis Cœli Forma informans.



VNTO Assistentes Orbium veterum Formæ: Ecce Cœlos creamus nouos et Terram nouam, illosque Forma informante et vocali insignimus: et contra dicimus Peripateticis afferentibus Quantitatem spectare ad

Materiam, Qualitatem ad Formam: quoniam Cornelij Cœli Formam, quam proponimus, immensam Quantitate consistit. Lector optimus Paradigma suppositum speculetur.

I	II	III	Axis IV	V	VI	VII
[- u u - u u -] ---	[- u]	u --	[- u]	---	[- u u - u u -]	
7	9	5	+	3	2	1

Ecce septem partiales Intelligentiae, perfectam ynam et totalem constituant; numero omnes et quantitate syllabarum diuersæ. Ponno exemplum.

I	II	III	IV
<i>Insuperabilibus Viatoris dones, Olympus</i>			
7	9	5	+

V	VI	VII
<i>Ornet Germanos innumerabilibus.</i>		
8	7	1

Vbi, vt facile obseruare quis poterit, vel primum Carmen resilit, vel totum regreditur Disticum. Pono ob oculos Carmen Resiliens.

Vox *Olympus* est resultantia terminus; nam Carmen mox vbi in eam impingitur, resilit. Videamus quo regrediatur modo illud Disticum? sanè Hoc.

Intelligentia Secunda et Tertia, manentibus coeteris vt antè, non incommodè variari

poterunt: possumus enim vti vel diagrammate,

--- [- u] vt Germanos ducit.
vel -- [-- u] vt Turcas devincit.
vel u u - [-- u] vt Latios defendit.

Imò poterit loco --- [- u] ponи --- [- u u] si tertia purè desinat, et quarta purè incipiat à consona, tunc enim in quinto pede semper erit synalepha, et nunquam in primo. Contingit crebro Intelligentia Formulam non capi voce simplici, sed complexâ; et idèo in cellulas voces posuimus, vt sciamus vnam ne an duas simul legere dictiones debeamus. Prima enim intelligentia videlicet [- u u - u u -] non solum reperitur in simplicibus *Innumerabilibus*, et *Insuperabilibus*; sed etiam in compostis *Arma Virumque cano*; aut etiam, *Lilia lauram amat*: aut tandem *Lilia iuncta Cruci*, et similibus.

Huc

Hinc pertinet ipsamet Cœli Liliueldensis delineatio, quam Iacobus p. representat. Addebanur nonnulla Corinna, quæ eam
dilectis subscribi.

Soli Liliueldensi,

CCCLI.

Afforum Princeps proprio Sol lumine fulget,
Mutua sed Stellæ lumina Solis habent.
Hoc veniente, Dies multos illuminat Orbis:
Nox veniente fugit, Nox fugiente venit.
Non aliter nostri Cœli Cornelius est Sol,
Astra à quo Eximum cœtera lumen habent.
Est doctrina Dies, Nox ignorantia; & ipso
Nox veniente fugit, Lux veniente manet.

Lunæ Liliueldensi.

CCCLII.

Lucis in imperio est Luna (ut sic dixero) Pro-
Absentisque Dei, fertque referique vices. (Sol:
Vnde Alberico, qui est inter Sacra Pro Abbas
Lilia, iam Luna Nomen & omen erit. (mas
Hoc tamen hand capio. Innouat inter Sydera for-
Luna, eademque inter Lilia Luna manet,
Sed iam rem capio. Est constans Cornelia, Terra
Firmior, & Luna Phœbide Luna FRIOR.

CCCLIII.

Liliueldensium Luminarium nulla Eclipsis.

Solis splendori est Luna inuida & amula: opaca
Candida nonnunquam lumina mole regit.
Sed non impure in pœnam nam Stelliger illam
Obscurum umbrarum vortice mergit Atlas.
Non tamen in nostro Eclipsis cognoscitur Orbe;
Neutra potest lucis perdere lampas opes.
Sincera est Eretas; carec umbris; lucida tota est:
Et sub Sole pio crimine Luna caret.

Sex Intelligentijs Liliueldensibus hodie ad
Lauream promotis.

CCCLIV.

Ventum ad supremum est. Stupet Orbis Stelliger,
Nobile quidquid habet Mūdus uterq; filii. (atq;
iam NON PLVS VLTRA. Fuit ultima meta triu-
Atq; ultra Laurum gloria nulla micat. (phus,
Dogmata Pythagora melius Schola docta resumit:
Quæ Natura nequit, Mens generosa facit.
Geryones habuere olim tria corpora liberi,
Unicus & ternis Spiritus intus erat.

At Vos sex estis, (magis hac miracula mira)
Unicus & senos Spiritus intus alit.
Unica laus Vobis, eadem doctrina, triumphus
Vnus, idemque decus, competit unus honos.
Unicus an-ne Animus. cuncta ut sunt unica, sensis
Est etiam? Mens-ne est unica, & unus Amor?
Omnia concedit Samius, negat omnia Vulgus;
Nos media volumus tutius ire via.
Naturam & mores distinguimus. Omnia sensu
Morali (est Physico dignior) asserimus.
Vnus inest Animus sensis virtute resulgens,
Unica Mens cunctis, omnibus unus Amor.
Unicus est cunctis, quem dat Schola nostra, trium-
Qui licet est unus, plurimus esse potest. (phus,
Austria enim euehitur sub qua pia tempora lauro
Cinctos sex nunquam viderat una dies.
Tota Viennensis Schola, nec non tota triumphat
Religio, è cœlis quam Benedicte fones.
Mellea Bernardi inuictè defensa triumphant
Dogmata, Theologos qua latuere prius.
Principi & Campo, qui bac Cœlica Lilia gignit,
Competit Eximij totus honoris honos.
Ac ideo totus (Campi Moderator opimi
CORNELI) aplausus, gloria tota Tibi.
Surculus inseritur, rami miracula prouunt,
Unicus & claudit fructus & trumque genus.
Lauri iam Liliis miscentur, Lilia Lauris: (bin:)
Quam tamen hinc fructum Fara b. nig. a da-
Iam video. Famam & plausum CORNELIVS inde
Cum summo summa luanata honore metit.
Ecce coronantur Lauris pia Lilia, Lauro
Contexia è Liliis ecce corona datur. (sum
An-ne est PLVS VLTRA? Nihil in Tellure. Seor-
Ad Cœlos animos tollere nisus erit.
Ast etiam Cœli celebrant Te (Maxime Præsul)
Dux senos gnatos personat Etbra tuos.
Sint lucet illingues, celebrant Tua gesta, tuorum
Gloriam & Eximiam carmine enarmonico.
Et tanto numero, Stella ut Atlantis, arena
Oceani, nequeant versibus esse pares.
Plurimū Astra mouet rutilatia plurima Olympus,
Sed tamen ipse loquax carmina plura canit.
Vnde loqui didicit? Crux est doctissima, qua nunc
Debetit Calum præcipiente loqui.
Sumpsimus Auctores Liliueldensis Olympi
Divina felix à Cruce principium.
Si sumus errores, non mirum est; namque Planeta
Errore incerto cum caret, errat iners.
Si non erramus, sumus omnes Sydera fixa;
Si non fixa Polo Sydera, fixa Cruci.
Qualiacumq; tamen Vestri sumus Ominis omnes,
Cultores Vestri Nominis atque sumus.
Et tot Olympiadas vita, tot saecula vovemus,
Carmina quo vobis ingeniosa damus:
Vixite felici auspicio: & post seru triumphum
Secula Cœlestem ducue in Empyreum.

NOTA. In nomine adiectivo *Liliueldensis*, quæ sunt tertia & quarta non petis, illas enim producit duarum consonantium positio: primum esse longam supponis, nam in *Lilia* produxit. *Virgilius.* *tibi Lilia plenis* Ecce serunt *Nympha calathis*. Sed quanta erit secunda? Puto in compositione vocum mesè Latinarum fore longam, quia coenunt duo II. hanc enim ob causam *Tibicen* habet secundam longam, ob duarum vocalium circulum; est enim *Tibicen* *Tibia-ca-* *nens*. Ergo, qui in voce *Liliger* puto secundam esse longam, erit in voce Germanica *Liliuelas*, putare potero secundam esse brevem. Stat igitur erralle, quoniam aliquando & aliecu illam secundam si est correptam contulerunt,

S V P P V T A T I O.

CCCLV.

Dic Mihi quot tandem Versus modulatur Apollo,
Cum verbis celebrat *Lilia nostra suis?*
Quanto illos Genius percurrere tempore possit?
Quanto Homo mortalis scribere vel legere?
Dic Mihi, quot *Felis*? *Manibus* quot? *dic mihi Char*
Carmina quot Ramis scribere cuncta queas? (te
Adde, quot expensas faceret, qui soluere dignè
Et mercatori vellet & artifici?
Et tandem metire locos, & dicito, cuncta
Qui capiat *Pluteus* *Carmina*, quantus erit?
Singula qui expediias fueris *Mibi magnus Apollo;*
Num nullus numerus concipit ista brevis. (ctor,
Subscribo optatos numeros. *Lege Candide Le-*
Excelsum mentem subrige ad Empyreum:
Et sic disurras. Si sunt tam multa legenda
In parvo hoc circo, quem manus una capit:
Quanta olim in Sphera, stat centrum curius ubiq;
Nullibi & exterior terminus, ipse legam.

Nomen *Folium*, seu *Phylara* notum est. *Folia* 25. *Manum* seu *Librem* constitutum: *Manus* autem 20. seu *Folia* 500. *Ramum*, qui ab *Hispalis* dicitur *Rejma*.

Mercurialis *Trimegistus*, *Deum*, ait, *sphæram* esse, cuius
centrum *ubique* est, & *nullibi* *circumferentia*.

Sunt igitur in isto *Liliueldensi* *Systemate Disticha*
Retrograda

4; 299; 816, 970.

Hoc est, *simplicia carmina*

8, 599; 633, 920.

Legenda ab *immortali Genio*

1635. ann. 13. dieb. hor. 1. 55. 12.

At ab homine non nisi

3270. ann. 26. dieb. hor. 1. 55. 12.

Quæ occuparent pluteum longum

5. milliarib. 2. stadi. 124. pass. 3. ped. 15. dig.

Et videntur florentis Germanicas

5; 439, 8; 2. si deberent exscribi.

CCCLVI.

Damus Disticha à centro Systematis seu Sole iuxta dictiorum numerum, quæ in singulis Orbibus sunt, multiplicanda: & computus facillimus est, si numerus primus in secundum, & resultans in tertium, &c. accurate ducatur. Sic procedimus.

Orbis I. Soli proximus

habet dictiones

1 2 ductæ in

2 4

4 8

2 4

2 8 8 *ducendum in*

3 6

1 7 2 8

8 6 4

dabunt numerum

Orbis III. dictiones

1 0 3 6 8 *ducendum in*

4 8

8 2 9 4 4

4 1 4 7 2

4 9 7 6 6 *ducendum in*

6 0

0 0 0 0 0

2 9 8 ; 9 8 4

2 9 8 5 9 8 4 *ducendum in*

7 7

5 9 7 1 9 6 8 0

2 0 9 0 1 8 8 8 0

dabunt numerum 2 1 4 9 9 0 8 4 8 0

Sunt igitur in hoc *Liliueldensi* Cœlo Epigrammata Disticha 2 1 4 9 9 0 8 4 8 0: & quia sunt Retrograda, complectentur. 4 2 9 9 8 1 6 9 6 0, Disticha: hoc est, 8 5 9 9 6 3 3 9 2 0 simplicia carmina.

CCCLVII.

Sed quanto hæc eadem tempore poterunt vel legi vel scribi?

Si dena iubeantur respondere, minuto, facillimus esse poterit computus.

Dies. Hora. Min: Carmina.

0	0	1	1 0.
---	---	---	------

0	1	0	6 0 0.
---	---	---	--------

1	0	0	1 4 , 4 0 0.
---	---	---	--------------

2	0	0	2 8 , 8 0 0.
---	---	---	--------------

3	0	0	4 3 , 2 0 0.
---	---	---	--------------

4	0	0	5 7 , 6 0 0.
---	---	---	--------------

5	0	0	7 2 , 0 0 0.
---	---	---	--------------

6	0	0	8 6 , 5 0 0.
---	---	---	--------------

7	0	0	1 0 0 , 8 0 0.
---	---	---	----------------

8	0	0	1 1 5 , 2 0 0.
---	---	---	----------------

9	0	0	1 2 9 , 6 0 0.
---	---	---	----------------

10	0	0	1 4 4 , 0 0 0.
----	---	---	----------------

	1 1	1 1 1	
	3 0 2	3 9 1 1	
	9 3 8	9 7 1 5	
1 4 4	1 8 5 9 9 6	3 3 9 1 2 0	
	0 0 5 9 7 1 9 6		

legi ergo poterunt annis 1635.
diebus 13. hor. 1. min. 55. & sec. 12.

Nam 14 6 1. - - sunt anni IV.
1 5 6 1 0. - sunt anni XL.
1 4 6 1 0 0 sunt anni CD.
annii MDC.
annii XXXII.

Ego annii
annii

	5 8 4 4 0 0.
	1 1 6 8 8.
III.	1 0 9 5.
XIII.	1 3.
	5 9 7 1 9 6.
Vna hora	6 0 0.
55 minuta	5 5 0.
12 secunda	2.
	1. 1 5 2.

Annis igitur 1635. diebus 13. hora 1. 55. legi aut scribi hi versus poterunt ab infatigabili Genio, qui irrequieto labore noctu diuque potuerit chartis impallescere. Quod si mortalis sit, & sommo & alijs humanæ fragilitatis oneribus etiam obnoxius, si dicatur quotidie vacare huic ministerio horis duodenis, absoluet pensum annis 3270, diebus 26. horâ 1. 55. 12.

Quid si & ipse Festiuitatum cultor sit, & Factorum dierum obseruator? Quoniam plurimos dies cultus Sacer intercipit, adhuc tempus protraheret, pensumque suum pluribus annis accuraret.

C C C L V I I .

Quanto hæc scribi tempore possint Carminalia breuiter exposuimus; sed quia multum chartæ impenderetur, quantam postulemus, inquit.

Porrò, si in singulis folij paginis 50. scribantur (vix tot possunt, si calamus sit liberalis) singulis folijs adserentur ducenta. Cum igitur Manus seu Liber habeat 25 foliâ, & Ramus 20 Manus, seu folia 500. capiet Ramus Carmina 100, 000. Ergo scribi poterunt.

Versus	8 5 9 9 6 3 3 9 2 0.
Folys	4 2 9 9 8 1 6 9.
Manibus	1 7 1 9 9 2 6. & 19. fol.
Ramis	8 5 9 9 6. man. 6. & 19. fol.

C C C L I X .

Possemus quærere, quot aureis hæc ipsa chartæ vis emi posset? quot scribi? sed quia summa est pretij & stipendi varietas, sufficit confusè proponere neutrum præstari posse, sine summis impensis nam si liber chartæ benescriptæ duobus Germanicis florentis vñiat (vñit pluris) constabit ut minimum Liliueldense hoc Coelum ad longum eleganter scriptum, 3; 439. 852. florensis Germ. seu imperialibus 2; 293, 234. ² Sed quia nummaria computationes animos generosiores decedent, progredimur ultius & inquirimus.


C C C L X .

Quām sit longus futurus ille Pluteus, qui omnes hos libros decenter compactos comprehendenter?

Si Ramus chartæ contine*i* queat quinque digitis; Rami 8 5, 9 9 6. man. 6. & fol. 19. ad digitos 429. 980. seu pedes 26, 873 & 15. dig. reducentur. In qua igitur capi poterit Bibliotheca, aut etiam Palatio tantus Pluteus? Nam si Palmus constet 4. digitis, Pes 4. palmis, passus 5. pedibus, & tandem Milliarium 1000. passibus, Pluteus noster, 5 3 7 4 passibus 3. pedib. & 15. dig. hoc est 5 milliarijs. 2 stadijs; 124. passib. 3. pedib. & 15. dig. extenditur.

C C C L X I .

Hæc omnia dicta sint supponendo nos Distica tantum exhibere, & à Saturno aut orbe, extimo ad Solem ire, aut contrà, per lineas, quas Geometræ Radios appellant. At si vellemus vnicâ solâ dictione additâ diametros emetiendo modulari Tetraستica, (bone Deus!) in tantam summam multitudo ista excresceret, vt vilescerent positi numeri, cum illis, qui ponerentur, comparati. Sed sufficiat impræsentiarum hos dedisse, quos si semel legendi obsoletueris, [Lector diligentissime,] numerosiores meritò postulabis.



C R V X C O E L E S T I S.

רְדוֹן עַולְם אָשֶׁר מֶלֶךְ * בָּחוּט
 כָּל יִצְרָא נְכָרְרָא : * לְעֵת נְעֵשָׂה
 כְּחַקְצָנוּ כָּל * אֲשֶׁר מֶלֶךְ שְׁמָנוּ
 נְקָרָא : * וְאַחֲרֵי כְּכָלָה
 הַכָּל * לְבָדוֹ יִמְלֹךְ נְרוֹא :
 Adon haolam haszer malak * beterem Kol jezzir nibra, * Leheth nahals
 behzebz zu Kol * hazaj meleK s'emo niqra *
 vechahza-rej Ki-Keloth haKol * lebado jineloK norra. Dominus Mundi, qui regnauit *
 antequam ulla creatura esset * Quo tempore factum est per voluntatem eius omne * tunc Rex uomen eius vocatum est. * Et postquam absoluuit omnia * ipse solus regnabit reverendus. Sic Rabbi Chai in illo celeberrimo Carmine, quod, סָמֵךְ הַשְׁבֵּל בְּמִלְיאָה, vocatur.



Porro Deus est Rex per essentiam, quo nomine Rex erat antequam Mundum condidit ab initio. Rex est per potentiam: & hoc nomine Rex fuit cum Angelos & Homines condidit: quorum est dominus; sicut enim liberè eos condidit, sic & ipsos liberè conseruat, & potest redigere in nihilum. Peccauit homo: & tandem Deus, Rex est nomine misericordia, illum fuso sanguine rediens, unde cantat Ecclesia, Dominus regnauit a ligno. Hoc olim lignum (nempe D. N. Iesu-Christi Crucem) carminibus dilucidandum suscepit: & quia materia tantum non infinita erat, carminibus tantum non infinitis.

Præsidebat sub illud tempus Religiosissimo & doctissimo Sanctæ Crucis Monasterio Reverendissimus D. D. Michael: Sacrae Theologiae Doctor & Professor: Ordinis Cisterciensis Vicarius Generalis: Sacrae Cæsareæ Maiestatis Consiliarius: &c. Vir optimus, & amicus meus singularis: [Si illud aliquando inuisas, tantam in ipso obseruantiam & pietatem inuenies, ut non possis non exclamare, Hoc signum Crucis erit in Cœlo: qui enim hodie per gratiam sunt Mundo crucifixi in cella, erunt olim per gloriam cum Crucifixo conregnantes in Cœlo.] Huic igitur Sanctæ Crucis pientissimo & vigilantissimo Antistiti, hoc anno M. D. LIII: Archangeli Michaelis die, mei Monsserratensis Monasterij Juniores, Philosophiæ Studentes, Crucem Cœlestem dedicarunt, & in ipsâ 9, 644: 117, 432; 715, 608. hoc est: nouies mille sexcentos & quadraginta quatuor billiones (seu millionum,

milliones) centies decies septies mille & drigentos triginta duos milliones; septingeminis quindecim millia sexcenta & octo carmina, de Figuram XVI. i. quod sic demonstro.

Circulus I.	36	2 9 8 5 9 1
Secundus	24	Primus Circulus
	144	1 9 9 4 3 9 1
	72	Secundus
	864	1 5 9 5 5 1 4 8
Tertius	24	0 0 0 0 0 0 0 0
	3456	1 9 9 4 3 9 3 6
	1728	2 1 5 3 9 4 5 0
	20736	Tertius
Quartus	36	4 3 0 7 8 9 0 1 6
	124416	1 5 0 7 5 3 1 5 3 9 6
	62208	1 5 5 0 6 1 0 4 4 1 6
	746496	Quartus
Quintus	4	3 1 0 1 2 2 0 8 8 2 6 1
	2985984	1 0 8 5 4 2 7 3 0 8 9 5 1
		1 1 1 6 4 3 9 5 1 7 7 7 8 1
		Quintus
		8 9 0 7 5 1 6 1 3 4 1 2 5 6
		1 1 1 6 4 3 9 5 1 7 7 7 8 1
		1 2 0 5 5 1 4 6 7 9 0 8 9 4 5 6
		Quia sunt retrogradi.
		2 4 1 1 0 2 9 3 5 8 1 7 8 9 0 2
		Quia sunt Tetraslach.
		9,644:117,432;715,608

Vt hi numeri intelligantur addere debebo hoc Tetrastichon.

[Castra-inimica-Cruci] Bernardus [stravit, & horreavit,] Norbertus [Cæsaris-arma-fouens.] [Protegit-anstriacos [iustos, [defendit] inermes, [Propugnat] fortis [& fouet Empyreum.] Et incipiendo ab initio, illa penthemimeris, Castra inimica Crucis semel posita per vocem, Bernardus multiplicatur, cuius loco 36 possunt substitui. Haec 36 voces multiplicantur in vocem stravit, cuius locum occupare possunt omnes & singulæ quæ sunt in secundo circulo. Intimus circulus unicam continet dictiōnem, & ideo compleat Hexametrum, & numerum augere non potest. Prima vox Pentametri Fudit, ha-

habet 24. similes : secunda 36. & sic transitur ad circulum, qui in centro Crucis est, & quatuor complectitur voces, quæ & claudere Pentametrum poterunt, & sequentis Distichi aperte Hexametrum. Hinc ad tres circulos patet aditus, vt inire possis quem velis, cumque singuli habeant 36 voces, omnes simul 108 complectentur: eadem triplicatio seruatur in secundo circulo, vt det 72.

Ex his patet horum carminum enumerationem esse hanc. Debet duci numerus emergens in istos. 36. & 24. & 24. & 36. & 4. & hic finitur primum Distichum. Postea hic numerus, quotuscumque ille sit, multiplicabitur per 4 (totidem enim esse possunt initia secundi Tetraستichi) & quia inde ad unum è tribus Crucis brachijs transitur, numeri triplicabuntur, & fieri multiplicatio per 108. per 72. per 72. et per 108. Et quia hæc Carmina Retograda sunt, poterunt duplicari: et quia Tetraستicha quadruplicari, vt numerus simplicium habeatur.

Hæc idea nota videretur fuisse Veteribus, non usus, nam apud Institutum Lipsium in Epistola Dedicatiori Commentarij in Tacuum praefixa, Poëta vetus loquitur, *Care fecit factis innumerabilibus.*

CCCLXIIIL

De Cæli & Crucis Metrica comparatione.

DIMVS Crucem Cœlumque; utrumque numerosa Carminum multitudine ornauiimus, nunc componimus. Completebatur

illud	8, 599; 633, 920.
hæc autem 9, 644:	117, 432; 715, 608.
Crux igitur plusquam millies-millies est Metrico Cœlo numerosior. Sumamus ergo facilioris calculi gratiâ proportionem esse, vt 1. ad 11000,000. & ex resolutionibus paulò antè positis, cum de Cœlo ageremus, constabit liquidò: quanto hæc Crucis Metricæ Carmina poterit scribi, vel legi? quot illa chartæ libris, ramis-ue? quot aureis redimi? & quanto pluteo in aliqua Bibliotheca reponi? Scriberentur enim	3,270,000,000. annis 42,998,169,000,000. folijs. } et mul 1,719,926,000,000. manibus } tò plu 85,996,000,000. ramis } ribus. 5,000,000. millarijs.

Dedi numeros minores veris; non enim volui enumerationis & computationis rigorosæ laborem & molestiam subire. tu, si vacat, numeros exactos subscribe.

CCCLXIV.



LORVERVNT semper in Seraphica Patrum Capucinorum Religione omnes scientie. Liberales, Mathematicæ, Philosophicæ, necnon Theologicæ; et P. Antonius Reita mihi, etiamnum in Cœlo (sic spero) amicissimus, ingenio magno polluit, in omnibusque eminuit, vt libri in lucem emissi testantur. Si singulos viros illustres, quos dedit O. bi literario hæc Religio recensere voluero, non Catalogum, sed librum vastissimum fecero. Ergo tempore et loco stylum et labium, attemperans, omittis cœteris quos alij dignè celebrent, P. Nicolai Lucensis, mentionem faciam. Est ipse Virorum Eximiorum sententia, Lucæ celeberrimæ Civitatis gloria, Seraphici Ordinis decus, optimus Theologus, et seueris scientijs eruditè versatus. Cum magno applausu et fructu Conclaves Euangelicas habet, et à claris et illustribus viris collaudatur. Sublimiores Scientias Charitibus Castalijs exornat: et quia Veteres nostras Ideas nouis versibus exornare dignatus est, volui suo labore et ingenio Cœlestem hanc Musam honorare. Scripsit, vt superius adnotasse me memini, MARIANAM CYNOVRAM, in qua quam sit ingeniosus Poëta, et quam subtilis Mathematicus, tota Schola videt, suspicit, et applaudit. Hunc numerosum ille Labyrinthum edidit Viennæ anno 1655. auctioremque recudicurauit ibidem anno 1657. Eamdem vt curiosus Lector, suspiciat ad miceturque hoc adponicuravi.

CCCLXV.

C Y N O S V R A,

Seu MARIANA STELLA POLARIS, Iesu Christo Sole amicta, exornata, illustrata Tetraستicibus, 4, 886. 321, 411, 464, 740, 269, 168, 464, 075, 161, 600, cando, & quia retrograda, totidem redeundo; hoc est Carminibus 78, 181, 142, 583. 435, 844, 306, 695, 425, 202, 585, 600. Numero propemodum ineffabili & incomprehensibili: Numero supranumerum arenæ maris, aquarumque guttas, nec non est Stellas, quæ lucent in firmamento Cæli, quasi totidem Radys in hac secunda Editione locupletata, Dilucidata novo studio & labore Fr. Nicolai Lucensis Capucini Concionatoris. [Anno à Domini Ca sal Vic.] Superiorum permisso. Viena Austria, Typis Ioannis Iacobi Kürner, Procerum ibidem Typographi.

CCCLXVI.

Huius Cynosura descriptio.

ERAT similis Cœlo Liliueldensi delineatio: duplex tamen; nam altera Christo Soli, et altera Mariæ Cynosuræ (maris Stellæ) dedicabat. Vnde non solum singula Systemata scorsim sumpta in numerum, versum maximum adscendebant: sed alterum in alterum se insinuans, excrescebat in multitudinem fere infinitam.

In centro Liliueldense Cœlum habuit Solem et Hemistichium hoc, *Lilia Phœbus amat*, immobile; at Solem ipsum voluit P. Nicolaus Lucensis radiorum numero multiplicari. Illos exscribo.

<i>Christus</i>	{IESVS}	<i>ouans.</i>
<i>Syndus</i>		<i>ineſt.</i>
<i>Germen</i>		<i>bonor.</i>
<i>Nectar</i>		<i>amans,</i>
<i>Lumen</i>		<i>amor.</i>
<i>Nomen</i>		<i>ibi est.</i>
<i>Numen</i>		<i>adest.</i>
<i>Sol ubi</i>		<i>hic est.</i>
<i>Gnatus</i>		<i>obens</i>
<i>Sponsus</i>		<i>agens</i>
<i>Matri</i>		<i>bauens</i>
<i>Iesu</i>		<i>auens</i>

Quamobrem, cum singulis vocibus primæ columnæ possint respondere singulæ tertiaræ, 12 ducuntur in 12. et in ipso Systematis centro includuntur hemistichia 144. [Nota tamen orbes hos, si mobiles fiant, quales in Cœlo sunt, et esse in charta debent, multiplicationem hanc in praxi subire non posse.]

Pari artificio in centro Systematis Parthenij alia etiam 144 hemistichia claudebantur. Voces ipsas considera.

<i>Stella</i>	{MARIA}	<i>Rei,</i>
<i>Virgo</i>		<i>soli,</i>
<i>Porta</i>		<i>salus.</i>
<i>Gemma</i>		<i>Ioseph.</i>
<i>Palma</i>		<i>Parens,</i>
<i>Scala</i>		<i>Dei.</i>
<i>Vita</i>		<i>Maris.</i>
<i>Dina</i>		<i>Potens,</i>
<i>Vera</i>		<i>Poli,</i>
<i>Sponsa</i>		<i>micans,</i>
<i>Carta</i>		<i>crucis</i>
<i>Gnata</i>		<i>Iacob.</i>

Hæc omnia in circulo intimo, Circa hunc mouetur aliis orbis, qui habet 24. voces. Orbis

tertius continet voces 36: Quartus 48: Quintus 60: Sextus 72: et Septimus 84.

Versuum forma non est omnino eadem, nam in Solari Systemate seruatur hæc

I	II	III	IV
[- u u - u -]	---	[- u]	u -
vii	vi	v	iv

In Mariano autem hæc,

I	II	III	IV
[- u u - u -]	---	[- u u]	--
vii	vi	v	iv

Erat Inscriptio. *Cynosura, sua Stella Polaris, Christo-lesu Sole amicta, exornata, & locupletata.* Et quia infinitum sere versum numerum complectebatur, instituendos computus ad suopsum & verba sequentia reducebat.

Dum Sphæram Aligera volvunt, iterumque revolvunt.

Atq; modis varijs vidiq; in Axe rotanti: (una) Virgineum celebrant Nomenq; Decusq; MARIE

Dic mihi quot voluant Carmina? quanta pueri?

Quanto illos Genii percurrat tempore Versus?

Quanto Homo mortalis Carmina scripta legit?

K.

Clauditur hac theca Versum integra Bibliotheca

Qua metra nec facili scandere mille queas.

Quasitos numeros posui, lege, candide Lector,

Mentemque excelsum subleua ad Empyreum.

O Deus! o Numeri! (sif sic discurrere fas est)

In parvo hoc Circu to modo metra lego:

Quanta olim in Sphæra stat centru eiusque ubiq;(a)

Nullibi & exterior terminus ipse legam?

Quantaque Virgineo descripta legentur in Orbe?

Quæ Sphæram tantam clausit in Orbe Paren?

(a) Mercurius Trismegistus, afferit, Deum Sphæram, cuius centrum ubique est, & nullibi circumferentia. Ita Cœlum Liliueldense. Vide supra num. 355.

Et in ipsamet Laminâ distinctius clariusq; legebatur. I Cynosura quidem seorsim sumpta Distichis: 69, 902, 227, 514, 327, 040. eundo; & quia retrograda, totidem redeundo, hoc est Carminibus: 279, 608, 910, 057, 160. dico: Ducentis septuaginta nouem millibus, sexcentis & octo millionum millionibus, nongentis quoque & decem millibus quinquaginta septem millionibus; & insuper trecentis & octo milibus, centum & sexaginta. Sol itidem seorsim sumptus, totidem planè ut Cynosura numero Carminibus. Vtraque verò, neimpè Cynosura Soli unita Tetrastichis: 4, 886, 321, 411, 464, 740, 269, 168, 464, 075, 161, 600. eundo, & quia retrograda, totidem redeundo; hoc est Carminibus: 78, 181, 142, 583, 435, 844, 306, 695, 425, 202, 585, 600. Numero propemodum ineffabili, & incomprehensibili:

Nu-

Numero supra numerum arenæ maris, aquarumque guttas, nec non & supra numerum Stellarum, quæ lucent in Firmamento Cœli. Quæ ab immortali & infatigabili genio die non eque indesinenter legendo, non nisi annis: 14, 264, 770, 700, 973, 984, 867, 522, 969, 600. absolu possent. Quæ inter 100,000,000,000,000, dico: Centum milliones millionum cœlestium Beatarum Mentium ad legendum, modulandum distributa, quælibet pensum suum perfolueret non minus quam annis prope 148, 647, 707, 00, 92740, computando fragmenta, pro uno anno. Quæ exscipta, absumerent chartæ Ramos numero: 781, 811, 425, 834, 358, 443, 066, 954, 252, 026. Exhaurient omnium Fluminum, lacuum, & ipsius Oceani vndas, si in atramentum verterentur. Deterent quoque ac facile consumerent calamos numero: 781, 811, 425, 834, 358, 443, 066, 954, 252. Qui Rami in totidem libros decenter compati ac per longum super Pluteo collocati, occuparent Millaria Italica: 52, 120, 761, 722, 290, 562, 871, 130, 283. & Pasus 468 $\frac{2}{3}$ repletus integras Terræ, Cœlorumque omnium Planeticorum, Firmamenti quoque ac primi mobilis, nec non & supra hoc plures circumfentias, Areas & superficies: hisque repletis vastissimis spatijs, nec duin vel sic dimidia pars collocandorum voluminum esset absumpta: prout hæc omnia suis locis Arithmeticò-Astrodomicâ demonstratione fusi exponuntur, Predictis Carminibus fulgentissimum Mariæ Nomen, quasi totidem diffusis Radijs, longius, laius, plentiusque magis ac magis explicans, & illustrans. Vniuersitatis præcelsa Jesus & Maria Nomina piè colentibus ad spectandum & obseruandum delineata, proposita, atque oblatæ ab omnium insimo tantæ Reginæ Clientæ Nicolao Lucensi Fr. Min. Capucino Concionatore. Anno Mariæ LVCI Do.]

D. Bernardus Homil. 2. super Missus est.

Loquamur pauca & super hoc nomine (MARIA,) quod interpretatum maris stella dicitur, & Matri Virgini valde conuenienter appetatur. Ipsa namque optimè syderi comparatur: quia, sicut sine sui corruptione sydus suum emittit radium, sic absque sui lesione Virgo parturit filium. Nec syderi radius suam minuit claritatem, nec Virgini filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta, Num. 24. cuius radius vniuersum orbeum illuminat, cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans,

& calefaciens magis mentes, quam corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara & eximia stella super hoc mare magnum & spacious necessa iò subleuata, micans meritum, illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in huius saeculi profluvio magis inter procellas & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiz vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientia fœditare confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitia, desperationis abyssum, cogita Mariam. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Maria jam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & ut impetres eius orationis suffragium, non deserbas conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corrui, ipsa protegente non metuis, ipsa ducere non fatigaris, ipsa propria peruenis. Hæc ille.

E P I G R A M M A
Ad Lectorem.

*Esse mari fluxus, miravis, & esse refluxus:
Quæ tibi, quæ res est prodigiosa mihi.
Fluxus, refluxus mireris inesse MARIA,
Quæ maria illustrat Cœlica Stella maris.
Quæ fluit, & refluxit, cæloque charismata portans
Larga, replete donis pectora digna suis.
Symbola sacra sua celsa fero debita laudi:
Quæ repetita reduxitque reditque gradu.
Mystica sunt gressu, Maris instar, metra regressu:
Quæis fluat, & refluxat NOMEN, & Omen habes,*

A L I V D
Ad B. Virginem.

*In terris luces, Superis CYNOSVRA coruscas:
Teduces Nauta maris sulcat & ora rate.
Illustras, ardes, inflamas corda Clientum:
Influis, accendis, ducas ad Astra Poli.
Ad te suspiro, per te respiro MARIA:
Flamas concipio cardis, amore sui.
Si te respicio, me respicias, atque sereno
Vultu, das IESVM cernere Filiolum.
Fulgida Stella maris, nostra in discrimine vita
Adsis, luminibus cinge, recinge tuis.*

CCCLXVII.

VT noua conformare possis Cœlorum
Metametricorum Systemata, mater-
riam subministrat idem Author (R.
P. Nicolaus Lucensis) sequentem ex-
hibendo Tabulam, in quâ versus 2;
348, 273; 369, 088. videlicet duos biliones,

trecenta & quadraginta octo millia, duce-
ta septuaginta tria millionum: trecenta sexa-
ginta nouem millia octoginta et octo carmina.

[Sanè Millionis nomine 1: 000, 000.
Billionis verò 1: 000, 000; 000, 000.
Trillionis autem 1: 000, 000; 000, 000; 000, 000.
intelligimus: & sic loqui cum Marco Mariano Merseno vo-
lumus, compendijs eruditioris gratia.]

I	II	III	IV	V	VI	VII
7	6	5	4	3	2	1
Sponsa Maria Dei S Natio quæque Soli Quot tibi Virgo parent Cuncta creata colant	te laudent te exaltent tot Reges tot Gentes	Flamina Flumina Fulmina Damona	Cæli campi fontes abyssi	Lumina Te juga Te mare Stemmata	Sol, Stellaæ, Luna, ignes, Neptunus tot mentes	Sydera, Pontus, Aqua Tellus, & Astra colant Iupiter ipse colat Terrigenæ, Superi
Gnata Maria Dei Quotquot in Axe nitet Pascit Olympus ouans Nomen amanda tuum	te exornent te illustrent quot Stellas tot laudent	Culmina Nomina (Lux mea) Lucida	Olympi Regna luces Soles	Tot sua Numina Fulgura Tot pia	quot Cælis Diui omnes quot tellus splendores	Lumina pulchra nuncant Cælicolæ, Aligeri Gramina quotquot habet Sol quot ab Axe trahit
Casta Maria Parenſ Quot Paradisuſ alit Nomen amanda pium Virgo Maria tuum	circundent conspergat te stringat præcingant	Fulgida Germina Splendida Grammata	Stella amoris in hortis Nomen	Sydera Germine Te vaga Nobile	quot Stellis quot rident quot flores quot florū	Fulget Olympus amas; Florida prata vago Florida Flora parit Nomina campus habet
Sponta Maria Ioseph Musa canora colit Quotquot Apollo canit Quot colis ipsa Deum	tot cingant tot stringat quot Versus te cingan	Tempora Vertice Mystica Florida	Hores crines frontem myrti	Tot vaga Sertaque Te Rosa Lilia	tot lauri tot plumas quot squais quot metris	Vellera fert quot Ovis Quot vaga vestit avis Piscis adornat aquas Cælica honorat apis
Vera Maria salus Plutima penna nequit Non capit Orbis inops Laus tibi tanta manet	dilaudent collaudent quot scelis tot Versus	Pneumata Te fide Carmina Scribere	voces Gentes Linguæ Mundus	Tot metra Cordeque Distica Promere	quot flamas quot gémis quot gutti quot stillas	Quot vonuit Athna locos Nix ruit alba Polo Nix tegit alta Solum Tellus & vnda ferunt
Diuia Maria Soli Gloria, Laus, & Honor Centuplicando melos Congeminando vices	proponant perstringat sint psalmi tot cantus	Candida Pneumate Maxima Sint tibi	honores linguis gemmas amores	Symbola Cantica Dogmata Tot sacra	quot frôdes quot crines quot spicas nec desint	Ligna, nemulque colunt Bruta, pilosque gerunt Fæta quot arua ferunt Vota, precesque piz
Vita Maria Rei Tortor & ipſe iuit Sint tibi Virgo Parenſ Virga Maria Stygis	conclamant proclamant quot virgas vut cantus	Carmine Laudeque Lætaque Tot propè vitæ	Diuam & hymnis cantus	(Spes mea) Te pia Glotia Tartara	quot pœnas damnatos quot plâct quot moreſ	Daimon & Orcus habet Quotquot Auernus alit Miscet Auernus inops Dant & in igne Reis
Scala Maria Jacob Serta, rosasque tibi Virgo colenda mihi Præmia digna tibi	disponant comportent dethymnos dent cordis	Munera Pignora Munia Iubila	Diuæ Lauros Ciues Vates	Regia Dent tibi Præmia Psallada	det palmas dent gémas quot portat quot votis	Quot pluit imber aquas Germina quotquot habet Cælitus Aligeri Gens, populique colunt
Palma Maria Crucis Misceat ipſe Deus Misceat ipſe tuo Crux quot amara dedit	perfundant ſuffundant nunc lætis nunc cordi	Nunc tua Gaudia Millia Dulcia	lætis donis risu cantu	Pectora Tot noua Vulnera Viscera	tot stillas nuc hymnis quot cordi quaæ plâctu	Salsa quot vnda capit Quorquot arena maris Crux dedit alta tuo Miscuit ensis atrox
Stella Maria Maris Pectine, voce, melo Diuia Minerua docet Peruariando fides	non cessent non ſistant quot psaltes componant	Votaque Tot tibi Lemmata Texere	& hymnos psalmos laudes Versus	Reddere Pangere Dicere Voluere	Mortales quot stillas quot mixtū quot cælum	Multiplicando modos Nubila densa gerunt Granula Tellus habe Puncta, atomosque capit
Porta Maria Poli Nobiliore metro Nobiliore melo Te Veneranda Parenſ	contexant concinnent dilaudent collaudent	Classica Cælica Mellea Pectine	palmas laudum dignis Matrem	Ponere Psallere Scandere Pallade	quot Métes quot dulcis colestis condigna	Cælicus Æther alit Pangere Musa nequit Musa canora canat Conditor ipſe colat
Virgo Maria Potens Sit Cynebra decus Magnificentque Poli Stelligeræque Rota	comendent producant laus, nomē quot voluūt	Præntima Te sacra Fœdera Climata	Gnatam Sponsam Magnam plaudant	Sæcula Gratia Tempora Laus tibi	tot laudes Te magnâ Te Matrem sic semper	Concelebrentque tuas Virgineumque decus Dulcis IESVS amet Vive MARIA DEO.

CCCLXVIII.

SOLIS et Cynosuræ Systemata recongnouit R. P. Nicolaus, et addidit in secunda Editione nouam Tabulam, copiosiorem videlicet: vnde (ut ipse supputat) a primo ad septimum Orbem prædicti, et contra à septimo ad Primum rediendo, Tetrasticha 9. 772; 642, 822: 919,

480; 538, 336: 928, 150; 323, 200, hoc est 78. 181; 142, 583: 435, 844; 306, 693: 425, 202; 585, 600 numero propemodum ineffabili et incomprehensibili: numero supra numerum arenæ maris, aquarumque guttas; nec non et Stellas, quæ lucent in Firmamento Cœli (aut lucere etiam possunt.) Omnia ad Deiparæ, et nostri Redemptoris laudem.

Solis Orbis I. Cynosuræ VII.	Solis II. Cynos. VI.	Solis III. Cyn: V.	Solis & Cyn: IV.	Solis V. Cynos: III.	Solis VI. Cynos: II.	Solis Orbis VII. Cynosuræ I.
I. Sidera, Signa Poli Pontus, & Astra simul Mercuriusque canat Iupiter ipse colat Tertigenæ, Superi Quot tibi Virgo patet uncta creata colant	Sol, Stellæ Terra, ignes Neptunus Ie exultent Te exornent Te illustrēt	Cynthia Fulmina Fulgura fonte s stemmatu Tartara	Cœli Campi fonte s abyssi	Flamina Flumina Lux, Mare	Te laudent Tot Mentes	Stella MARIA Ma
II. Christus IESVS adesi	Sol lucens Lux Mundi	laudat cantat plaudit	& assert & effert & infert & offert	Carmine Flamine Lumine Luſtrat spectat	maternum stellatum spectandum præclarum famosum supremum	Nomē honorat Ar Nomē Amator ar Nomen et vrit Ar Nomen et vngit c Nomen et omen a Nomen adauget i Nomen et indit id
III. Luminapulchram iat Calicola, Aliger Gramina lata gerunt Salquot ab Axe trahit Tot quot in Axe nitet Pacis Olympe micas Nomen in Orbe tonâ	quot cælis Diui omnes quot tellus splendores quot Stellas tot laudent	Lumina Numina Fulgida sol, freta Lucida	Olympi Regna Luces Soles	Mons, iuga Culmina Nomina	Plebs, Géte Te Reges	Gnata MARIA De
IV. Iesus IESVS ibi est	Sons lucis Spes fulgēs	Fædus Pignus Pondus	in altum in oras in annos in æuum	Dicit Portat Condit Scandit Ponit	prælucens conseruans perfundens conducens confundens prælibans	Digna MARIA d sancta MARIA t Pulchra MARIA iu Pura MARIA nite Blanda MARIA p Grata MARIA bea Chara MARIA col
V. Fulget Olympus ouā Gemine prata vase Florida Flora parit Nomina cāpus habet Quot Paradisus alit Numen amata pium Virgo MARIA tuum	quot Stellis quot rident quot flores quot florum circundent præcingant	Sydera Viuida Flammea Gramina Grammata	Stellæ amoris in hortis Nomen	Germina splendida Fax noua	Te flectant tot pascant	Casta MARIA Par
VI. Matris IESVS Amor	Flos campi Ros cæli	Pectus Numen Nomen	adornat adimpler adorans adurens	Cernit Texit Nectit Lingit Stipat	mirandum diuinum Sacratum ter sanctum ter pulchru ter castum	Mater amanda iu Suavis amata fou Dulcis, et illa fau Fortis amicta nite Mitis amæna frue Matris amore peti Germen honore b
VII. Veller a fert quot Ouis Quot vaga vestit auis Piscis adornat aquas Calica honorat apis Casta Sybilla colit Quotquot Apollo canit Quot colis ipsa Dævum	tot lauros quot plumas quot squāis quot metris quot Versus conspergant	Dent tibi Sertaque Lilia Florida Mystica	flores crines frontem myrti	Tempora Vertice Te Rosa	Sic cingant tot stringat	Sponsa MARIA los

VIII.	Cor Matris Laus Nati	Præstat Reddit Fundat	adoptat adaptat ad Astra ad Axem	Carmen Voceque Munere Poscit Flebit	Conclamās dilaudans decantans perlustrans perquirens promanans	Solis et alma Par Nomen vbiq; su Numē Olympē ter Lumen idemq; in Nectar et vnde n Fædus et inde trah Sydus ad Astra ve
IX.	Quotvomie Etna focos Nix pluit alba Pojo Nix tegit alta Solum Mons, Pelagusq; regūt Plurima pēna nequit Nō capit Orbis inops Laus tibi tan̄a manet	tot cantent quot gēmas quot sparsim quot mixtim quot fæcl is quot laudes	Cordaque Disticha Pneumate Promere Scriberē	Voces Gentes Linguæ Mundus	Pneumata Carmina Quot metra	iam Versus tot dicant
X.	Gnatus IESVS amans	Vox Patris Vir seruans	Fulget Pascit Nutrit	et ardēt et ambit et vngit et vrit	Stemmata Nomine Lemmate Lucet Lambit	sperandum non spretum non terrum speratum spectatum laudatum
XI.	Ligna, nemusq; souent Bruta pilosq; gerunt Fæta quot arua ferūt Vota precesque piæ Gloria, Laus, et hono Centuplicādo modos Milleplicando vices	quot frôdes quot crines quot spicas nec dñsint proponant perstringant	Symbola Canticā Dogmata Lætaque Sint tibi	honores linguis gembis amores	Sors sacra Candida Metrica	Sint psalmi tot cantus
XII.	Sol vbi IESVS inest	Fax mostrās Vis Solis	Lumen Sydus Limen	amicum amandum amatum amænum	Pangit Pfallit Quærit Manat Seruat	ditatum munitum gemmatum conditum flammatum respectum
XIII.	Tartara, et Orc habēt Tormina quo ratalit Miscet auernus atrox Dant et in igne Reis Tortor et ipse luit Sint tibi Virgo Parés Virga MARIA Stygis	quot pœnas quot flamas quot plâctus quot morsus quot virgas quot mortes	(Pax mea) Maxima Millia Pignore Tot propè	Diuam et hymnis cantus Vitæ	Mens pia Laudeque Gaudia	Te clament Mox lætam
XIV.	Numen IESVS ouans	Pan formās Mars firmās	Gestat Voluit Spargit	amicum adornans et ornat in orbem	Sydere Fænore Fædere Fulcit Format	resplendens præfulgens contextum depingens proponens comportans
XV.	Quot pluit iher aquas Germania quotquor Cælitus Aligeri (alūt Gens populiq; fauent Serta, rosasque tibi Virgo colenda mihi Præmia digna tibi	disponant dent gēmas quot portat quot votis comportent dent cordis	Regia Munia Præmia Psalmata Iubila	Diuæ Lauros Ciues Vates	Munera Pignora Gens vaga	Pignus amas redam Carmen ouas resonat Iesvs Amor recolit Germen idē redolet Pondus item remicat Munus habes fruitor Flamen vbi reniter
XVI.	Nomen IESVS habens	Rex Regum Dux Fortis	Vincit Cingit Stringit	et armat et audit et implet obarmat	Numine Culmine Nectare Curat Pulsat	contexens connectens conuoluens circundans facundum fæcundum

XVII. vel vnda fuit quod arena maris dedit alta tuo iuuenis atrox at ipse Deus iat et ille tuo(dit x quod amara de-	quot guttis perfundant quot cordi quæ planctu nunc lætis sint cordi	Pectora Vulnera Crux tua Vilcera Dulcia	lætis donis risu cantu	Carmine Mellea Nunc propè	mox fundat nuc hymnis	Palma MARIA Crucis
XVIII. Iesvs auens	Sal Terræ Sors felix	Donat Mulcet Signat	Amator et addit et indit et orat	Pectora Guttura Grammate Firmat Gestit	conscribens praescribens præcingens perstringens consurgens collucens	Splēdida Virgo Potes Candida Gnata Dei Fulgida Stella Maris Lucida Gēma Nitens Feruida Spōsa Ioseph Gemmea Porta Poli Mystica Scala Iacob(6)
XIX. duplicando melos ubila densa gerunt aulafert quothum unda atomosq; capit Minerua docet engeminando fides Nec MARIA DEO	non cessent quot rores quot stillas quot cœlum nec sistant sic dicant	Reddere Pangere Dicere Veluere Texere	et hymnos psalmos laudes versus	Votaque Lemmata Tot tibi	mox cæli nunc tellus	Gēma MARIA Micans
XX. Iesvs agens	Mons diues Mēs Iustrā	Germen Littus Flumen	adaugēt adunat et amplum adortum	Gustat Fingit Pingit Scribit Miscet	mellitum delectum contutans complectens tranquillum prædicens	Christus honosq; tuus Iesvs Herusque pius Gnatus honore tui Natus amore mei Mentis opusque tuæ Sponsus et ille meus Charus itemque mihi
XXI. ether alit(a) Musa potest canora canit ipse colat metro voce, melo Teneranda Pa.ēs	quot Mētes quot dulcis cælestis componant tot laudes collaudent	Ponere Psallere Scandere Pallade Peſtine	pangant laudum texant Matrem	Feruida Cælica Pax bona	Te Sanctam tot plausus	Porta MARIA Poli
XXII. Iesvs olens	Pax ditans Dis Iesvs	Guttur Vellus Nectar	honorans et optat et albat et afflat	Plantat Gignit Lēgit Libat Ditat	formosum perfragrans confirmans consignans conscriptum procurans	Fronte nitente patet Crine patente niter Laude tōnante canit Voce canente tonat Pace ferente colit Mente colente ferens Iure iubente vocat
XXIII. celebrentq; tuas gineumque decus significentque Poli villigeraque Rotæ immigeræq; Faces Cynosura decor Iesvs amet	dilaudent nunc charā Te gratam dum voluūt Laus, Nomē Sic semper	Sæcula Gratia Tempora Climata Sic bene	Gnatam Sponsam Magnam plaudant	(Spes mea) Plurima Fædera	Te dignam Te Matrem	Virgo MARIA Potens
XXIV. Iesvs hic est(c)	Ius dicens Lex saluans	Munus Culmen Flamen	ad altum ad Aulam ad Vrbem ad Arcton	Monstrat Pandit Munit Sacrat Promit	præcellens pergratum perpulchrū per blandum collaudans proclamans	Sole fouente micans Luce micante fouens Rege fauente calens Mente calente fauens Gente petente valens Speq; valente petens Fonte perenne salit

Hæc pauca hic adnotare circa aliquas voces, quæ fortè non
mensurari credidereis.

(a) Acter, ultimam habet iorgam apud Graeos: etiam
ipud Latinos. Sic etiam Aer, Lucretius.

Inde mare, unde aer, inde aer ignifer ipse.
Ecce veroiq; productus ER. At corripuit Claudianus dicens,
Lucidus umbroso miscebatur Aer Auerna.

Vnde & P. Nicolai ausus fuit etiam corripere. Dicunt aliqui
Critici, corruptum illum versum esse & loco vocis aer, debere
legi vocem Axis, dicunt, fateor, sed debent probare, quia dicunt.
(b) In vocibus Ioseph, Ia ob, & similibus, cum apud Virgilium,
Ouidium & Veteres Scriptores non existent, summa libertas est.
(c) Vocem Iesus iam superius dimensi sumus, & habere ultimam, indifferenter multis testimonij suassimus.

Omnia hæc Disticha recurrent à fine Pentametri: quam ob rem P. Nicolaus secundam addidit Tabulam, quæ illa ob oculos poneret: quam ego tanquam minus necessariam omisi: nam cuicunque Lectori erit librum aut ab initio, aut à fine voces successuè colligere: si enim primum Tabulae lineam in exemplum ponamus, qui dixerit,

[Sydera, signa Poli] Sol, Stella [Cynthia]
[Flamina] Te laudent [Stella Maria]
poterit etiam à fine recurrere, et dicere,
[Stella Maria maris] Te laudent [Flamina]
[Cynthia] Sol, Stella [Sydera, signa Poli]

P L V S V L T R A

Proponitur & dilucidatur Circularium carminum Idea pulchrior
& numerosior,



ΤΣΙΣ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΔΙΔΟΙΜΑΤΩΝ ΚΡΑΤΕΙ: *Natura omnibus Dōris (Artibus, & Scientijs) imperat*, inquit Menander: at hodie mutatis vicibus obedire iubetur: nam ΔΩΓΜΑ ΤΗΣ ΦΥΣΕΟΣ ΚΡΑΤΕΙ. *Ars imperat ipsi Naturæ.* Sanè, si Veteribus fides, Cœli sunt septem, nam & ipsi licet terram in centro Mundi constituerent. ΛΠΛΑΝΗΝ vocarunt Stelligerum (Latinè Firmamentum) quod omni illud motu destitui crederent. Solem immobilem in Mundi centro iusserunt hærere Pythagorici, quibus olim Aristarchus & nuper Copernicus ad sensum præbuit, & tyderibus fixis, fixis & immobilibus eis permis, septem orbes mobiles debitis distantij sicutur imaginati. Nos in Physicis terram quiescere dicimus: at in Metametricis, nam & Pictorum pennæ, & Poëtarum calamo multa fingere licet, aut Solem, circa terram imitando Naturam, aut Terram, circa Solem naturæ inferendo violentiam Sphæras circumvoluere perinde fuit. Hæ nobis olim erant septem: quales Cœlum Ljliuelden-

se, Cynosura, & aliæ Tabulæ repræsentarunt quales ob oculos ponet Idea prima, quæ statim pingemus. Iuniores post Regem Alphonsum, ut motus varios Syderum saluare & exponerent, decem duxerunt globos, & his, Empyream Arcem superponentes, Cœlos dixerunt esse vndecim. Etiam his satisfacta Idea secunda, Metametricum Mundum Cœlos vndecim fabricans. Quo plures sint in Artificiali Mundo Sphæræ, plures crunt Planetæ, & maiori versuum multitudine gloriam Omnipotens Dei, laudesque hominum illustrium celebrabunt. Ars ergo superet Naturam, Columnque ditius & numerosius construat, & circa Mundi centrum tredecim Sphæras mobiles circumducat. Formam Idea tertia exhibebit. Illa nunquam in globis aut circulis vñi sumus &, ne pereat, eamdem impræsentiarum, & laminis, & notis illustrabimus. [Et vel hinc collige Metametricam, sicut & omnes alias scientias & Artes, esse Infinito similes, nam humilitas nec comprehendendi, nec exhaustiri posunt: & quantumcumque Rationalia se fatigent ingenia, ad illarum ultimos fines & metas pervenire non posse.] Ideas subsequentes considera. Vide Tabulam XVI. B.

I D E A P R I M A.

I	VI	III	IV	V	VI	VII	IV	V	VI	VII
Innumerabilibus	metris	Iudetur	IESVS.	ornetur	lauris	insuperabilibus				
VII	VI	V	IV	III	II	I				

I D E A S E C U N D I.


I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI
Angelicæ beat	has	Musas	virtutis	hono	Bernardus,	campos	hos	souet	Elios	
XI	X	IX	VIII	VII	VI	V	IV	III	II	I

I D E A T E R T I A .

II III IV V VI VII VIII IX X XI XII XIII
 Auricomus fauet his Studijs Sol, laudat Aplanes, munit Mars radijs, et colit armipotens.
 XIII XII XI X IX VIII VII VI V IV III II I

Idea primæ vñi frequenter sumus. Eādem R. P. Nicolaus Lucensis Capucinus hac etiam alij. Secunda & Tertia in retrograda carinina se insinuarunt interdum, at nondum fuerunt ad Cœlos Athereoos translatae: & ideo, ne quidpiam in hoc Volumine desideraretur, ad has ipsas ingeniosas ideas, Tabulas xvii. B. & xvii. C. delineauimus.

Vocum mensuræ notæ sunt, & seruandæ: at notandum omnino est voces ii. & vi. in prima Idea; iv. & viii. in secunda; iv. & x. in tertia esse [w -] spondeas, aut Anapæstas; nam cæteræ nullam patiuntur varietatem.



P A R S I I.

P O L Y C Y C L I C A .

CCCLXX.



VLTAB et variæ figuræ sunt, quæ è circulis confici possunt, et omnibus pote imus cooptare dictiones, quæ corresponteant diuersis generibus Carminum. Utimur Distichis elegiacis præcipue, sunt enim dulciora cæteris

et in maiori apud nos gratiâ, et possunt melius et curiosius politi. Et quidem, duobus aut tribus circulis nimis simplex Pegma componeretur; quatuor, quinque, vel sex, aut pluribus posset curiosum et ingeniosum.

Porrò ingenium & calamus ad paginam vnam coarctari: qui charta Regiâ, quam vocant, aut tabula maiori uti voluerit, poterit multiplicare circulos & figuræ vberiores formare.

M V S A III. PENTACYCLIA.

CCCLXXI.

ABVLA vndecima exhibet Paradigma, quinque circulis conformatum, in quo ingeniosè agitur de Philosophicis Scholis (Reali, Modali, Formali, Expressiâ, Diuinâ, Negatiuâ, etc.) quas Patribus et Doctoribus (Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Bernardo, Thoma, Scoto, etc.) debemus. Vnde cumque inceperis, et quocumque progressus fueris carmina disticha retrograda adiuuenies. Illa subscribo.

Aurelius fouet has libris Diuinis Atbenas,
 Impugnat cunctos, & premit hereticos.
 Inadomiros terit & scrupulos componit: Athenas
 Cælestis stellis has fouet Ambrosius.
 Attiloquus beat hic cunctos Bernardus, Olympa
 Conformat dociles, & terit indociles.
 Libereis litat hoc stellis, subtilis Aquinas
 Musaon libris hoc beat Angelicus.

Impariles premit, & dociles succollat Hiberna
 Gentis Sol, scrupulos hic litat eximios.

Modus componendi ista carmina ex ipsâmet consideratione et collatione patere poterit, nam singula disticha vndecim dictionibus constant, quarum numeros et mensuram subscribo.

[- u u -] u u [-] w - [-- u ,] u - w
 [-- u ,], w - [-] u u [- u u -]

Dictio quinta est [- u u ,] Diuinus et potest esse [-] - u, Sol clarus, si placeat eam in duas diuidere. Septima etiam est [- u u ,] Diuinus, et potest in duas diuidi, sed modo contrario: hoc videlicet, [- u ,] - , Clarus Sol, ut bene refluat. Pono exemplum.

Angelico datus est Thomas Diuinus Olympo,
 Diuinus Thomas est datus Angelico.

Posset enim quinta et septima vox diuidi, ut conspicis:

Angelico datus est Thomas Sol clarus Olympo,
 Clarus Sol Thomas est datus Angelico.

Coniungo dictiones quartam et quintam, et aliquas notandas varietates subiicio.

[---] -- o, Thomas Diuinus
 [---] - o,] Sol nam Diuinus
 [---] - [- o,] Sol myndi clares. dura in regn.
 [---] - o, Diuinus thabas
 Omnes hæc quatuor differentiæ, et aliæ, quas
 adiungere possem, sunt æquifyllabæ, et pos-
 sunt penthemimerim sequi. Aliæ varietates
 curiosus Philomusus inuenit, non enim yolo,
 aut possim, omnes persequi. Et quia hæc om-
 nia Carmina sunt retrograda, superest, ut ea-
 dem ab ultima dictione relegamus. Sic inquam.
 Eximios litat hic scrupulos Sol Gentis Hibernæ;
 Succollat dociles, & premit impariles.
 Angelicis beat hoc libris Musaon tiquinas
 Subtilis: Stellis hoc litat atheress.
 Indociles terit & dociles conformat Olympo
 Bernardus: cunctos hic beat asti loquus.
 Ambrosius fouet has Stellis Cœlestis Athenas,
 Componit scrupulos & terit indomitos.
 Hereticos premit, & cunctos impugnat: Athenas
 Diuinus libris has fouet Aurelius.
 Confer singula, et videbis dictiorum omnimo-
 dam æquipollentiam.

CD XXXIII.

IN schedis antiquis habeo aliud exem-
 plū, quod ante multos annos, aut puer
 aut adolescens scripsi: scrutat ratione in
 metri: at sensum negligit, aut qualem-
 cumque recipit. Illud subscribo.



MVSA IV. HEXACYCLIA.

CCC LXXII.

SINTAXIS carminum, quæ de-
 dimus Tabulâ XII. facillima
 est: nulla enim est dictio,
 quæ pluribus versibus in-
 feruiat præter primam:
 nam in versuum concursu
 solet reperiri difficultas non
 leuis, ut sensus interruptus
 discurrat.

Continet igitur Tabula XII. pretiosæ The-
 ex (in quam Apostolorum, Euangelistarum,
 nec non multorum Martyrum et Confessorum
 Reliquias cum veneratione recondo) Epigra-
 phen artificiosam, in quâ hæc Carmina direc-
 ta lego.

¶ Petrus, Iacobus, Amandus,
 Mariinus, Lucas R.
 ¶ Thomas, Paulinus, Vbaldus,
 Syluester, Clemens R.
 ¶ Magnus, Franciscus, Amicus,
 Robertus, Carolus, R.

Æminius fluit hinc partes illapsus Eoas;
 Sublimis Proceres hic regit Antipater,
 Antimachus canit, & Græcos, contemnit honores
 Sylvanus magnos: hac fluit Asterion.
 Imperium Ducus ut proceres firmemus Apollo
 Succurrit: populos ars canit Archilogni.
 Alcidamas pugil ut magnos prosternat athletas
 Declinat partes in Dacis ambiguas.
 Antiochus regit hos populos, perturbat Achillas.
 Oppugnat Græcos: est pugil Amphimedon.
 Et incipiendo ab ultimâ dictione poterimus
 gredi et dicere:
 Amphimedon pugil est: Græcos oppugnat: Achillas
 Perturbat populos, hos regit Antiochus.
 Ambiguas Ducus in partes declinat: athletas
 Prosternit magnos ut pugil Alcidamas.
 Archilogni canit ars populos, succurrit Apollo.
 Firmemus proceres ut Ducus imperium.
 Asterion fluit hac; magnos Sylvanus honores
 Contemnit: Græcos & canit Antimachus.
 Antipater regit hic proceres sublimis: Eoas
 Illapsus partes hinc fluit Æminius.



¶ Mattheus, Marcus, Adanetus,
 Bernardus, Fælix, R.

¶ Ianus, Norbertus, Aquinas,
 Thadæus, Paulus R.

¶ Vitus, Marcellus, Ioseph,
 Matthæus, Simon

Character R significat Regnat in Empyreo, que
 penthemeris in centro posita, omnes Hexame-
 tres aperit, et Pentametros claudit.

Eodem impetu, quo insilierunt, resiliunt
 et à Pentametri vltimi fine recurrent sic.

¶ Simon, Matthæus, Ioseph,
 Marcellus, Vitus, R.

¶ Paulus, Thadæus, Aquinas,
 Norbertus, Ianus R.

¶ Fælix, Bernardus, Adanetus,
 Marcus, Mattheus R.

¶ Carolus, Robertus, Amicus,
 Franciscus, Magnus R.

¶ Clemens, Syluester, Vbaldus,
 Paulinus, Thomas R.

R^e Lucas, Martinus, Amandus,
Iacobus, Petrus R.

Seruo in nominandis Cœlitibus ordinem,,
quem quantitas syllabarum peimisit. Omisi-
mus Philippam & Bartholomaum, quia non
nihil varietatis hæc nomina viderentur induce-
re: potuimus tamen dicere .

R^e Priscus, super astra Philippus
Atque Linus summo R.

R^e Bartholomaeus, Amatus,
Froilanus, Cosmas R.

Et retrocurrente subiungere:

R^e Cosmas, Froilanus, Amatus,
Bartholomeus R.

R^e Summo Linus, atque Philippus,
Astra super Priscus R.

CCCLXXIII.

M VLT id genus, in tribus libris, quos
scripsi adolescens, & penes me re-
tineo, curiosè delineata reperio;
nolo illa sculpi in ære, sunt enim
Diagrammati dato similia: &, si dentur verba,
poterunt à quocumque Philomuso ad circulos
& ornatum reduci. Imitatus fui illud Martia-
lis Epigramma, quod incipit *Rumpitur inuidia:*
& sic cecini.

(R) Summos Caluinus honores
Cernit dum Marie, (R)
(R) Maria quod subdat Olympus
Sydera, quod stellas (R)
(R) Mariam Gens Cælica pulchro
Carmine quod laudet (R)

(R) Dina quod Thaumata Tellus
Maxima nunc celebret (R)
(R) Fidei quod Dogmata uterque
Propugnet Mundus, (R)
(R) Dinos inscribat Olympo
Christus quod hōstros (R)

Et quidem magnum est Hæreticorum (et Cal-
uinianistrarum præcipue, in Diuos, et maxi-
mum in Diuam odium: et intuicia exsecrabi-
lis: crepant ehim, dum illos vident aut hono-
rati cœlitis, aut coli humanitatis. Carmina,,
quibus hanc Inuidiam expressius retrograda-
sunt, et possunt per suorum Epicyclorum du-
ctus oculis recurrentibus legi. Retrocursum
exscribo.

(R) Nostros quod Christus Olympo
Inscribat Diuos (R)
(R) Mundus propugnet uterque
Dogmata quod Fidei (R)
(R) Celebret nunc maxima Tellus
Thaumata quod Diue (R)
(R) Laudet quod carmine, pulchro
Cælica gens Mariam (R)
(R) Stellas quod sydera, Olympns
Subdat quod Marie (R)
(R) Marie dum cernit honores
Caluinus summos (R)

In omnibus his carminibus ille character (R)
significat *Rumpitur inuidia:* quod in centro
Labyrinthe inscriptum debet omnia aperire he-
xametra, & omnia Pentametra claudere .

MVSA V. HEPTACYCLIA.

CCCLXXIV.


RTE, quæ sex delineauimus circulos, possumus
septem, aut octo, aut etiam
plures conformare; & in-
scribendo verba exhibere.
Polycyclia Diagrammata.
Habeo ob oculos Pegma-
septem Epicyclis compo-
situm, & in ipso hæc Carmina in laudem Bea-
tissimæ Virginis Mariæ.

¶ Virtutes canto Marie:
Dilaudo doles ¶.

¶ Lauros cantabo, triumphos
Laudabo celebres ¶.

¶ Terre Respondebit Olympus
Sydera respondent ¶.

¶ Formant tibi Diua coronam,
Diua tibi fertum ¶.

¶ Lauros cano Virgo Maria:

Dilaudo palmas ¶.

¶ Laudes tibi Terra sacrauit
Flora tibi summas ¶.

¶ Plures sunt Virgo, flauisse
Diua tibi dotes ¶.

Sunt septem Disticha, septem inscribenda epi-
cyclis: & poterunt plura esse, & pluribus etiam
inscribi. Ille character ¶ dat penthemimerim,
quæ centro Pegmatis inscribitur, videlicet,
Versibus innumeris, quæ hexametros vniuersos
aperit, & pentametros terminat. Recursum
ad longum exscribo.

Versibus innumeris dotes tibi Diua: flauisse
Virgo sunt plures versibus innumeris.

Versibus innumeris summas Tibi Flora sacrauit:
Terra Tibi laudes versibus innumeris.

Versibus innumeris palmas dilando Maria:
Virgo cano lauros versibus innumeris.

Ver-

*Versibus innumeris fertum Tibi Diua: coronam
Diua Tibi formant versibus innumeris.
Versibus innumeris respondent Sydera: Olympus
Respondet terra versibus innumeris.
Versibus innumeris celebres laudabo triumphos;
Laudabo lauros versibus innumeris.
Versibus innumeris doles dilaudo Maria:
Canto virtutes versibus innumeris.*

In hoc Labyrintho dixi Mariam mediā longā: in præcedenti Mariam mediā breui, vt me opinioni diuersorum attemporē; rigor enim & regulæ petere viderentur, vt media esset breuis; at ylus obtinuit in contrarium, saltem in solutā oratione. Fui semel in pueritia reprehensus à Magistro doctissimo, quod Maria nomine hexametrum clauerim: sed neque hunc rigorem laudo: puto enim alterum dici posse, & else melius propria Diuorum nomina in ore communi pronunciare.

QVÆSTIO INCIDENS,

An veteres Carmina Circularia considerint?



CCCLXXV.

REVIÀ sunt omnium linguarum Lexica, si cum Naturæ comparentur thesauris: millesæ res carent nominibus, & multæ uno et eodem vocabulo significantur: hanc ob rem tametsi apud Veteres hanc vocem *versus cycly* reperias, non

statim vis credere, illos Circularia Systemata, qualia hic Apollo exhibuit, aut composuisse aut condidisse; quia forte alio sensu sua ipsi Carmina Circularia vocarunt: et ut te à dubio exmas, meum tensum et iudicium inquiris. Et ego nomen apud Antiquos, non rem inueniri respondeo: nam, vt ex Andrea Scotto *Observationum Humanarum lib.2. c.1.* constat ΕΥΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑ quæ in Photij C.P.Bibliotheca TA ΕΠΙΚΟΥ ΠΟΙΗΜATA vocantur, à circumstantijs adiacentibus dicuntur interdum KTKΛIA Carmina.

Prin:ò enim afferente Isidoro lib. 6. *Originum cap. 17.* triuialia, & quæ à circumforaneis decantantur carmina, vocantur KTKΛIA: quia circumferuntur, & in circulo aut corona cantantur. Facilis enim est illius Horatiani carminis intelligentia:

*Nec circa villem patulumq; moraberis orbem.
nam per orbem villem ac patulum aut vulgi corona,
aut carmen, quod in vulgi corona cantabatur,
intelligit. Et quia Aristophanis ætate*

sola Dithyrambica recitabantur in choris, versuum genus cœpit KTKΛION vocari.

Secundò, quia ENKTKΛIA vocabularia & superiorum Rescripta, ynde Encyclopedicas literas Pontifices & Principes scripsisse gimus: Hispanus Monistros vocat: nimis literas, quibus iura & causæ actionum manifeste reddebantur. Hanc ob rem carmina, quæ omnium manus venire Poetæ optabant, appellabant ENKTKΛIA, Circulata.

Hinc patet cur Artes liberales: cur Mathematicæ, cur etiam Philosophicæ scientiæ Cyclo dicebantur. Ioannes Tzetzes in Chiliadib; artum ΕΓΚΥΚΛΙΩΝ meminit: & Porphyrius omnem Scientiarum orbem ENKTKΛΩΝ ΠΑΙΔΕΙAN nuncupauit. Hinc Aristophani Interpres in nebulis illas Matheseos patentes, quæ ab omnibus cognosci debent, vocat KTKΛIA MAΘHMATA, Speculationes communes & uniuersales, quæ à nemine posse possunt.

Tertiò carminum Protei, vt suo loco non mus, Circularares dicuntur, quod nullam habent lineam: quæ esse non prima aut ultima. Videatur Ioannes Philoponus in posteriorum Anticorum Aristotelis Stagiritæ librum 1. ubi aliorum Circularorum Metacorum, quos non ponit, meminit.

Nulla ex his tribus acceptiōibus hodie est utilis, nam Circularium Carmina nomine aliam Ideam intelligo toto Cœlo universam: in quâ rotis conuerſis nouæ succurrunt voces, & noua suboriuntur carmina. Vocamus ergo KTKΛIA hæc Carmina, à figura: illa enim aptissime scribuntur in circulo; tamen possint etiam ad alias figuræ reduci.

NOTA.

 C C C L X X VI.
RODIERVNT D. Hieronymi Cacri du Velasco Poëmata, quæ quidem sunt ingeniosa & iucunda, & eruditio Prologo D. Ioannis Zaualetæ honorantur. Hic quanti Poëtas veteres, Cesares, Reges & Principes fecerint, diligenter edisserit, & inter alias hanc scribit periodum. Opiano dedico al Emperador Antonio ua Poëma, y le dio tantas monedas de oro, como versos tenia el Poëma, que eran innumerables. Non intelligo; non quidem ratione idiomatis, sed sensu. Latinè eamdem periodum repono, si forte melius intelligere queam. Quoddam Antonio Cesari Poëma consecravit Optanus, totque recepit aureos, quæ versos continebat Poëma: & isti erant innumerabiles. Porro, si innumerabiles, quomodo tot, quot aurei numerati? Puto in Zauale-

ualeat Lexico innumerabilium voce multos aut plurimos intelligi , non inumeros , & tamen ante tempora nostra , quæ Metametricam sunt nutricata , in Poëmate versus plurimi non potuerunt includi ; & vt potuerint , si illos cum nostris numeris componas , fuerunt pauci . Non

est in mundo Cæsar tam diues , qui sicut Opianus Antonius , sic possit nostros versus aureo præmio donare . Aureas habeat ille totius mundi fodinas : sunt steriles , ut possint non iam numerorum , sed arenarum aurarum numero nostros versus æquare .

A P O L L O A S T R O N O M I C V S.

Quæ radio Veteres , metimur vocibus Astra ,
Solemque & Lunam carmine dirigimus .

CCCLXXVII.

AGNAM Montes cum Cœlo
videntur habere connexio-
nem , siquidem et nomen
communicaunt : nemo enim
ignorat voces , Olympus et
Atlas montium esse ; et ta-
men pro Cœlo usurpari .
Ergo mirum non erit , si
Parnassum transferamus ad sydera , Vraniæ que
iubeamus , vt rem Ætheream Philomulos edo-
ceat . Est igitur Parnassi Astronomia , Ars , qua-

per carmina nos dicit , ut ad Solis , Lune (alio-
rum etiam Planetarum , si velis) dierum , men-
sium , annorumque cognitionem veniamus . Quæ
ergo lineis et numeris Mathematici supputat ,
versibus Apollo Astronomicus , explicat , lon-
gas Illustrum Scriptorum Tabulas ad carmina
pauca reducens .

Illi autem , quot ancillantur Musæ ? Vra-
nie . Vnica vult in Cœlis esse , nec alias eō per-
uemire permittit . Supplebunt ergo Genij Mu-
sarum absentium defectum , et administrabunt
Vraniæ .

M V S A V N I C A .

CCCLXXVIII.

X Veterum Poëtarum car-
minibus Astronomiam de-
dux , vt demonstrat Epis-
tola , quam Physicæ Cœ-
lesti adiungo . Possem
etiamnum totam scientiam
ad versus ingeniosos
reducere . Sed quo totam
fructu ? Illa igitur , quæ magis necessaria sunt ,
reducamus ad carmina , vt possint memoria
inhæcere .

De Planetarum ordine & numero .

CCCLXXIX.

EPTERUM sunt : et hoc ordine iuxta Pto-
lemæum et antiquas hypotheses pe-
ragunt suas periodos . Omnia sum-
mus est Saturnus , qui triginta annis
iter complet . Sub illo auram æthe-
ream pectit Iuppiter , absolvitque periodum
suam duodecim annis . Mars biennio cursum
suum terminat . Tres superiores , et tres infe-
riores Planetas habet Sol : unde non incepè
olim dictum .

In medio residens complectitur omnia Phæbus .

Periodum ipse suam uno anno absoluit .
Sub Sole conuertitur Venus , et sub ipsa Mer-
curius : et eterque etiam uno anno . Infima
om-

omnium est Luna, et orbitam suam absoluit uno mense. Horum numerum ordinemque Planetarym complectitur Metametrica hoc versu.
Errant in Cælo SIM, SVM. quibus addito Lunâ.

SIM SVM. initiales sunt literæ, et ijs significatur *Saturnus, Iuppiter, Mars: Sol, Venus, Mercurius.*

De motuum mensurâ agit breuiter et curiosè istud Distichon.

Si SIM triginta, bis senis, atque duobus annis; SVM currunt uno, qnod Cynthia mense, Hoc est SIM; (videlicet, Saturnus, Iuppiter, & Mars) absoluunt cursum suum; primus annis triginta, secundus duodecim, tertius duobus. Porro SVM: nempe Sol, Venus, & Mercurius anno uno. Et Cynthia, seu Luna, uno mense,

De Signis Zodiaci.

CCCLXXX.

*C*OEVW in duodecim signa distribuitur: potuit in pauciora vel plura, sed hic numerus antiquis placuit. Sunt illorum Nominia,

Aries.

Taurus.

Gemini.

Cancer.

Leo.

Virgo.

Libra.

Scorpius.

Sagittarius.

Capricornus.

Aquarius.

Pisces.

Hæc ipsa nomina, vt memoria retineri possint, continentur hoc Disticho.

Sunt *Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo. Libra, Scorpius, Arcitens, Caper, Amphora, Pisces*

Hæc Constellationes suspiciuntur hodie in Zodiaco, nec illarum denominations esse valde antiquæ videntur.

Sed poterimus scire, quo illæ anno fuerint Astris impositæ? Historiæ non succurrunt; & debet ratio illarum defectum supplere. Suppono, eo anno, quo nomina Stellaræ fortitæ sunt, Primam Arietis non longè fuisse ab ipsa sectione Äquinoctiali: Anno illa 1671. iuxta Observationis Tychonicas reperietur in gradu 28. 37. Ariet. cum igitur singulos gradus peragat annis 71. constat gradus 28.37. annis 2032. compleuisse. Ab his aufer annos Christi 1671. Ergo circa annum 361. ante Christum nomina, quæ hodie retinent, Zodiaci signis sunt indita.

De Constellationibus Septentrionalibus.

CCCLXXXI.

*E*XTRA latitudinem Zodiaci cælantur in Boreali Orbis Aplanetici parte xxii. Con-

stellationes, quas vt memoriarum consulerent, his versibus Astronomi complexi sunt.

Ad Boreæ partes Arcti iunguntur, & Anguis; Post has Arctopylax; pariterque Corona, Genus, Prolapsus, Lyra, Avis, Cepheus, & Cassiopeia; Auriga, & Perseus, Deloton, & Andromeda astræ Pegasus & Delphin: Tela; hinc Aquila, Anguitenæ, Vide librum septimum octauumque syntaxeos magnæ Ptolemai.

De Constellationibus Australibus.

CCCLXXXII.

*I*N parte Australi ultra latitudinem Zodiaci pinguntur quindecim Constellationes, quas Astronomi his versibus solent exponere.

Austrum respiciunt Orionis fulgidus entis: Sub pedibusq; Lepus: Canis hinc: Procyonis; Ratisq; Argo, Hydra, & Crater, Coruus, Cætaurus, & Ara.

Et Lopus, atque Corona micans, & Piscis in unda. Hydrochœ, Cœtusque immanior, Eridanusque. Sunt & aliæ Constellationes nobis inuisæ, que infra horizontem latent. Harum aliquas denominarunt Barbari regionum Meridionalium n. colæ; alias Nauarchi Lusitani & Hollandi.

De die, quo Sol ingreditur in quodlibet signum Zodiaci.

CCCLXXXIII.

*M*ENSES duodecim sunt, duodecim signa & anno 1660. Romani habebunt Solem ingredientem in singula signa tempore, quod sequens Tabella repræsentat.

Menses	Die	Hora	Min.
Januarius	Aqu. 20	4	A.M
Februarius	Pisi. 18	8	P.M
Martius	Ar. 19	7	53
Aprilis	Tau. 19	10	A.M
Maius	Gem. 21	11	A.M
Iunius	Can. 20	11	13
Iulius	Leo 22	12	in M
Augustus	Vir. 22	8	P.M
September	Lib. 22	2	8
October	Scor. 22	8	P.M
Nouember	Sag. 21	1	
December	Cap. 21	1	18
			A.M

Vt sciamus, quo mensis die Sol in quocumque signum Zodiaci ingreditur, Iosephus Langius in Elementali Mathematico istos versus proponit.

Inclita laus instis impenditur; barefis borret Garrulas; grex gratus faustos gratatur bonores.

Magnus ex illis labore eruitur, quod desideratur.
Iubet primā, vt sequentem Abecedarium con-
templeris.

A	b	c	d	e	f	g	h
1	2	3	4	5	6	7	8
i	l	m	n	o	p	q	r
9	10	11	12	13	14	15	16
f	t	u	x	y	z		
17	18	19	20	21	22		

Et postea, scias in illo Disticho duodecim esse dictiones, duodecim mensibus correspondentes: ita, vt prima (*Inclita*) correspondeat Ianuario; secunda (*Iugus*) Februario: &c.

Sume igitur primam cuiuscumque dictio-
nis literam, & nota eius numerum in Abe-
cedario: hunc numerum aufer à 30 in stylo no-
vo (aut à 20 in stylo veteri) & habebis diem
quo Sol in signum illius mensis ingreditur.

Et, vt hanc doctrinam adfimet, vtitur
hoc exemplo. [Si scire cupias, quo die mensis
Martij Sol in Arietem ingrediatur; quia Mart-
ius, mensis tertius est, sume vocem tertiam
(nempe, *Iustis*) cuius prima litera i. est nona
in abecedario. Auferas ergo 9 à 30. & scies
die 21. iuxta Gregorianum Calendarium Solem
in Arietem, adeoque in Aequinoctium ingredi:
aut etiam auferendo 9 à 20, die 11. iuxta Ca-
lendarium Julianum.]

Displacet ista Langij regula propter duo:
alterum Astronomicum, alterum Metametri-
cum est. Peccat in Astronomiam, quia dies
falsos adsignat: in Metametricam, quia magno
labore nos ad examen ducit: debemus enim
literæ valorem numerare, & illum posteà à 30,
vel 20 subducere. Considera sequentes cha-
racteres.

Tycho	Lang.	Tycho	Lang.
Jan. 20 in Aqu.	21	Iul. 22 in Leo.	23
Feb. 18 in Pisc.	20	Aug. 22 in Virg.	23
Mart. 19 in Ari.	21	Sept 22 in Lib.	23
Apr. 19 in Tau.	21	Oct. 22 in Scor.	24
Mai. 21 in Gem.	22	Nou. 21 in Sag.	23
Iun. 20 in Cac.	22	Dec. 21 in Cap.	22

quos lege sic. Ianuarij die 20 Sol ingreditur
in Aquarium: non vero, vt Langius vult, 21.
Februarij autem die 18 ingreditur in Pisces:
non vero die 20. vt Langius habet &c. Ergo lo-
co Versuum, quos Langius dedit, hos ponamus.
*Ditat cantores Nero; gentes torquet: Idore
Same tuos: urbis muros campinge volantes.*
Et horum Artificium hoc est. [Duodeci-
mationes duodecim mensibus respondent:
& in ipsis prima vocalis dat diem, secunda ho-
ram. Dies apud Astronomos incipit à meridie.

Vnde	A	E	I	O	V
Stylo veteri	8	9	10	11	12
Stylo novo	18	19	20	21	22
Et diuidendo diem in quatuor partes, signifi- cat					

A inter medianam noctem & hor. 6. matutinam.
E inter sextam matutinam & meridiem.
I inter meridiem & sextam vespertinam.
O inter sextam vespertinam & med. noctem.
Quo ergo Martij die Sol ingreditur in Arietem &
Respondet tertia dictio Nero: Solem attinge-
re Aequinoctium, non iam 21. Martij die, sed
19. stylo novo (9. stylo veteri) inter sextam
vespertinam & medianam noctem. diem enim de-
dit prima vocalis, & secunda horam: & hoc
Romæ, anno Bissextili.

Consultò moneo, me Almæ Vibis meri-
dianum respicere: in alijs enim prouincijs Sol
ingredietur in illud punctum alia horæ.

Consultò etiam moneo hanc regulam an-
no bissextili seruire: nam anno primo post bis-
sextum addere debemus 6 horas: secundo 12.
& tertio 18. quarto autem in Ianuario & Fe-
bruario horas 24. Post Februarium autem nihil
additur, quia iam intercalatur dies. Anno igitur
1661. quando Sol in Arietem ingredietur? In-
grediebatur ex Regula.

Anno 1660. die 19. inter sextam vesp. & med. noct.
ergo ann. 1661. die 20 inter med. noct. & hor. 6. mat.
Ponit Argolus diei 20. horam 1. m. 48. post
medianam noctem.

De anno Bissextili.

CCCLXXXIV.

SOL orbitam suam in Cœlo peragit diebus
365. & horis 6. ferè, quām ob rem annus
Solaris habet 365. dies: & ex horis restanti-
bus quarto quoquo anno integer dies conflatur,
& additur, ita vt quartus quicumque annus
habeat dies 366. Dies iste inter. viii. & vi. Ca-
lendas Martias intericitur; & quia bis sexto
Calendas Martij dicimus, ideo annos, in qui-
bus intercalatio sit, Bissextiles vocamus. Vt
ergo scias, An annus Bissextilis, aut quotus à
Bissextili sit, vttere his versibus.

Quatuor in partes aitatem diuide Christi:
Deniq; quod superest quasitum proferet annum,
Verbi gratiâ. An annus 1650 sit Bissextilis,
quāris. Diuide igitur hunc numerum in 4 par-
tes: & habebis 412. & supererunt 2. Ergo pro-
nuncia à Christi nativitate transiisse 412. qua-
diennia; & annum 1650. esse secundum post
Bissextilem. Si autem inquiras de anno 1660,
facta diuisione reperies illo anno claudi qua-
diennium quadringentesimum quintum deci-
mum: & quia facta diuisione nihil remanet,
hunc annum esse Bissextilem affirma,

De Luna Etate.

CCCLXXXV.

AN ouilunio Etatem Lunæ computamus; & neglectâ argumenti seu epicycli ex orbitantiâ medium motum respicimus, & iuxta illum procedimus. Sanè Luna 29 diebus peragit 11. signa: gr. 23. min. 32. & 30 diebus præter integrum circulum gradus 5. min. 43. Ergo mensis Lunaris habere debet plus quam 29 & minus quam 30. dies.

Annus Solaris complectitur 12 menses Lunares et 11 dies, quos vocamus *Epactas*, quod sint residui. Vnde inuentus est Aureus numerus, seu circulus decem-nouenalis; qui ideo nomen hoc habet, quod singulis nouemdecim annis recurrat. Considera sequentes lineas.

<i>Aureus num.</i>	1	2	3	4	5	6	7
<i>Epactæ</i>	I	XII	XXIIII	IV	XV	XXVI	VII
8	9	10	11	12	13	14	15
XVIII	XXIX	X	XXI	II	XXXII	XXIV	V
16	17	18	19				
XVI	XXVI	VIII	XIX				

Seruiet hæc tabula usque ad annum 1700 exclusiæ: et Aureus numerus 1. annis 1596. 1615. 1634. 1653. 1672. 1691. corresponebit. His positis.

Menses atque dies mensis si iungis Epactæ

Currenti, etatem poteris cognoscere Luna.

hoc est, [Summe numerum mensium à Martio, dies mensis præsentis, & Epactam currentis anni, & summa dabit tibi Lunæ ætatem, quam quæris. Quæ si numerum 30 supereret, solum excessum numerabis.] Pono exemplum. Anno 1641 die 24 Iulij quam Luna habet ætatem? Martius, Aprilis, Maius et Iunius sunt 4. dies 24. Epactæ huius anni 18. Et omnia simul sunt 46. à quibus, si auferas integrum lunationem (hoc est, 30. dies) habebis 16. et dices Lunam habere 16 ætatis dies. Firmat hanc Regulam Calendarium commune, nam die 9. Iulij Epactam XVIIII. reperio adeoque Nouilunium hoc anno. Ergo, si nona mensis est prima Lunæ dies, 24 mensis erit Lunæ 16.

De Anni Mensibus.

CCCLXXXVI.

MULTA circumferuntur carmina, quibus opera rustica aut etiam medica, quæ singulis mensibus conueniunt, explicantur. In nostris Breuiarijs hæc reperio.

Pocula sanus amat: Februarius, algeo, clamat.

Martius arua fodit: Aprilis florida prodit.

Ros & flos nemorum Maio sunt fomes amorum.

Dat Iunius fana: Julio resecatur avena.
Augustus spicas: September colligit vinas.
Seminat Octo: spoliat virgulta Novembre.
Quarit habere cibum porcum mactando Decembre.
*Possem alia subiçere: sed quo fructu paginae
ineptijs onerarem? nam pleraque omnia ei
modi carmina in metri, aut etiam pudoris le
ges, sape peccant.*

De diebus mensium.

CCCLXXXVII.

QUOT dies habent singuli menses? Considera figuram præsentem. supponit Februarij habere in anno communi 28 dies, et in Bissextili 29. et cœteros à Martio incipiendo per digitos manus disponit: et eos, qui in altos incidunt, 31. habere dies, et cœteros habere 30. pronunciat. De hoc arguento habemus Hispani hoc Tetraastichon.

*Trenta dias tiene Nouiembre, M.A.M.I.Iul.
Abril, y Junio, y Setiembre. A.S.O.N.D.
Ventiocho tiene el uno,
Tlos demas treinta y uno.*

quod reponit Latinè istud Tristichum.

*Triginta September habet; totidemque Nouembrio
Junius, Aprilis: Viginti Februus octo:
Vnum & triginta reliqui. -- o --*

De Calendis, Nonis, & Idibus.

CCCLXXXVIII.

MODVS erat dies numerandi apud veteres, qui plus fastidij, quam utilitatis importat, & ideo à multis eruditis reiectus. omnino ignorari non debet, ut veterum scripta intelligamus.

Non numerabant Romani elapsos dies, sed restantes ad Nonas, Idus, seu Calendas. Res est nota & præcipue Ecclesiasticis nam in Breuiarijs utrumque modum dies numerandi retinemus. Porro a Nonarum numero, cæteri dependebant, quoniam post Nonas numerabant Romani octo dies ad Idus vnde prodijt ille versus.

Octo tenent Idus menses generaliter omnes.

Et post Idus cæteros omnes dies denominabant à Calendis. Ut rem bene percipias, proderit istud Tristichum.

Sex Nonas Maius, Octo:ber, Iulius, & Mars.

Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo:

Inde dies reliquos omnes dic ante Calendas. Penultima vox ultimi versus me monet, ut sciam cur, quarto, tertio, pridie, Calendas, Nonas, & Idus dicamus: subintelligitur enim præpositio *ante*, idem enim est dicere *octauo* Calendas, ac *octauo* ante Calendas. Quam ob rem idem erit dicere *postridie* Calendas, quam uno die post Calendas.

Et hic obiter notandum est Viros eruditos sepe errare, cum veniunt ad mentem Decembrem: nam Calendæ, à quibus sumuntur denominatio, sunt anni sequentis: quam ob rem idem erit subscribere, Die 25. Decembri anni 1660. & hoc more communi, ac more antiquo, Octauo Calendas Ianuarii anni 1661. nam illæ Calendæ & ille Januarius non sunt anni 1660. sed sequentis. Et hoc nolis obliuioni mandare.

De Calendario.

CCCLXXXIX.

MVLTI Authores, vel vt consulerent memoriæ, vel vt ingenium suum ostenderent, Calendarium reduxerunt ad carmina: sed non singuli magnâ felicitate. Aliorum numeros producimus, & quid in illis desideremus, breuiter adnotabimus.

Poëta quidam antiquus versus istos compositi, qui fuerunt olim apud doctos in pretio, & hodie in plurimis libris leguntur.

IANVARIVS.

Cisolanus Epi sibi vendicat Oc. FeLi. MarAn. Prisca Fab. Ag. Vincenti FanLo nobile Lumen.

FEBVARIVS.

EnPur. Blasius Ag. Dor Fecru ab Scholastica Valtconiunge tunc Petrum Matthiæ inde. (lent.

MARTIVS.

Mattius Adria perdecoratur iGregorio Cin. Geritrus Alba BENE iuncta Maria genitrice.

APILIS.

April in Ambrosy fest's atque Tiburci Et Valer Sanctique Geor. Marcique Vitalis.

MAIUS. (Soph.

Philip Crux Flor Goth. Ioan Latin Epineser & Maius in hac serie tenet Urbani pede Crispian.

IVNIVS.

Nic Marcelli Boni dat IVN. primi Bar Girini Vi. Mar Prothos AL Sæcti Io. Io Dorte Pe Pau. (teq;

IVLIVS.

Iul Vices Vdat. Oc VV. Kili Fra Bene Margara post Al Arnulphus Prax Mag. Ap. Crif. Iacobiq; Fel. Ado.

AVGVSTVS. (Hyp. Eu.

Pe Stepti Stepti pro Do. Sixt Aph Cyrx Lan Tribu Sæpti Agapiti Timmo Bartholo Ruf. Aug. Col. Aucti

SEPTEMBER.

Egidii SEP habet Nat. Gorgo Prothici Crux. Nic. Eu Lambertique Mat. Mauritius & D. AVVen. Mich.

OCTOBER. (Hier.

Remiq; Franciscus Marcus Di Gerartiq; Calist. Galle Luces VVil VuSeSeRa Crispini Simonis Qui

NOVEMBER. (tyq; &

OMne Nouember Le VVi Qua Theo Martin Brio. Post hac Eliza CeCleGris Katharina Sat. An.

DECEMBER.

December Barba Nicol Concept & alma LVcia Sanctus abinde Thomas modo NASE tan Pu (Thoma Sil.

Displiance in isto Calendario Santos nominandi barbaries, nam dum initia nominum producit, videtur Author Arabicè potius scribere, quam Latinè. Præterea multos Santos proponit, quos communia Calendaria non habent: & tandem cum docemur quo mense cuiusque Diui celebretur solennitas, non docemur, quo die.

CCCXC.

SERVNT hoc & obseruarunt multi, non tam omnia correxerunt: quæ digna spongjā iudicarunt. Meliora præcedentibus sunt, sequentia carmina quæ Venerabili Bedæ attribuuntut; non tamen talia, vt placeant.

Cisio laus Epiphany dic dona Magorum
Vincit ouans Agne, noua Paulum lumina vertunt.
Et purgata parens ad templum ducit IESVM,

Sede doces Sacra cum Petro Matthia gentes.
Euocat ad Studium puerile Gregorius agmen
Aeterni Partus gnatum Mariæ tenet alnus.

Præfusis Ambrosy laudes imitare Sacerdos
Et pellant equites Georgi more Tyrannos
Lata Crucis, Heliæ reperit pia Cura trophyæ
Vinea quam floret plebs Urbanum Celebrabit

Ardua Solis equos trahis ad Fastigia VITE.
Agni Monstrat unus sed Baptistes tibi Petre.
Iam Maria Sobolem Baptista salutat in aluo,
Afficit Herodes nece Iacobum Zebedeum.

Vincula Post Petri, Patitur Laurentius ignes,
Impie mæche dabas meretrici Colla Ioannis.
Aegidius celebrat Maria Virginis ortum.

Quo Combusta die Solymorum mæta narrant.
Christe tuas leges Celtis Dionysius Affert,
Scriptis Luca tuis fruimur, docuit Simo persas

Pannonius docuit Gallorum Martius oras,
Fertilis Elizabeth Cantat Thuringia laudes,
Post Casti Sacra Nicolai longissima nox est
Fausta dies celebrat tibi Christum Virgine natum.

CCCXI.

ON videtur possibile & labij nitorem, & rerum varietatem & proprietatem cooptare. Sunt qui Georgij Leonis Doctoris Medici Calendariū cœlaudent; sed quia nondum vidi, quid in commendatione dignum sit, iudicium meum suspendo, & eius periodos produco. (Antonias Circumcisio Magos mittit ad Christi Cunabula;
Agnus subit, Paulus fidem fusi. ipit. (lesquis Se purgat nunc Agatha, nunc nudus prodibit Va
Ver nunciabit Petro Matthia & sorte.

Martius Adriano verrat atque Gregorio, quod
Gertrudis & Benedictus annunciant Virgini.
Aprilis Ambroso gaudet, cui martyr Tyburtius
prædictit mox futuram Marci stationem.

Iacob Crucem inuenit, obtruncatur Pancratius:
Iucundum iam Ver preterit: Urbano reddit aetas
Nicomedes Bonifacio fannum reportat: Vitus sege-
tem mox Promittit Baptista atque Petro.

Iam Maria afferit messem, Cyrilus metet ut Ce-
rerem in horrea Magdala, Iacobusq; reportent.

Petrus Cæthenis stringitur, dum Laurentius &
Maria ad Cælos Vocant cū Bartholomao Ioanne.
Aegidi latus grande Maria nata est, Crucem exal-
tent Cuncti, Mattheo Volat Obuiam Michael.

Bauonem Franciscus monet, prouideat durahyemi:

Lucas iam piuit: Seuerinus flat: Simon gelat.

Omnes Sancti exultate, adest Martinus musto ma-
didus: Elizabeth Profert Cuthara amphor And.

Iam vellit Barbā Nicolaus: Concip. Virg. dū oculo cæc:
Credit Thomas Christo: Nascitur mundo Dens.

Circumfertur authore incerto aliud diuersū
Calendariū in quo, si characteres maiores
a minoribus distinguis, in illis festa inuenies,
in istis sentium congruum, & contextui curio-
sè respondentem. Lege et considera, ytrum
omnia tuo desiderio corresponeant.

I A N V A R I V S. (tant
ANnua festa MAGOS EK! trea per arua repor-
Adde FABam Vi Ncens dnt AVLus grandia farra

F E B R V A R I V S.

Cum MArtia quarto purgatur februa serVA,
Bis sextum geminat, cū PETro MATThias ortū

M A R T I V S.
Nocte dieq; pari cum dat breue GREGORius V
Viscera divino statu MARia tumuerunt.

A P R I L I S.
Cum videt AMBrosium per noctis sidera TIBV
Sæpe dedere famem GOkGi MARCique pruin
M A I V S.

LIPPe CRVCem, fers lane sitim frigora SOL
Si vincunt pluvia aabit VRBano mala Pape.

I V N I V S. (Vii
Flore rubens BONus eſi MEDArduſ, & Vnde
Verso Soſtumens cum BAPTista tibi PETre.

I V L I V S.
It uisens VDus me te CHILo Canina maritis
Stella nocte tua, PECCatrix IACObi reſurgit.

A V G U S T V S.
Petrus adest, dat SEXtauro, du LAVRe Corona
Astra petit Genitrix, tibi Barthole cedit ADolphus

S E P T E M B E R. (Cendu
CERuus amore furit, NAScens dea, surge CR.
Nox aquat, cum Mattheo sere ingera Mical.

O C T O B E R.
Spumantes FRANCisce lacus DTOnisus impli-
GALLO LVCifer undecimus Sociat StMoniu.

N O V E M B E R.
OMNia dura LEnat rursò MARTine lycens
Dicat iò PRÆsens dicar CASTeja peAn.

D E C E M B E R. (dam
Excute BARbu NIuem, MARia tibi BRVma n-
Iam Credat DIDYMVS, iam nascetur DEVS orbis
Sed neque hoc Calendarium placet, et id
aliud subiungamus.

Amplissimi & Reuerendissimi Domini,

D. PETRI FRANCISCI PASSERINI, &c.

CALENDARIVM.

CCCXCI.

XSTAT in ingeniosissimi et
eruditissimi illius libri, qui
Schediasmata Academica
inscribitur, tertia parte.
Illud Symbolicum & Sylla-
bicum Author appellat et
potuit gradiori vocabulo,
est enim Opusculum elabo-
ratisimum, cui nullum simile apud Scriptores
reperias. At voluit Passerinus potius eruditus,
quam superbus videri, et ideo Aureum istum
Libellum altis Nominibus insignire non voluit.




Totum in illo Annum ingeniosè comprehen-
dit: nempe duodecim elegantibus Distichis,
quibus demonstratur clarissime breuissimeque

Cui mensi Disticha conueniant?
Quot diebus menses singuli constent?
Quot festos dies continant?
Quæ Sanctorum aut Festorum, quæ celebra-
tur, sint nomina?
Quo die celebrentur?
Quo denique mense singule anni tempeſta-
tes incipiunt?

Volui D. Passerinum post alios Authores pro-
ducere, vt collatione factâ videat Lector, quan-
tum

tum ille superat vniuersos : omnia enim , quæ in cæteris desiderabam , in Distichis eius repetio. Sequar igitur editionem Placentinam anni 1650. incipiamque ab ipsâmet Dedicatoriâ , nam et ipsa est erudita et elegans , et Lettoribus prodesse poterit .



Illusterrimo D. D. Carolo Aloysio Scapio Senatori Bononiensi.

DEMETRIO suo Athenienses (Illustrissime Senator) ad æternam tanti ducis memoriam , & gloriam , quot anni dies numerabant , tot statuas statuerunt , vt nulla per annum abiaret dies , quæ propriam non haberet statuam , perpetuum cùm honoris ornamentum , tum amoris monumentum . Eximijs in me Tuis benignitatis officijs , ac beneficijs grati ego animi non vicem , sed vocem aliquam redditurus , Athenienses audacter æmulatus , quot illi Demetrico suo amantissimo , totidem Tibi Domino meobenignissimo non statuas , sed syllabas dedico , vt quemadmodum singulis anni diebus singulæ respondent Calendarij syllabæ , ita Tu non Demetrium , sed Deum ipsum sapienter imicatus tūm singularem in me Tui memoriam , ac cultum benignus agnoscas , tūm pauperum minuta non dignatus virium meatum exilitati benignius ignoscas . Osculum est alicubi meum illud Calendarium : sed quam clariore , Clarissime Vir , elucesceret in lumine ? Tu enim non modo Tu in stemmate , animi Tui symbolo , cæruleum celas Cœlum , & Christallinum condis candorem : sed Tua in luce lumina , Tu quoque in sinu summa omnia complesteris : è summa namque antiquissimæ , nobilissimæque SCAPPIORVM Familiaæ luce in lucem editus clarissimis prognatus Maioribus , amplissimis natus è parentibus , summis functus Patriorum numeribus , summis auctus Senatorum honoribus , summum autem Tuæ nobilitatis lumen Vitæ Tuæ meritis & moribus , perpetuis veluti splendoribus , amplificas . Munuscum igitur quod peramanter obtuli perhumaniter excipe , meque ipsum , vt facis , fouere perge , ac protege , quod diutius ut facias , fac melius , vt vousa , in dies valeas , & diutissimè viuas .

Plac. Id. Ian. M. DC. L.

Addictiss. & Obstrictiss. Ser.
Petrus Franciscus Passerinus .

LECTORIBVS AVCTOR SAL. ET FEL.



IsVM teneatis Amici . Per quietem audi-
dire mihi visus sum , qui vix auditio
syllabici nostri Calēdarij nomine , ut
potè exotica omnia adunco soliti su-
spendere naso , in me acriter exclamarent . O vere syllabicum immò abecedarium &
caput & Calendarium . Onimiam tanti laboris , &
temporis in re tam futili iacturam ! quibus ego
bilioſus homo dum pariter , vt par pari refer-
rem , exclamando respondebam , o verè plus-
quam sequipedalia maledicorum ampullario-
rum verba me aëris verbera ! o nimios noua-
rum rerum omnium osores iniquissimè nasutissi-
mos ! maledictis cumulatè repensurus illico
expergicor : ita mihi cum somnoriis . hisce
Phantasmatis somnus ipse Deorum innocen-
tissimus agendum censuit ; at verò iam mihi
vobiscum , ut potè vigilanti cum amicissimis ,
longè aliter res erit ; quando enim mysticam
hanc nostrata Ephemeridem paucularum hora-
rum succisiuam opellam , æqui , bonique con-
sulentes , tam benignè intuemini , lateatia Di-
stichis mysteria patefaciam . Tot ea in primis
constant syllabis , quot mensum singuli die-
bus . Festorum dierum primæ syllabæ ijs quæ
quæ in syllabis , quæ suis in mense diebus re-
spondent , grandioribus exaratæ literis collo-
cantur , vt suis omnes fixæ locis facilius co-
gnoscantur , memoriaque tenaciùs inhærent ,
quibus nulla alia in eo Disticho similis sylla-
ba reperitur , ne eiusdem syllabæ repetitio er-
roris ansam præberet . Distichorum singula-
sui nomen Mensis inclusum habent , vt in-
quem illa conueniant , nullo negotio videri
possit . Verborum sensus aut anni per id tem-
pus tempestatem , aut certè ad eruditionem ,
& pietatem apta continebit . Denique vt in
syllabis numerandis ambiguitas vitetur , om-
nis hic Synalæphe & Ecthlipsis vitatur . Cæ-
terum quod in eis contortum , ac difficile erit ,
rei difficultas , quæ manum ad opus admouen-
ti abunde patebit , excusare poterit , & quod
dissonum , iucunda artificij nouitate , vt spero ,
compensabitur .

Valete .



IANUARIVS dies habet 31.
CIRCumagatur EPistola primo strenaque Iano.
ANTIQUOS SEquimur, modo PAVper census abundet.

FESTA Ianuary.

Distro comprehensa.

Die, 1 CIRCumcisio Domini.

& 6 EPiphanie Domini.

Syl. 17 ANTonij Abbatis.

laba 20 SEbastiani Martyris.

25 PAVli Apost. Conuersio.

Epistola) quia ineunte anno boni ominis gratia Amicis salutem dicere, & absentibus litteras dare solemus.

Primo Iano) i. sub principium Ianuarij primis labris, primo Vere &c.

Strenaue) Nomen, ait Symmachus Epist. 35. lib. 10. indicio est, viris strenuis haec conuenire ob virtutem.

Antiquos sequimus) Kalendas, inquit idem Symmach. ibid. Epist. 27. Anni Auspices, quibus mensium recursus aperitur, impertiendis Stre- nis dicauit antiquitas.

FEBRVARIVS dies habet 28.

IMPVRI perAGant, ad id APTus mensis habetur,
FEBRUA: CONducens hoc (clamat Virgo) suasi.

FESTA Februarij.

Distro comprehensa.

Die 1 PVRificatio Beatissime Virginis Mariæ.

& 5 AGathæ Virginis & Martyris

Syl. 9 APolloniae Virginis & Martyris.

laba 19 CONradi Confalon Plac.

24 MATthiae Apostoli.

Februa) Februum Sabinorum lingua Pur- gamentum dicebatur, & a Februis Februarius appellatus est. Impuri peragant nam Februa, quibus malefactorum conscientia lustrari dele-

rique peccata credebantur. Ouid. Fast.

Virgo) i. Maria Deipara, quæ postridie Cal- huius mensis templum ingressa ritè lustrari voluit, et si nec illustrius quicquam ipsa fuit, nec purius, ut nos ad idem suo conduceret exem- plo.

Suasi) Disyllabum hoc loco est, & versus Spondaicus; sed bissextili anno trisyllabum fit, & vt anno dies, ita versui syllaba superadditur, & tum versus definit esse Spondaicus.

MARTIVS dies habet 31.

MARS reuocAS ver: nix AQVeis fugit impigra plantis
. Vt Maiora BENignior ANNus commoda præstet.

FESTA Martij.

Distro comprehensa.

Die, 4 CASimirii Confessoris.

& 7 AQVinat. Th. Doct. Angelici.

Syl. 19 IOsephi Sponsi S. Mariæ Virginis.

laba 21 BENedicti Abbatis.

25 ANNunciatio B.M. Virginis.

Reuocans ver) quia Martio mense trime- stre veris tempus reuocatur, vt Astronomorum

sententiam sequamur, quam docet Clavius Comment. in cap. 2. spher. cum Sole ingrediente signum Arietis incipiat ver.

Nix fugit) quia ex Virgilio 1. Georg.

Vere nouo, gelidus canis, quum montibus humor- Soluitur, &c.

Benignior) quia ex Ouidio 1. Fast.

Tunc blandi Soles, &c.

APRILIS habet dies 30.

Quam FRAgilis florum constantia LENIS APRILIS
Quos florere, videsque GEmens MARCescere PEr SE !

FESTA Aprilis.

Disticho comprehensa.

Die, 2 FRAncisci de Paula Confess.

4 11 LEonis Magni Papæ.

Syl. 23 GEorgij Martyris,

Ioba 25 MARCi Euangelistæ.

29 PEtri Martyris.

20 SENensis Catharinæ Virg.

Fragilis) quia, vt Florentissimus Elegan-
tiarum, & Gratiarum, quin etiam Floræ ip-
sius Auctor Io. Baptista Ferrarius floride dixit

in sua Ætate Florea, Fragile Floris decus est,
& fugacissima Florum formositas.

Marcescere) quia flos non modo citò pe-
rit, nam

Sole oriente oritur, Sole cadente cadit;
sed s̄æpe alios etiam perimit, cùm multi crebris
floribus perfusi, eorum copia exprimirint, quod
me nuper ex Barthio docuit Eruditissimus &
elegantissimus Vir Angelicus Aprosius, alias
Scipio Glareanus, in suo Scuto Rinaldi cap.
19.

MAIVS habet dies 31.

PHILtrum CRVx; MOriens pereGRE venientibus illam
Obtulit, vt redament, Christus NEc MAIVS habebat.

FESTA May.

Disticho comprehensa

Die, 1 PHILippi, & Iacob. Apostoli.

4 3 CRVcis Inuentio.

Syl. 4 MONichæ Matri S. Augustini.

Ioba 9 GREGORij Nazianzeni.

16 Nerij Philippi Congreg. Oratorij Fun-
dat.

Philtrum) est quicquid alteri eo animo
datur, vt cum ad nostri amorem inducamus.
Crux autem Christi Philtrum est, quia ea ad
Christum redandum nos inuitat, qui prior
dilexit nos.

Peregrè venientibus) idest, mortalibus
omnibus, qui in hac lachrymarum valle pere-

grinantur. Vt autem Peregrè significat tam-
motum de loco quam ad locum, ita Crux tam
in vitam, quam de vita properantibus à Christo
oblata est.

Obtulit) quia ex Ambros. serm. de Pass. Au-
thor pietatis in Cruce pendens testamentum
condidit singulis pietatis opera distribuens:
Apostolis persecutionem, Iudeis corpus, Patri
Spiritum, Virginis Paronymphum, Latroni Para-
disum, Peccatori Infernum, Christianis verè poe-
nitentibus Crucem commendavit.

Nec maius) quia vile præ Cruce aurum est,
ex doctissimo Nouarino in Umbra Virginea lib.4.
cap.49.

IVNIVS habet dies 30.

IVNIVS arsit, in igne videBAR; at ANTe caloris
Vim PROMet quALem? maiOr vis vlla rePERta?

FESTA Junij.

Disticho comprehensa.

Die, 11 BARnabæ Apostoli.

4 13 ANTONij de Padua.

Syl. 19 PROtasij & Geruasij Martyrum.

Ioba 22 ALoySJ Gonzagæ Soc.Iesu.

24 IOannis Bapt. Natiuitas.

29 PEtri & Pauli Apostolorum.

Iunius arsit) Æstatis feruor indicatur, nam
æstiuum trimestre hoc mense inchoatur.

Ante) pro antea, sic Virgil. Ægl. I.

Ante leues ergo pascentur in aethere cerui.

Vim promet) quia adulta, & virili ætate
fortior illius feruor esse solet.

Ma-

*Maior) nam ex Quid. 15. Metam.
Transit in astatem post ver robustior annus.*

*Fitq; valens lumenis, neque enim robustior atq;
Villa, nec uberior, nec, qua magis ardeat, villa eph.*

IVLIVS dies habet 31.

Quod VIS imperium tenuit, cumulumque BONorum
IVLIVS, inde MAGis se IACtANT quotquot ab ilLO.

FESTA Iulij.

Disticho comprehensa.

*Die, 2 VSitatio B.V.ad Helisabeth.
¶ 14 BONauen.Doctoris & Cardinalis.
Syl. 22 MAGdalenaæ Mariæ,
Iuba 25 IACobi Apostoli.*

26 ANnæ Matris B.V. Mariæ.

31 LOyolæ, 1. Ignatij S. I. Fundatoris.

*Ab illo) 1. à Julio, id quod de Quintili
mense dictum videtur, qui à Julio Cæsare tum
nato Iulius dictus felici nomine, ac omne glo-*

*riatur, Nonnulli enim ait Caussinus de Eloquent.
l.4. c.39. curiosius notarunt: fatalem qnemdam
nominum cum rebus consensum. Duo Attys il.
lustres fuerunt, uterque ab apero imperfectus est.
Cesares, quibus Cay prænomen fuit, ferro perire,
&c. Sic eloquentissime nuper, ac ingeniosissi-
mè lusit Doctissimus Vir Hortensius Pallavicini-
nus in suis Austr.Cæsarib. Tu, inquit Tua, Tu-
rumque gloria, cui nomen ipsum MARIA ANNA
imperium, & gratias loquens, non solum pro pra-
fagio; sed & pro historia. & panegyrico, est, &c.*

AVGVSTVS dies habet 31.

PErbreue DOgMA TRAham: tibi LAVs AVGVSTIOR AStRO,
Veste ruBER quod sol es BARtholomæ DECora.

FESTA Augusti.

Disticho comprehensa.

*Die 1 PEtri ad Vincula.
¶ 4 DOMinici Confessoris.
Syl. 5 MARæ ad Nives
Iuba 6 TRANSfiguratio Domini
10 LAVrentij Martyris.
15 ASumptio B.Virginis Mariæ.
16 Ruchi Confessoris.
20 BERnardii Abbatis.
24 BARtholomæi Apostoli.
29 DEcollatio Ioannis Baptiste.
Dogma traham) 1. colligam hanc breuem*

*Sententiam, Quo difficilior victoria, eò mai-
gloria.*

*Augustior astro) 1. Sole splendidior, qnem
Fulgebunt iusti, sicut sol, in regno Patrii eorum
Matth. 3.*

*Veste) 1. pelle, quæ D. Bartholomæo ad-
huc viuo crudeliter detracta.*

*Ruber) 1. cruentus, & rubicundus ob ex-
coriationem Martyris à Carnifice factam.*

*Decora) 1. purpurea, regali, & Principe
digna, quia non murice; sed Apostoli sanguine
tincta.*

SEPTEMBER dies habet 30.

Fructibus autumnum vix NATe TOT impiger EXPles
SEPTEMBER, quot aMAT MAVors feritatis aMICos.

FESTA Septembri.

Disticho comprehensa.

*Die, 8 NATiuitas Beatissimæ Virginis Mariæ.
¶ 10 Tolentinatis Nicolai.
Syl. 14 EXaltatio S. Crucis.
Iuba 21 MATthæi Apostoli, & Euangelistæ.*

22 MAVritij, & Soc.Martyrum.

24 MIChaelis Arch. Dedicatio.

*Fructibus) quia September Autumnalis
mensis est, ac proinde nos magna fructuum co-
pia locupletare solet.*

Maners) 1. Mars per epenthesim licet ali-

Mar-

partem quasi Mauortem per syncopen dictum
dicit. Mamers à Sabinis vocabatur, et Gra-
mum etiam à gradiendo, et serpendo dictus est,
quocque Marti Gramen sacrum erat, quia ex
Gramine ortus credebatur, vel quia Gramen
a humano cruro procreatur, vel denique,

quia Gramen *vinax*, et *inexpugnabile* dicitur,
quod Marti conuenit, vt optimè tradit Thui-
lius Mariae montanus in *Embl.* 26. Alciat. etc.

Quod amat) Mars enim Martiales, et Bel-
licosus bellicosos amat vniuersos.

O C T O B E R habet dies 31.

Otia FRANge pedum modulis OCTOBRIA TExtis.
Et LVCra rus VRbana dabit, Parnassia proles.

FESTA Octobris.

Disticho comprehensa.

- Die, 4 FRANCisci Assisiatis.
15 TEREsiæ Virginis.
Syl. 18 LVCæ Euangelistæ.
Iula 21 VRbulæ, et Soc. Virginum et Martyrum.
28 SIMonis, et Iudæ Apostolorum.
Otia) 1. Vacationes autumnales.
Frangæ) Misce, et tempera otia leuiuscum-
lis humaniorum literariorum negotijs, ne aut inge-

nium graui, & assiduo labore nimium lassescat,
aut nimio proflus otio torpeat, & hebescat.

Pedum modulis carmina texendo, & amœ-
niores mulas excolendo.

Vrbana lucra) 1. progressus Academicos,
dum grauioribus studijs operam damus.

Rus) 1. rurestre otium, vacationum enim
tempore, vt moris est Academijs urbanis ad
otiandum foras exitur.

NOVEMBER dies habet 30.

SAt, DE me CARa tibi, tegeris MARTine NOVEMBRIS
Lux, ob id vt PRAE te nil duCAT sidera titAN.

FESTA Nouembris.

Disticho comprehensa.

- Die, 1 SANctorum Omnim.
2 Defunctorum Commemoratio.
Syl. 4 CARoli Archiep. Mediolanensis.
Iula 11 MARTini Episc. Turonensis.
21 PRÆsentatio Beatissimæ Virginis.
25 CATHarinæ Virg. & Martyris.
30 ANDreæ Apostoli.
De me cara) 1. abscinde tibi pallij tui par-
tem licet ea tibi cara sit, vt ea pauperem in-
duas.

Sar tegeris) 1. adhuc altera discissi pallij
pars te satis operit.

Nouembris lux) quia dies festus D. Marti-
no sacer undecimum huius mensis diem illu-
strans, Mensem ipsum exornat, ac splendi-
diorem facit.

Obid) 1. dum, vt inopi consuleres, te ip-
sum spoliasti, factus estam nobilis ac illustris,
vt stellis & Sole ipso speciosior, ac pretiosior
euaseris. Videatur in hanc rem Pulcherrimum
doctissimi, ac disertissimi P. Masculi Encomium
tom. 1. die 11. Nonemb.

DECEMBER dies habet 31.

NeXA gelu quoNIAM, CONCretaque barba DECEMBRI,
Mi tuus his THOrax vtiNAM stet, IOB, IN abyssIs.

FESTA Decembris.

Disticho comprehensa.

- Die, 2 XAuerij Francisci Ind. Apost.
6 NIColai Episc. & Confessoris.

Syl. 7 AMbroſij Episc. & Doctoris.

Iula 8 CONCeptio Beatissimæ Virginis Mariæ.

21 THOMæ Apostoli.

25 NATiuitatis Iesu Christi.

- 26 STEphani P. otomartyris .
 27 IOannis Apost. & Euangelistæ .
 28 INnocentium Mart.
 31 Silvestri , Papæ , & Conf.

Nexa gelu &c.) quia December barbam, ipsam habet imbre madidam, niue candidam, & glacie gelidam, quæ tempestatis hybernæ præcipua indicia sunt.

Mihius &c.) i. vtinam , sanctissime Iob, thorax Patientiæ tuæ mihi quoque præsto sit in-

his ærumnarum abyssis, ac temporis interie, vt armis tuis armatus aduersa omnianter perferam . Sua enim habent milites Arma ; & Præsidium, quæ Copiamè , vt cætera solet omnia , in suo Præsidio Romano summa cum eruditione lo. Pet. Crescentius , Quo, ut Corona Nobilitatis & Amphitheatrum ipsum Romanum iam nesciunt testantur Orbi, non ingeniosior, & facundius alter ,

Legisti Lector Candide Doctissimi Passerini Calendarium : ingenium Authoris veneratus applausum & admirationem pependisti . Ergo perge vterius , vt cetera , quæ te docet Astronomicus Apollo adiscas .

De Indictione ,

CCCXCIII.

Est Annorum xv. reuolutio ob tributa inuenta . A 24 die Septembris incipit ex Imperatorum decreto: quo videlicet tempore ob frugum maturitatem tributa optime pendi possunt . Pontifices vero, vt cum annis Nativitatis Christi concordaret à 25 Decembribus illam computant . Scire hoc debent Tabelliones actuarij & Notarij Pontificij & Cæsarei , ne in designanda oberrent .

Christus natus est Indictione iv. Ergo , vt scias Indictionem anno correspondentem , annis æræ Christianæ adde tres annos , & restantem numerum diuide per 15. & residuum erit quæsita Indictio . Quaratur juxta hanc Regulam Indictio anni 1582.

Annus Christi .	1582
Numerus addendus .	3
Summa	1585
Et diuisa per 15. dat	105 (10)

Ergo ab anno illo , cuius respectu primus Christi fuit quartus ad annum 1582 transiuerunt 105 integræ reuolutiones , & supersunt 10. anni . Ergo anno 1582. Indictio est 10. Similiter hoc anno 1661 Indictionem quæramus .

Annus Christi .	1661
Numerus addendus .	3
Summa	1664
Et diuisa per 15. dat	110 (14)

Ergo ab eodem illo tertio ante Christum anno ad 1661. fuerunt 110. integræ reuolutiones , & 14 anni . Hoc igitur anno 1661. est Indictio

14. Regulam hanc Chronographi ad numeros sequentes reducunt .

Si tribus adiunctis Domini diuiseris annos . Ter tibi per quinos, Indictio certa patet . Etiamnum Indictiones in vtroque foro (Pontificio & Cæsareo) numeramus . Sed cur? Quicquid solebat fieri , cum suberat ratio ,

De Quadragesima .

CCCXCIV.

Nascatur pulchræ similis Catha inula matri : Hoc Iuno coniux velit & Germana Tonantis O precor , atque Dei mater Cythare, iocosi, Os: Rex velit hoc Christus : stellantis Olympi, Connubijque heet grato vos pignore fautor , Author, hic, vt vestri nunquā turbentur amores Procuret, curet, Christo inquā hæc auspice vobis Et precor & spero connubia prospera . Spera . Hoc tua laudati pietas hoc clara parentis Promeruit , meruit, virtus vigilesque labores Hoc meruere patris, qui,dum sua pagina libris, Ingeniisque suis viuet calor , omnibus orbis Paribus . Eois simul Hesperijsque vigebit Arte typographica , Graphica, famaque perenni Praclarus , Clarus . Nostra nunc vrbe Senator Hui quam se comē ostendit, quā cjuibus æquū Nestoreos annos dignus vir viuere . Verè . Tu quoque fac patris vestigia clara lecutus Laude in ea firmè perstes ; dum vita superstes , Perstes . Insignem multa tereddidit arte Pallas , & eloquio facilis natura laborque Ditauit KIKIPONCΣ Heros, His artibus altum Ad celebris famq; culmen concenditur, Itur . Sed quodigredior. Procul hinc procul aufiget plā Angor, Letanti veniat vutlu Cythareia , (gor Eia , Deçque puer pennatus. Natus , & ille Bis genitus Cithare veniat pulsator Ephœbus , Phœbus, & Aoniæ Musæ, Pallasque Tritonis , Cumq; tuo Semeles puer adsis Bacche liquore

Diuino , Vino : Generoso pocula Baccho Despumant, Spument. Volq; ò nunc frōte feror: Este hitares iuuenes,nitidæque ætate pueriæ, Lætitiae locus hic fertis, talibusque , iocisque; Suauiolis . Violis, Curarum hinc omnis abefla Fluctus, Luctus, atrox procul hinc abistat Erynni Quidquid triste, animis secludite, Luante , ny. Quisq; sua apprēdat: leuis innecūte dextras, (p) Atque Ixes animis latis agitate choreas . Iani canit & citharam pulsat crinitus Iopas, Oppas Quæ iuuenes, quæ vos tam sera moratur Segnities, En sponlus adest: Quis gaudia sponlio Distulerit præsente ? dies decedit, Olympo Deuexo propior fit Vesper , & humida calo Nox ruit , ad thalamos sp̄osū nouus incitat ignis Insolitus , facet Acer, amor præcordia tota Occupat , & sponsa ad genitalia gaudia policit Non experta antehac æqualia Qualia? Nels: Sed quis erit verbis Echo, modus? exigat annos Mille , Ille, & quantos vixit Cumæa Sybilla, Illa , beati ambo, sero, videantque nepotes, Tuq; vale, & nobis dic Nympha : valete. valere

In nuptias Dn. HERMANNI MYLI BIRCKMANN nec non Sophie à Vvedich Dn. Hermann à VVedich filie ,

CD XXVI.

S Vpprimier Mylius mea Carmina iussit , op: Quod pomogræcos ille timeret equos At vox qui genus hocce nouum nouistis equos In lucem nugas vultis abire meas ? Ecquid agam? sponsi non est violanda voluntas Nec fas Quentelij spernere iussa mihi . Ergo licet vigili nondum data carmina lima Quentelio tamen hæc dedico scripta Sic cū scripta quidē tamē haud impressa, lucrum Vt fiat voti compos vterque sui ,

ECHO.

Tēpora vincus Hymē fertis (sacra Nympha) Ecce nouos, noua festa parit noua gaudia certa Solemni ut sponsam iungit sibi foedere Sponsus Fallor an est Mylius (Mylius cui nuper agenti Gallorum in regnis fratremque piumq; parenti Vno eodemq; anno mors abstulit horrida? cūis Occiduisse plagis notumque est nomen Eois: Ois. At egregio quæcumq; est hæc corpore Nympha Quam sibi Felici coniungit foedere Tœda . Ede. Futasne hæc est quam verbis nuper amic Affari solitus . Cum nostra o dice: et illi) Gaudia , tu noster amor sanguisque caroque O quæ Frōtis honestus quætus? nōne illa Cythere Idalia est ? Alia est . Nisi me sententia fallit Hermanni de VVedichs est filia, pectore catto Prædita? ita. At quæcumq; hanc multis è milib. vns Ducere iussit eum spes ? AS? non eris egenus Hic qđeo cupidusne . sacris virtutibus aurum vt

vt preponat, erat. Quænam res ergo repente
insolitos adeo Iuneni (Dea) fuscitat ignes
Id mihi cōmemores? Mores. Hi in Virgine primū
Dein placuit pietas. Aetas. Formæque venustas,
Natiusque calor, violæ, & cui lilia cedant.
Quis Porphyreticis amet ælypa, vt Pudor inges)
Mixta lutis? OYTIS. Fucū hæc pigmætaq; nescio
Natiuo formæ contenta decore? DECORÆ,
Scilicet vt proprio contentus lumine, lumen
Nullū aliundē petit Titan. ITAN? Ecce venusta
His veluti formæ radijs ac somite virgo
Accensum pectus Iuueni inflammat amorem.
Quis memoret quantis ex illo tempore pressus
Solicitudinibus (quantos fiet ille dolores
Percessus? Quis vota canat, suspiria, quæstus? (lori
Æfus. Sed quodnā huic rāde (sacra Nympha) do-
Inuentum lenimē? HYMEN. Que vulnera primū
Ergo infixit, opem (dictis memorabile) sponso
Hæc eadā feret? Hæc eadem feret. Oscula iungeret
VNGET. Achilleo, sic quondam scilicet hosti
Tuta manus pariter (quis nescit) vulnus opemq;
Attulit. An simili hæc Mylio ratione medela
Contigit aut secus. Haud secus hæc spōlo ergo sa-
luti
Si medicamē. Amen. Verum venit Hespetus, vxor
Dicitur ecce Myli, tibi, deserit Hesperus Oetan.
O felix sponso hæc, O felix vespere. Spera.
Sed (qui virginibus mos est subducere sponsas)
Iungi nocte viro prima illa cauebit? Auebit.
Quicquid id est tu sponse vide, quæ restat opinor
Fabula. Cortinas inter peragetur? Agetur.

Alia in obitum prudentissimi Viri
ARNOLDI MILII SENIORIS.

Senatoris & Typographi Coloniensis.

 C D X X V I I .

Q Vis nouis hic luctus? totā plágoribus Vrbē
Effusa in lachrymas video miscerier, ac,
cen
Mœnibus immineant hostes, iuuenesq; senesque,
Omnes insolitos premere alto corde dolores
Nescio quos, Scio quos. Scin' quas edilcere causas
Oliceat neque de paucis rogitare scientem
Displiceat, Liceat. Sicne olim Martia Drusos
Roma suos Deciosque ac seui fulmina belli
Scipiadas vita cassos defere solebat?
Emiliosque suos, Fabios fortésque Camillos?
Illos; Nam similis nostram quoq; percultit vrbē
Casus? an eruptus nobis quoque forte Camillus
Est alius. Decius ve aut quisquā concidit alter
Emilius? MYLIUS. Myliusne heu mortuus ille?
Ille, vrbis column? lumen Vere occidit ergo
Musarum Titan Itan? occidit? occidit, eheu,
Ille senatoris qui, dum rata vita manebat,
Cessit in vrbē Vbiūm sacra non ita munia pridē?
Idem. Quique annos dignus superare Sybillæ?

Ille, secatrices poterasne inhibere parumper
Parca manus atrox? anus atrox? Hei miliifata.
Crudeles nimium heu Parcæ nimiumque seueræ.
Vere. Quid vita hæc tenuis nisi PVLVIS & VMBRA?
Et quid homo nisi fumus? humus, sic ne ergo pe-
Ibis Tantorūne operū vanescet in auras (ribit?
Fama quibus Musis harumque sequentibus artes
Omnibus ille modis studuit prodesse? Camœnæ
O tantum perhibete nefas, vestrisque ciete
Acribus o stimulis vares Heliconis alumnos,
Vt Mylio inferias dignas pietate rependant.
Endant. vos etiam exsequias persolitite Musas,
Ac tumulo latices aspergit. Pergite, vestris
Dum vixit fauit vir partibus. Artibus. An non
Sic dices? an nō hoc pulchrū tibi Nympha, vi-
detur,
Huc toto Musas properare Helicone relieto,
Ac Mylij innumeris numeris decorare sepulchrū?
Pulchrū. Sed Mylio refert, vnde hec gloria venit?
Vnde honor iste viro? num à stirpe petitus auita?
A vita. Exemplum totine hæc præbuit orbi
Terrarum? rarum Quantos heu mente labores
Sustinuit. Quis eo iusti seruantior? author
Consilijs quam non hic sutilis! Vitius. Ecquis
Hoc melior lites componere? ponere? Quisnam
Promptior hoc ad opē afflictis miserisq; ferēdā?
Quis demū hoc pacis (ciues quæ seruas & vrbes)
Communisque fuit studiosior, oro, salutis?
OTTIS, Inexpletæ val formidabile Mortis
Imperium! sicut ergo Myli squalentia regna
Ignauique nigrum Cocite littus oberras?
Erras. An cœli potius, dic Nympha, beatis
Ille sacris fruitur nunc sedibus? adibus. Ergo
Quid frustra vltterius questus lachrymasq; ciemus
Heu miseris? seras, satiisne age, vertere vela
Gratarique anima hinc regna ad cœlestia raptas?
Aptæ. Quid lachrymas gemitusq; quid anxia pro-
Affiduè cumulare nouis suspiria curis? (dest
Vris. Refne viri est frustra opplere omnia vanis
Lamentis? amenis. Habet quoq; luctus, vt omnes
Res aliae, certum finemq; modumq; Quid ergo?
Num stolidi sumus, aut rectæ rationis egeni,
Qui, quasi defuncti aetū reuocentur in auras,
Incassum lachrymis ploramus funera mœstis?
Estis. Apud superos omni nunc ille solutus
Anxietate, Dei fruitur dulcique beatoque
Aspectu, insani deridens gaudia vulgi,
Fors etiam nostros celos derider ab axe
Fletus, letus & inuidiæ face liber ab omni
Aloquij fruitur Diuorum, Præmia dantur
Hæc cine post casus superatos militi acerbos
Emerito? merito Verum quo pectori fatum
Sustinuit, retrone amens vestigia pressit?
Insuertasne vias tremebundus gressibus, Echo,
Corripuit pauidis? anidis, mortemne reluctant
(Vt solet incautum ac nimium variabile vulgus)

Oppetit, petiit, nimirum ut corporis huius
Mole soluta graui, vincisque exuta caducis
Libera cum Christo posset mens viuere, Verè.
Æthereas doner (quod nunc exsangue sepulchri
Conditur hoc tumulo) corpus reuocetur in auras
Atque alti repetens sensus collegia, terræ
Emicer è tenebris aliquando. *Quando;* Tribunal
Angelicane tubæ ad Christi vocitante: *citantे.*

Idem Ioh. Honth.

Alia in nuptias Ioan. Goldschmidt, & Gertrudis Reussiae.

CD XXXIII.

Seu Dea seu vox es, seu quicquid es antra
relinque.
Horrida paulisper, precor o resonabilis Echo.
Quid cessas: ubi tarda lates? nec te audio, nec te
Inuenio. *Xenin.* Viden' hęc sacra Nympha, verusto
Saxo templa Deo Regi Hellantis olympi
Condita, ita, & strepitus audis dulcēq; tumultū :
Multum. Sed quid agunt? (neq; enim discernere
possim)

Rident an plorant: *Orant.* O musica! voices
Pegasidum iures dulces has esse dearum.
Harum, Latoidi voxne illa videtur Ephoebi:
Phoebi. Ecquis Cytharae argutam, dic, pulsat
eburnæ (quamur

Nympha fidem. *Idem* At nunc paulo maiora se-
Linquentes cytharas Aras. Huc mente oculosq;
Flectamus, Viden' hunc lunato poplite sacras
Prostratum ante aras iuuenem, iuxtaque soluto
Crine Deam ambrōsio fulgētē fallor, an hic est
Janus, & hæc nostra est Gertrudis Reussiae virgo?
Fors fallunt oculi, nouisti: isti, Ergo puellam
Janus amore sibi xoperat, vincloque iugali.
Coniungi: *Iungi.* Quid eos rogar oro Sacerdos?
Gertrude: *xuu lano, & tu Gertroudis Ianum?*
Hoccine Nais: *Ais.* Coniux qui ad ista nouellus
Respōdet? Spondet quid Reussiae X. Deus author
Gonnubij incepis adsit, faxitque secundo
Producant cursu centum felicitet annos,
Alterutrique alter siet omni tempore vita
Dulce leuamē Amen. Nūc si lubet ire, Cauernas
Vimbrosas Echo repeate. i; licet, antra require,
Horrida. Cede precos nimium mea fessa fatigat
Guttura raucedo, *Cedo.* Iam gaudia nobis
Præbebunt alia viuentes viuida Nymphæ,
His dare grata iocis blandis permixta licebit,
Oscula, sermones his cum miscere licebit,
Integros tu de multis extrema remittis
Tantum verba, nimis præcisa, valeto. *Vale & tu.*

Idem.

Alia D.D. Petro Beyvveg, Godefrido Snel
Henrico Andreæ Gailio, & Ioanni VVall
SS. LL. Licentiæ Laurea recens condeco-
tis. conscripta ac dedicata.

CD XXXIX.

Si te, Nympha, vocem, nunquid mihi ve-
roganti.
Dic respondebis tria: *Bis TRIA,* Fasne mibi
Quattuor hos iuuenes legum cantare sacrarum
Laude coruscantes: *CANTES* At forte suarum
Abs alio poscent laudum præconia vate:
AT Nonne vides has, o sacra forores,
Doctiloquas O QVAS: Musas censemne decet,
Concelebrare suos istas prædiuite vena
Symmistas: *litas.* Me docti inscritia versus
Solenni haud sinit hoc tentare adeo ardua festa
Esto. Sed vnde viris (hoc vnum Diua recent)
Quo ve modo hæc frōdes (quæ circum tempora
partæ:

ARTS, sacræ Themidos: sic certe adopinor, Op;
Præmia tanta ferunt antiqui scripta lafonis:
Azonis. Lectusque iterumque relectus, *Vbaldus*
Baldus. At à nobis procul hinc sit Baldus.
Vbaldus.

Bartholus, & fama quamvis super æthera notus
Alciatus *Cyatvs.* Cyathus despumst laccho
Aureus, atque iterumque iterumq; reuersus
orbem.

Circumeat, Quid iners retinet tua pocula dext
EXTRA Num calices sic euacuabat Vbaldus:
Baldus * Nūgarū satis est, abeamus, *EAMVS.*

Alia in mortem Clarissimi Viri
Ivxti Lipsi.

CD XXX.

Ergone Lipsiadem etiam in sua fata rapaci
Eheu pertraxit mors truculenta manu!
Nec quiquam pietas, animi nec candor hæc
Artibus, aut cultum profuit ingenium!

Pro dolor! O dolor! At quænam hæc vox missa
per auras

Auribus insonuit num tua Nais: *Ais.*

Quid ploras: oras? Etiā te hæc funera tāgū!
Augunt. Et dolor hic te quoque lādit. *Edn.*

O pia Nympha: meis semper quę mœsta querelis
Assicias questus officiosa tuos,

Tene viro inferias etiam bustumque parate,
Tam bene de Musis promerito! O merito!

Carmine quis canat hunc digno, verbisue solutis:
ΦΥΓΙΣ. Et hic nostra dic quoq; laudis eger!

Haud is eger. Satne huic lacrymarum & laudis
abunde.

Si vel eum nemo carmine flerit: *Erit.*

Quid precor ergo animam nisi Christus vt ipse
Sæctuq; accipiat cū Patre Flamē: *Amen.* (beata)

Idem.

Alia

Alia in libellum de Aſſe D. Georgij Henischij
Medicinæ & Matheseos Doctoris Clarissimi.
GEORGIVS HENISCHIVS.

Anagramma.

OH EGREGIVS HIC NISVS.

CD XXXI,

Nicitur ad laudis decus altum Henischius,
Echo.

Oh mihi dic: An non NISVS HIC EGREGIVS?

RECIVS, Ingenio nunquid vir præditus acri?

GRATVS & ille VIRIS, dic age Nais. Ais.

Id sonat Hebrais HENICH adopinor. opinor.

Illiū hinc omen, nobile nomen habet:

Omen habet. Toti quando ergo est cognitus orbi,

Amplius ille meæ nil puto laudis eget.

Haud ss egēt Verum quid erit dic nomine, cuius

Illum sera colet posteritas? Erit as.

Rectene explicuit, quænam natura fit ASSIS?

An scripta hæc reris digna latere? Tere.

Commoda dic an erit mihi perceptura Iuuentus

Illiū è Libris quæ sibi querit? Erit.

Oh ergo EGREGIVM NISVM pulchrumq; labore,

Quid decus egregium perpetuumque feret.

Idem Io. Hond.

Alia in nuptias D. Iacobi Sagittarij & D. Magdalena Ho. nburgæ: à quodam Daniele Saxonie composita.

CD XXXII.

Echo garrula iam loquare.

Quare? Quid sagittifer ille gaudet?

An in rete feram coeger?

Ei ielo penetrante vicit?

Nam trux, horribilis, proterua?

Nunquid cornua gestar illa?

Quid? iuuencta, vel vetusta?

Forsitan cornuta fuit puella?

Cutfauit tria pene lustra.

Hanc feram-ne sagitta laſit?

Ignes incipit hæc fonere?

Venatoris amore rapea?

Hac mitis, proba, mullicella?

Hac est florida, delicata?

Hac est ferax, quasi viris alma.

Iestipignora num datura?

Vivunt molliter absque lite?

Annos quo superabit ille?

Et quot secula Magdalena?

Echo garrula nunc abibis?

Nonnullæ Aoces liberius ponuntur: sed hæc ipsa libertas suam gratiam habet.

Alia Homini viam rectissimam ad cœlum ostendens.

CD XVIII.

Sapiens amatne voluptatem, an fugit? Fugit.

Quid egit post in hisce vita totius

Tempus exactum? Actum. Sed quam ciuiſſima

Ad mortem via? vel Tartaro quis proximus
Consensu? Sensu... Vitam quisquis deligit,
Amatne pulchritudinem eius, an Deum?
Eum. Ergo per terrestrium mortem datur
Vita? Ita. Quid amplius corpus meum petis,
Quando suam clarissime sententiam
Tum manifesto declarauit numine?
R. Temerarium & periculi plenissimum
Obluctari diutius, accipio ingum.

Textoris lib. 3. Prosodiæ . ECHO.

CD XXXIV.

Dic mihi Nympha canis habitas qua in
vallibus Echo
Semicaper Fannus. cur ita clamat? amat.
Quæ tamen illa furit cuius malefanus amore
Deuitis à Codri filia Nais? ais.
Est opulenta quidem sed turpibus obsita rugis
Debuit hanc bifrons ducere Janus? anus.
Candida me vero Thaumantias vrst amantem
Cuius forma decens est generosa? rosa.
Huius amore flagro. sed dic resonabilis echo
Quæ res ergo graues sunt in amore? moræ.
Ver est conueniens blandis & amoribus ayrum
Vere novo sponsum me fore reris? eris.
Interea gelidis in vallibus ipsa valeto
Vox tua sape mea voce sonabit? abit.

CD XXXV.

In Castro Doloris (liber est curiosus,
quem P. Eugenius à S. Joseph in morte Ferdi-
nandi III. Romanorum Imperatoris euulgauit)
reperitur hæc Echo.

In Parnassi aliquis, Quis? nescio, monte canebat,
Pallenti in Cælo squalebat Luna colore,
Ore: solum lacrymis Aurora, Rore, madebat,
Hoc Phæbus morsens, Oriens, dignus nè dolore?
Vulcanus, Canus, late per testa ruebat,
Atque Aule è lignis Ignis strepitante fragore,
Re. Ne forte dies tenebrescat lumen habebat,
Phæbi commotus, Motus Vulcanus Amore.
Cælica caſtra, Astra, ascendit Fernardus Achille
Major. Hic occasum Casum Sol nescit: Atratur.
An Laurum, Aurum Vulcani petiere fauilla?
Illæ. Aurum Casar fuerat. Nempe igne probatur.
Rumore, Ore fremit cur Aulicus omnis? an illæ
Fit Laurus exusta? Vsta. Phæbo obeunte crematur
Versus sunt Metro-rhythmici, quoniam
numeris Heroicis, & concentui Rhythmico, cui
apud Hispanos Soneto terciado nomen est, cor-
respondent.

CD XXXVI.

STEPHANVS Tabourotius cap. 16. agit de
Echo: & quia Lucretius dixerat.
Sex etiam ac septem vidi loca reddere
voces.

inquit, An Echo duplex aut triplex
possit fieri? & respondet Tetraſtichum hoc pro-
ducendo.

Ex

*En grand remord mort mord,
Caux qui parfaict faix faict,
Ou par effort fort fort,
Des clers sous frans rezrais.*

Addit Echones aliquas Gallicas, in laudem, in vituperium sceminarum, &c. à Bellayo, Maroto, Pasquierio & alijs poëtis claris compositas; & hanc Latinam, quæ VIDVA inscribitur.

Vidua & Echo introducuntur.

V. **N**unc ego sola meos hic, nullo teste, dolores

Solabor, tristis & ipsa loco.
Hac à parte juuat Syluarum obscurior umbra,
Musco inde placent antra referta situ.
Hinc etiam fontes, è quorum murmure leni
Exiguos lapides ingenuisse puto
Atque inter fantas si fas gaudere, dolores,
Hunc equidem lator me reperisse locum:
Nullus adest. E. est. V. Hic loquitur quis justius
æquo?

Ec. Echo. V. Responde tu ergo Dea? E. ea.

V. Qui me agitant fluctus? E. luctus. V. Semperne manebit?

Aut dolor assidue me superabit? E. abit,
V. Non abit, at contrâ Cadmei militis instar,
Nascitur, & latam me fore reris? Ec. eris.
V. Absit ut hoc credas, prohibent tata aspera.

E. spera

V. Quid sperem, accepto vulnere quæso refer?
E. fer. V. Iero quod possum, verum mors co-
njugis inter

Fraclaros primi sic mea corda mouet.
E. Amouet. V. Ab illo facile abstinuisse putabis
In quo magna Deum munera erant sita. E. ira.
V. Naturæ suadet vis. E. vis. V. Tum cetera disce.
E. Dice. V. Omnes dotes opto referre. E. fere.
V. Si quidam omittam? E. hanc mittam. V.

Excusatio talis

Sufficit, en dico principio. E. incipio,
V. Artibus excultus. E. cultus. V. Fuit atq; disertus.
E. Certus. V. Tum leges excoluit. E. Coluit.
V. Quod si fortunam spectes fuit omne decorum
E. Aurum. V. Est quod pluris tu facies. E. Facies,
V. Pulchra quidem facies perfecta aetate virili,
Illum qui cernit numina sperat. E. erat.
V. Plura sciat fecisse illum haec quisquis legit,
E. egit.

V. Iam dolor haud patitur plura tibi. E. r,

C D X X X V I I.

IOHANNES Alstedius Encyclopædiæ libr.
10. lect. 4. cap. 5. §. 6. Echonem ΠΑ-
ΡΗΧΗΣΙΝ appellat & sequentibus
versibus refractis dilucidat.

Echo, qualis amabo, quæve nymphæ es,
Quæ valles colis hasce, propter antra
Palatina? Latina. Vin, loquela
Dignari resonantiore Paulum?
Paulum Te rogo quippiam, quod hercle
Nescio. Scio. Me sed ecquis audit
Te præter, mera verba per nemus qui
Dem? Nemus quidem Ain? Sed auris auris
Inest. Auris inest, Capace lucus
Aures sic habet ob vias meatu.
Au! res sic habet, ob vias meatu.
Dic sodes modò, cor flagrans mihi vnde es
Et furens adeò l à Deo. An liquore
Tinctus, destituar furore? Rore.
Ecquo rore, liquente dum marino?
Marino, dabit hunc Rosina, cordis
Margarita? Ita. cujus esse gustus
Arbitaris; amare & haud amari?
Amari. Id stoichiæ est acerbioris.
Acerbi oris. At ipse nil acerbi
Sentio; ora fibris carent anaris.
Amaris. Quid, age, est quæd illa tam sit
Clemens? Mens. Adeone mitis in me
Hæc mens perpetua est? Tua est. Erit me
Cum concorde Adamas fauore semper,
Cum concorde adamas fauore semper,
Qui mensis decus addet inde maius?
Maius. Sed mihi quæs dabit patenti
Sermones comes ille & illa? Comes,
Ille & illa. Repulsa nec parata est?
Rata est. Ambiguè loqui videris.
Forsan, o dea, veritate aberras.
Eras. Quam vereor? Reor. Cupis me
Irritare, quid angor? Irrita re
Quid angor? mihi nonne præstituta est?
Tuta est. Et mihi destinata? Nata.
Fato scilicet Ilicet. Puella
Nubet ergo mihi illa verè l Vere.
Sponsæ ritè sacrabo liba! Liba.
Melissæque vocabo nomen: Omen.
An post ducie huc sines Rosinam?
Sinam. Ille ipse dehinc, mihi illa junget
Basio oscula suauiore: Suavi
Ore. Labra per hæc litum sapis mel
Isle cerno. Sapis Melisse, cerno.
Interim mihi suaviter valebis.
Valebis. Mihi dulciter vale. Ter
Vale. Et sta requieta. Re quieta.
Sæpe ΠΑΡΗΧΗΣΙΣ comitem habet ΟΜΩΝΥ-
MIAN: vt,
Quid facies facies, veneris cum veneris ante;
Ne sedeas, sed eas, ne pareas per eas.

METAMETRICA:
A P O L L O
ANAGRAMMATICVS.

Sunt aliena quidem, sed pulchra Anagrammata, profert
 Pagina quæ præsens; hæc saltem laudibus effet.



CDXXXVIII.

VEM Græci Proteum, Latij
Vortumnum, nos dicimus
Apolinem Anagrammaticum.

Fuit autē Proteus, Deus
Marinus ; Oceani & Te-
thyos filius , Neptuni pho-
cas pascens . Dicitur tuisse
Vates peritissimus ; se in-

formam quamcumque transmutans. Eum his
Virgilius versibus 4. Georg. describit.

Et in Carpathio Neptuni gurgite Vates
Caruleus Proteus, magnum qui piscibus aquor,
Eumenio bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Ermathia portus patriamq. reuisit
Pallenen, bunc & Nymphæ venerantur, & ipse
Grandauis Nereus, nouit namque omnia Vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox venuera trahatur.
Suppe ita Neptuno visum est, immania cuius
Amenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.

Et quidquid de Poetarum acumi-
nibus sic , fuit Proteus Aegypti Rex , patria
Memphites , qui Pheroni (forte , Pharaoni) in
regno successit . Quæ de eius mutabilitate di-
cuntur , ab Authoribus commodè exponi solent .
Ite enim , quod & Caligula postea fecit , ha-
bitu incessit vario , iam Leonis exuvijs tectus ,
iam altius animalis : iam serico , iam auro indutus :
iam arbori , iam monti similis : &c . Possent referri
ad mores hęc : nam Paulus , omnibus omnia fie-
bat , ut omnes lucraretur Christo : & qu cumq.
Princeps , debet esse omnia omnibus , ut singu-
los in officio contineat . Ideo quidam Poëta .

*Rex, Princeps, qui non se accommodat orbis
Omnibus ingenij, non habet ingenium.*

Placet conceptus, & ut à nostratisbus intel-
ligatur, illum ad numeros sequentes reduco.

*fue Vertumno, expexo de los Reyes,
Así pudo poner al mundo leyes.*

Simple y astuto fue, manso y severo,

Rustico, y caballero,
Con los grandes gigante,

Con los chicos pygmeos,
Blanda cera, duriíssima.

cera, duriSSimo diamante,

Bello con estos, con à quellos feo:

Que es Política mala

La que todo lo iguala;

Tasí el Monarca, que quiere de prudente

Gozar laurel, y coronar su frente,

Será trueno sin rayo para el bueno,

Para el malo será rayo sin trueno.

Hoc idem Numen à Romanis cognitum & admissum: Vertumnus dictus, quod in varias formas conuerteretur. Eum Tiberius Donatus *Vortunum* dicit, vt voci *Portunus*, à portando deductæ, sit similis.

Hæc ipsa mutabilitas hodie à nobis grammaticè consideratur ; nam characterum & literarum Protei , vulgo dicuntur Anagrammata , vt cum Rodulfus II. sit vi floridus : & Fridericus , Fidecurris : & ebrietas , re bestia : aut etiam cum vox Roma transit in Armo , Maro , Oram , Roam , Mora , & alias similes . Et hoc possent reduci Retrograda , vt Roma , Amor ; Eram , Mare ; &c. sed quia habent hæc specialem locum , non debuerunt reliquis cōmiseri . Anagrāmata sicut in omni lingua . Illud Esaiæ 40. 26. קָרְבָּן וְאַלְפָן Quid illa creauit ? habet anagrammaticum responsum ex Genes. 1. 1. בָּרָא אֱלֹהִים . Creauit Deus . Sic apud Græcos απειδη . anagr. επατη . sic χαλως . anagr. εχασ . sic etiam ινδος . anagr. ον ον . Tu es agnus .

Sicut literarum Protei *Anagrammata*, ita
dictionum Protei dicuntur *Analexes*. quæ extra
metrum raro, aut nunquam ponuntur, at in-
metro habent gratiam, postulantque, ut serua-
ta debitâ vocalium quantitate, dictiones mu-
tentur inter se: ut cum Hypothesis Thyconica
salutat Copernicanam, immensasque fixarum
stellarum moles (sunt enim tantum non immen-
sa Copernico) irridens & insultans exclamat:
Tot porro sunt monstra tibi, quo sydera cælo.

**Quod carmen in multa millia transformatio-
num ire poterit. Illæso enim & sensu & metro,
possemus etiam dicere.**

Porror monstra tibi tot sunt quo sydera cœlo.

Sydera quo cælo, tot porro monstra tibi sunt. Sec.

**Et quidem de Anagrammatibus nunc, de
Analexibus inferiis disputabimus.**

MVSA I DOCENS.

CDXXXIX.



O S V N T in omni lingua conformari Anagrammata, sed quia Latinis præcipue scribimus, ex Latno idiomate exempla potiora sumemus.

Sunt Anagrammata in magno apud aliquos preio: apud alios in paruo. In Reginæ Eloquentiæ Palatio exercitat. 1. lect. 2. punct. 6. pagin. 57. hæc lego. Huc anagrammata pertinent, plerumque laboriosi magis, quam ingeniosi partus, vel potius quoddam tormentum ingenij: sunt, autem, ut obiter dicam, Varij generis. &c. parcus assumendi, nisi quid enigmatis venustrè pariantur, & ad institutum faciant: alioqui res multo sudore susterit, nullo fructu: multis odiosa, quia noua; nonnullis inuidiosa, vel ridicula, quia singularis & inaudita videbitur. Si tamen elegans fuerit, & aperto demum artificio, tanquam velamine sublato, perspicua: si fuerit opportuna, non ingratos amores, & delicias faciet. &c.

Anagramma in purum, & impurum diuiditur. Illud est, in quo nulla litera deest, aut superest: ut *Maro*, *Armo*. Istud, in quo est aliqua imperfectio: puta, si una litera desit, si aliqua supersit, si aliqua mutetur in aliam. Desunt literæ, quando plures sunt in Programmate, quam Anagrammate; supersunt, quando pauciores sunt in illo quam in isto. Considera exempla sequentia.
Dei Mater *Ara*. *Diameter*. Est purum.
Ferdinandus Ara. *Dura findes*. Deficit N.
Virgo Maria Ara. *Mira rogaui*. Deficit T.
Eucharistia Ara. *Hic Vera vita*. Mutatur S. in V.

Primum Anagramma est purum: tot enim habet literas, & tales, quot & quales Progræma. Cætera omnia sunt impura. Secunda impuritas in defectu consistit, nam Ferdinandus habet undecim literas, & *Dura findes*, decem: quod, si dicamus, *Dura findens*, erit Anagramma purum, & nullo laborabit defectu. Tertij impuritas in augmento consistit: nam Progræma habet decem literas, & Anagramma undecim. Ergo, si dixerim, *Mira rogaui*, dederimus purum Anagramma. Et tandem quarti impuritas non iam in numero, sed in qualitate consistit: nam *Eucharistia* tot habet literas, quot *Hic Vera vita* (utrumque habet undecim) sed non tales, nam S, quæ erat in Programmate, conuertitur in V in Anagrammate.

Semper pura cæteris sunt anteferenda: at to-

leratur impuritas, si simplex; etiam interdu duplex: nunquam triplex: quam ob rem, si tra habuerint vitia, rei sciuntur.

Et hic tu oportunè, quia multa licencio Anagrammata, quæ impura sunt, & in legi communes impingunt, laudari & celebrari, videlicet; interrogas, an liceat semper uti facultate aut licentiâ, quam canones præscripti indulgent? Rem admissam ab omnibus non sine acumine negari Romæ: nam cum deuotor quidam Doctor immaculatam Virginis conceptionem impuro & licenioso Anagrammate concelebrasset, fuit monitus isto Tetrasticho:
Non bene defendes impuro Anagrammate Ian
Conceptum purum Virginis Angelicæ.

*Immaculata Paren*s laudes sine labe requiri,
Ore nec impuro debuit illa coli.
 His tamen non obstantibus, Anagrammata, quæ vnum habeant vitium, si arguta, laudantur; & quæ habeant duo, tolerantur: nam, ut dicitur tria vitia non solent permitti.

Aliquid volo addere, ut consulam faciliter. Si velis non perturbari in transpositione literarum, scinde chartæ particulas quadratas quæ fuerint necessariae: singulis inscribe vnam literam: & supra nudam mensam ilias coordinas: semper habebis ob oculos adsumptas, & negligetas, & multò facilius quid sis facturus scire quam si calamo utaris.

Vbi multæ sunt consonantes & paucæ vocales, pura Anagrammata vix fieri posseunt. Sequentia in exemplum produco.

MADRID. *Ara*. MADRE.

Deest D: & I transit in E.

*Esta gran Babylonias en que reside
El Catholico Nino,
Desde el gran Apenino
Hasta el Caucaso sus conquistas mid*

*Los que ayer opprimio como enemigos,
Oy recibe por hijos,*

T con mill regocijos

Los socorre y ampara como amigos.

*T asfi es bien que le quadre
AVilla tan feliz nombre de MADR*

*MADRID. *Ara*. MARIDO.*

Vertitur D. in O.

Se caso Madrid (Señor)

Con muy poderosas gentes,

T con ser tan diferentes,

Las muestra muy fino amor.

Desde America a Magor

Las de esplendor mas lucido

METAMETRICA.

3

Por su cuenta à recibido,
Y es, dando à todas la mano,
De las parciales hermano,
De las sugetas MARIDO.

MADRID. *Ara'y. MAR, ID.*

Deest D.

M. Tirsus de Molina, in Comœdia, quæ inscribitur *Martha la piadosa*, act. 3. introducit Parianam Marthamq. de Mançanares (riuulus est, qui Madritum alluit) differentes.

Pastr. Que río è Marth. *El de Mançanares.*

Pastr. *Riome del río yo.*

March. Antes quiso, que repares,

Que es río de quien nacio

El Rey de todos los mares;

Río de Madrid, que es MAR,

Que esas letras tiene en si.

Etiam si duplex DD. transire iubantur in A. Madrid in Maria conuerti poterit.

CDXL.

De Anagrammatibus concatenatis.

I Nter alios ingeniosos Discipulos, qui meam domum & gymnasium honorarunt Louanijs, D. Petrus Vander Hagden, Brugensis Consul filius, inter præcipuos fuit. Claruit in Philosophicis; ita tamen, ut amoeniores Musas nunquam contemneret. Sudabat sub prælo D. Landri Bandtij Liber, olim à me Hispanicè editus, & ab ipso in linguam Latinam stilo florido & polito translatus; & dum omnes Domini in laudem Authoris & Libri se profundebant, & utrumque Anagrammatibus concelebrarent, censuit acutus Adolescens non bene laudari ingenium peregrinum Bandtij; nisi & Encomiastæ semitam ingrederetur peregrinam. Hanc ille ob causam, Anagrammata concatenata, Veteribus ignota & inuisa, proposuit; & publicauit hos numeros ingenij plenos. Tu singulos bene considera.

Ioannes de Caramuel. *Pro'grapua.*

ac Leander, Musæ in o- Est purum.
cio lenes. Ad arenam v- Est purum.
icere amulos, sana dan- Addit S.
do arma. (Ne cane leuis. Est purum.

E'grapua.

Necane lingua leuis dignas grauiore cothurno
Illustres Musas, sed cane lingua grauis.
Præca nouem coluit Parnassi Numina sacri
Rellgio; præstat nunc coluisse duo.
quas dispersas dotes habuere sorores,
Vna Caramuel, Tuq. Leander, habes.
duo Parnassi Dunensis Numina, Musis
Doctrina, & Studio nobiliora nouem.
ingenio lenes generosa per ocia lauris
Cingitis inuicti tempora, fronde comas.

Aemulus est vietus: male suado dente malignus,
Nam mordere nequit, rodere cuncta solet.
Rudatq. & rodat, siquidem pars magna triumphi
Zoli erit Iesus, inuidieq. fr. agor.

Placuit ingenii Academicis Anagrammatū nouitas: &, quia illa imitati sunt aliqui, modum, & normam eadem fabricandi subiecio.

Erat *Pro'grapua*. Ioannes de Caramuel. Hic erat Author Libri; &, quia etiam D. Leander Bandtius, qui Libruin in linguam Latinam translulerat, laudandus erat, primum *Ara'grapua* dedit, Ac Leander Musæ in o-? Sed quid in o-? sensus ad secundum *Ara'grapua* progradientur, & ait *cio leues*. Ad arenam τ - superest V, & ne abundare dicatur, ad tertium *Ara'grapua* percurritur, videlicet, icere amulos sana dan- Et quia opus erat vocem ultimam (nempe, *Dan-* absoluere, additur quartum *Ara'grapua* (videlicet *do arma*. Ne cane leuis) quod sensum claudit.

Hinc patet facilius esse cōcatenata *Ara'grapua*, quam simplicia condere. Debent igitur concatenata à nouitate, & facilitate laudari.

Huic simile est Parthenium hoc, quod olim Imperatrici Angeloruin inscripsi.

Salve Regina Maria. *Pro'grapua.*

<i>Ara'</i>	<i>Iram rege.</i>	<i>Lunas à ia-</i>	<i>Est purum.</i>	
<i>grapua</i>		<i>nua mira geris.</i>	<i>A-</i>	<i>Est purum.</i>
		<i>nimas riga, leuarale.</i>	<i>Mutat R. in L.</i>	

E'grapua.

I Ratum patimur Stygium dum Dæmona, nostrū
Incaute peccus crima multiplicat.
Nos contrā idcirco succendit almus Olympus;
Expiet ut culpas, fulmina torques Atlas.
Ture rege (nempe, fuga) audentes Cacodæmonis iras;
(Nempe, arce) Cæli fulmina ne noceant.
Ianua si est vita Conceptio, Gratia Luna,
Virgo tibi Astripotens, utraq. mira fuit.
Aridus est animus: tu Cælicola Virgo rigabis.
Et iacet, & serpit: tu pia Virgo leuas.
Esurit, & siti: illum tu virtutibus alis,
Ambrosiâ nutris, necare fortificas.

CCCCXL.

De Anagrammaton iure, & licentia.

I Nterdum iure vtitur suo Anagrammatista: interdum sibi indulget, & vtitur toleratâ licentia. Dicitur vti iure, quando varietatem literarum admittit, quæ cum puritate componitur: sed tunc licentia vtitur, quando varietas officit puritati.

Habet ius vertendi I. & V. vocales in I. & V. consonantes; nec enim scio fuisse vel unicum criticum, qui ob alterationem eiusmodi Anagrammata impuritatis accusaret. Vtique iure

CARAMVELIS

gaudet hoc Anagramma *Iulia, Livia*. Ibi enim primum I. est consonans, hic vocale: & ibi V. est vocale, hic consonans.

Veteres, cum Y. literam Græcam, mutant in V. vtebantur suo iure. Multa exempla congerit Janus Laurenbergius in suo Antiquario literâ V. dixit enim Liu. Andronicus *Cyclops*, pro *Cyclops*: Ennius *Olympus*, pro *Olympus*: &c. Hodie igitur, siquidem Y. sonat ut I. si nolit Orator Græcas literas penitus extirpare, poterit saltem Anagrammatista I. pro Y. pone-re, quoties postulet ratio. Pono exemplum Syderum *Ariapura Mus ride: Ridemus.*

H. à Grammaticis dicitur non esse litera: ergo omitti, vel addi poterit illæsâ puritate. Unde *Monachus* dat *Canosum*. Ut Anagrammatis sinceritati consulant, nonnulli H. omittunt, etiam in Diagrammate, vt videre est in S. Benedicti vitâ à D. Iosepho Costalta centum pulcherrimis Anagrammatis dilucidata, quorum Diagramma fuit, *Benedictus Anicius Monacorum Patriarcha*. in quo bis omittitur H.

Literæ etiam duplices (videlicet X. & Z.) sicut etiam istæ (et, it, th, fl, ff) & similes, aut solui, aut contrahi poslunt. Sic apud Ovvenum. *Vxor* anagrammaticæ est *Orcus*. & apud alias *Sisca* (apud Bohemos Louis irati fulmen fuit) erit *Axis*.

Fortè erunt, qui Iura alia producant, sed meo Lectori expedit esse religioso, ne nimio iure vti, vel abuti dicatur.

Licentia à Iure differt, quoniam literarum versiones licentiosæ puritatem amittunt. Est ergo licentia, cum vel vnica litera additur, vel vnica demitur, vel vnica in aliam mutatur. Pono exempla.

Ferdinandus.

Programma.

Dira fundes.

Anagramma purum.

Dura findes.

Etiam purum

<i>Iras funde.</i>	Demitur D.
<i>Diras fundes.</i>	Additur T.
<i>Mira fundes.</i>	Mutatur D. in M.
<i>Radios fundes.</i>	Additur O. & S.

In ultimâ linea duæ adduntur literæ, & hoc non tam vsu licentia, quâm abusu: nam licentia, nisi vnica sit, non solet ab eruditis tolerari.

Occurrit dubium, quod tæpissimè solet proponi: nimirùm, *An consulendum puritati Anagrammatis sit, an elegantia, & maiestatis sensu: An anteponi debeat impura literarum Varietati grandi prædicta sensu, pura, sed humilem sententiam exhibent?*

Hieronymus Genuinus huic dubio responde videtur: multa enim in illo libro, cui nominum metamorphosi nouen, reperies Anagrammata impura, quæ esse potuerunt pura, sensus nobilitas negligeretur. Aliqua exempla pon. Libro 2. mutat E. in V. in hac literarum metamorphosi *Perettus amy. vt Peeruss*, quæcumque pura conuersio, si diceretur *Et Petrus*. In hac autem addit T videlicet, *Mapheus Barberinus amay. Mea Vrbs, & Vrbis Phana*. quæ esset omnino pura, si omitteretur T, & legeretur, *Tib è mea Vrbis Phana*, vel saltē, *Vrbs his vrenna phana*. Et iterum, *Mapheus Barberinus amay. Habes pia munera Vrbis*. Additur I. & negligit. puritas, cum tamen dici potuerit, *Habes pia munera*, vel etiam, *Pia Vrbs habes munera*.

Dubium aliud succurrit. *An Vocum compidis & notis riti possimus, aut in Diagrammate aut in Anagrammate sine puritatis iacturâ?* est querere, *An sint pia hec Anagrammata*. D. Ioannes. *a'ra'yzu* Anno dies. Sic etiam Antonius è paupertate perit. *a'ra'yzu* Puræ stat. ann. viij. pro te est.

Ego, & multi viri docti mecum, huic dubio assertiuè respondent.



MVSA II. ERYCIA ETIAM DOCENS

CCCCXLII.

Væ breviū, Musa prima, hæc
vberiū deducit & dilucidat:
& ab Erycio Pureano, Re-
gio Historiographo, Arcis
Louaniensis Præfecto, bona-
rumq. Artium & Literarum
Professore (quem nominas-
se, laudiss. & celebrasse
est) nomen sortitur. Ille quideam, dum viue-
ret, mihi conjunctissimus fuit. Amaui suauissi-
mum, & doctissimum Senem: eiusq. gloriam,



famamque, quæ potui, promoui & defendi.
Voluit interdum speculationes nostras suis ad-
iungi, aut ob argumenti identitatem, aut me-
thodi similitudinem. Prodiit Bruxellæ ap-
Ioanneum Mommartium libellus sub hac incep-
tione.

Eryci Puteani de Anagrammatismo, qua
balæ pars est. Diatriba; amœnitatis causâ jerip
utilitatis edita. Accedit Ioannis Caramuelis br
uissimum totius Cabala specimen: cura & stu-
Iusti Cæcili Puteani E. F. Patris permisso.

Voluit igitur prudentissimus vir, hos du-
libel-

METAMETRICA.

ibellos simul lucem adire , ut alter alterum iu-
nare posset . Et ego , quos ille olim coniunxit ,
separari non patiar : & hanc ob rem , cùm in-
ipso limine Metametricæ , quæ nihil aliud est ,
quam quædam Latina Cabala , specimen illud
posuerim , volo Anagrammatici Parnassi Medi-
tationes honorare , Diatribam Erycij adiungen-
do . Illam interlege , & Authoris admireris in-
genium , toti Orbi notum , & sèpè à doctissimis
Viris laudatum . Fruere & Vale .

Per-Illustri , & Amplissimo Domino
D. FRANCISCO IOANNI
DE ROBLES,
E COMITIBVS D' ANNAPPES,
Preposito, Cancellario, & Conservatoro Lovaniensi,
NOSOCOMII REGII
Magno Administratori .

PERILLVSTRIS ET AMPLISSIME DOMINE .

INTER seria recenter opera amœnus ,
amanis his diebus , Optimus parens
meus fuit , & ANAGRAMMATIS-
MVM , intactum alijs argumentum ,
ingenio & filio complexus est . Ad delicias venit , &
philosophari potuit ad otia , & occupari . Scribendi
occasio & caussa ab interceptis nuper Epistolis : quod
inmen qua fraude commissum , eà audacia defensum est . Quid remedij ? Aut non scribere , aut No-
nus Litterisque scribenda occultare . De Litteris hic
agitur , non Commutandis , quæ Synthematica ra-
tio est , sed Transponendis , qui propriè Anagram-
matismus appellatur . Quam verò originem , quem
usum ille habeat , scire hac DIATRIBA licebit :
scire ; inquam . Quoties nomen & numquidque , præ-
sertim Proprium , verti possit , & Quomodo : quo
Numerus compendio , quo Ars ac Methodus ordine
constituatur . Plura huius cōmatis sunt , nec obvia ,
qua omnia tamen Anagrammatismo continentur ;
digna certè , quantum Docti & Amici judicant , non
scribit tantum , & publicari ; sed Nominis tuo inscri-
bi . Vni multa , Patrono Amica ; expressa , & ta-
men occultata . Sed lucem omnia à tergmina tua
luce accipient : à Stemmate , Virtute , Dignitate .
Stemma antiquissimum est , & perillustre ; Virtus
pro Stemmate , Nobilissima ; Dignitas pro Virtute ,
non uno titulo Amplissima , siue Vrbem hanc nostrā
& Academiam , siue Rempublicam & Militiam
spectemus . In Vrbe quidem , Summi Templi (præ-
fiscinè dixerim) Præpositus es , & Sacrorum munus
imperio & exemplo egregie sustines . In Academia ,
Cancellarius , & honoris titulos , post emerita Stu-

diorum spatha juventuti bono Patria dispensas : item
Priuilegorum Conservator , & pari auctoritate
ac Iustitia litterarum Tribunal regis . In Republi-
ca denique & Miltia , Summus Nosocomij Regij
Præfetus , siue Administrator , & tam insigne In-
stitutum , Vigilantiâ curâ , prudentiâ ostendis , ve-
rè Regium esse ; prorsus tanquam nomine munus
exprimas . Quia enim ROBLESIVS es , agis
quod diceris , & salutare Robut læsis , tuo etiam
neglecto commodos liberaliter adferas . Sed hæc que at-
tingo , maius ab ipso Parente meo Elogium , & tem-
pestiuè accipient : qui Te , vi Sidus & Cynsuram .
in Studiorum suorum pelago sufficit : benignâ sic
quoque usurpus Musarum aurâ , quam tuus fuor ad-
spirabis . Nunc igitur DIATRIBAM istam , à
mea manu , ab illius ingenio cape , & virumque
dedicatum tibi habe : imo Amicos omnes habe : quo-
rum Nomina , quasi ad ornamentum , Anagram-
matismo recta sunt , & sic protecta erunt . Ita Pa-
rens , ego , Amici , Stemma tuum , Virtutem , Digni-
tatem Veneramur . Vale , Perillustris Amplissime
que DOMINE , & Litterarum Patrucinio gloriam
extende . Kal. Iunij , 100 . 100 . XXXXII .

Cliens PP.

Iustus Cæcilius Puteannus , Bimetro-
dius , E. F. Magno Senatui Mechlini-
ensis à Secretis . Duo , & Paten-
tis nomine .

VERVLTHA EVPANTO.

Diuinæ triplices haustus , EVPANTE , VE-
RVLTHAE .
Atribuis mentis , cordaque tria mihi .
Qualem tergeminum testatur Iberia Regem ,
Qualem Roma refert Enniademque suum .
Te colo , te miror triplicatæ munere mentis ,
Te plusquam triplici munere cordis amo .

ERYCIVS PVTEANVS.

Anagrammatismus .

VERVS PYCTA VENIS.

PYCTA , pugil , Græcè : quam vocem ,
& Latini usurpant . Columelæ , Vctor Gal-
linaceus pyctes est . Plinio , Euthymus pyct semper
Olympiæ vitor , & simel vicius . A quo è a
Theagene , vt notauit Pausanias : & quomodo è
dolo . Proinde nec victus : quippe cui multæ
nomine , talentum pendere Theagenes Julius
est .

ERY-

CARAMVELIS

ERYCI PVTEANI

DE

ANAGRAMMATISMO.

QVÆ CABALÆ PARS EST,

DIATRIBA.

CAPVT I.

Exordium à latebra scribendi, quæ Litterarum partim Commutatione, partim Transpositione constituitur. Cryptographiam proprie in Commutatione esse, Anagrammatismum in Transpositione.

CCCCXLIII.

ON vna scribendi latebra est: nulla promptior, quam quæ Litteris, siue Alienis, & Commutatis; siue Proprijs, & Transpositis, formatur. Commutatio in toto sermone, aut eius parte; quando quæ significamus occultanda sunt. Transpositio, in Nominibus potissimum Proprijs; quando sicutam hanc personam Viri Docti vel sumunt, vel admittunt; cauti, ubi nesciri pulchrum; terti, ubi latere necessum est. Ut tempora, proh dolor! & homines aliqui sunt, vitijs pleni, sed divitijs ebris, interuertere alienas epistolas audent, & tanquam nulla sigilli religio sit, effringere, ac violare. Crimen deprehensum est: in remedium cautio sit, ut non resonantum, quæ scribi solent; sed seorsim hi ipsi, qui scribunt, immo hi ad quos, & de quibus scribitur, arte abscondantur. Vrbes clausæ ac munitiones sunt, ut hostes arceantur: in urbibus dominus, ut fures. Imo vero & supellectilem quisque suam cellâ aut conclavi seruat: monilia & nummos arctiori scriniorum ac cistarum fide. Nomina hic igitur Propria, ut monilia quedam sunt, & peculiari synthamate digna, siue vsus, siue lusus placeat: quemadmodum vel amoenitas, vel necessitas, hos Litterarem dolos excusabit.

De Commutatione quidem Litterarum, quæ CRYPTOGRAPHIAM propriè habet, peculiari Libello ante annos aliquot egi. De Transpositione, quæ ANAGRAMMATISMVM, hac nunc Diatribâ acturus sum; breviter, ut in sterili arguento; libenter tamen, ut publicum faciam, quod ab alijs hactenus siue relictum, in medio, siue neglegatum est.

CAPVT II.

Litterarum Transpositionem aliam aptam concinnam; aliam abortiuam & informem esse. Sæpe & significationem defesse. Quia ANAGRAMMATISMVS, quid Tractatio, Nomina Exotica, siue Barbara, eorumque vis.

CCCCXLIV.

EX uno nomine plura educere, curiosa Literatura est: vnum è multis feligere, que cum dissimiles ac regas, semper incundum; sepe utile, interdum necessarium. Etiam in ornamentum Nomen vertitur, ex iisdem elementis, vel singulari sensu, vel opportuno encomio, vel eleganti scito exsurgens. In varia hac conuersione, vel Aptâ, vel Inepta Litterarum constitutio est. Ineptam hiulus Consonantium concursus facit. Aptam ames, quando significandi vim habet; toleres, quando non habet. Sed quomodo cumque, inter Figuras à Grammaticis recepta est, & Metagrammatismus, siue Anagrammatismus appellata: Latinè Tractatio, siue Transpositio Litterarum: vel, ut intellectiori utar voce, Tractatio; quæ alium vulnus dictio sumit, etiam ignotum, etiam barbarum, etiam exoticum, & ex aliena quasi lingua adopsatum. Tractatio hic, & similiter Translatio, propriè de loco in locum motio est, siue Litteram in syllaba capias, siue syllabam in dictione, siue dictiōnem in sententia. Tractatio Varroni placuit lib. iv. de Lingua Latina, ubi quatuor ob causas nomina docet ex nominibus constituī: Litterarum Demptione, aut Additione, & propter litterarum Tractationem, aut Commutationem. Perpetram enim hic Tractationem legi, Turnebus amaduertit. Esse autem Tractationem, cum tanquam manu litteræ tenentur, & hoc, aut illud transponuntur, ac trasciuntur. Sic à Cicerone scribi, de Oratore: Materiam in verbis esse, Tractationem in collocatione verborum. Vbi tamen alij, sed nullo sensu, attractionem. Præterea Barbaries, è Tractatione nasci hic fortasse solita, pro cultu sit, peregrinitas pro elegancia, significatio ipsa, quia nulla, pro energia. Huc traho, quod Ingeniosus ille Picus Mirandula Disputationibus suis Magicis asserit, Thesi xxii. Nomina Barbara, & nihil significans, plus habere efficacitatis.

METAMETRICA.

2


CAPVT III.

*Antiqua origine imaginem Anagrammatismi
in Sacris Litteris inueniri: sed improprie,
per Commutationem; qua Iulius Cæsar po-
stea, & Augustus Vsi. Nomina ierupta.*

y	3	n	3	3	4	A	30
p	100	s	5	2	1	0	70
a	1	x	20	μ	40	1	10
w	400	φ	500	α	1	μ	40
c	200	ο	70	γ	3	ο	70
					70	s	200
					704	z	
					704	s	200
							420

CCCCXLV.

Origo Anagrammatismi antiquissima est, & cum Litteris, vel statim post Litteras. Ipsi Sacra Oracula hoc alibi inuolucro tecta sunt: immo hoc ornamento insignita, vt quia latentes, diuiniora appareant. Exemplum ab Hieremia Propheta, cap. xxxv. Et Rex SESACH bibit calicem vini furoris. Quis Rex? Babylonis: sed Litterarum latebra delusius, ne sacris ministris imitatus noceret. Dictio enim בָּבֶל Babel in. Sesach Anagrammatismo (nisi potius Metathesis sit) Hebreis visitato, transformata est. Nempè solent hi ultimam Alphabeti sui litteram primæ loco, penultimam secundæ, ante penultimam tertiarę, & sic deinceps statuere, vt D. Hieronymus hic adnotauit. Quæ & apud Græcos Latinosque ratio, sed alio atque alio ordine, obtinuit; Iulio Cæsari, & Octauiano Augusto familiaris. Et Iulius quidem D. pro A, E pro B, F pro C, ac perinde reliquas quaternario intermixto ponebat. Augustus, proximam B pro A, C pro B, D pro C, pro X autem duplex AA. ubi notes Y & Z inter elementa Latina non censerit; quod & Victorinus Afer in Grammatica sua annotauit. De Litteris istis singularijs videbundus Suetonius in Iulio & Augusto, Dio Cassius, lib. xxxix. A. Gellius, lib. xvii. cap. ix. Isidorus, lib. i. Orig. cap. xxiv. & Cryptographia nostra. Sed an satis tutæ eiusmodi latebræ? A Litteris ad Numeros, qui significari litteris solent, ingeniosè translata olim nomina, & ierupta facta. Exemplum in Artemidoro, lib. iv. cap. xxvi. Apud Græcos γράψεις, anus, ægrotantibus visa, mortis signum est: 100. enim & 4. repræsentat: quem numerum implet quoque η ἐποπτα, elatio, siue funus. Nam etiam anus funeri proxima est, paratum, vt sic dicam, peculium Proserpinæ. Sic Δημητρίου homo prauus & perniciosus quidam, & ανθρώπος pestis, in veteri Epigrammate Græco lib. ii. Anthologiæ: æquales enim numeri sunt, cccxx. per malum, velut bilance expensum; atque plus pestis in homine, vt Poëta inibi ludit, quam in ipso morbo fuisse.



CAPVT IV.

*Aristarchum, aliasque de Anagrammatismo
scripsisse. Ingeniosam hanc soleritatem Som-
nijs quoque interpretandis adhibitam; sed
varia postea superstitione infumatam.*

CCCCXLVI.

De Anagrammatismo vero, vt coli Græcis ingenij cœpit, scripsisse Aristarchum, illum censoriæ severitatis Grammaticum, aliasque nonnullos, idem Artemidorus tradit, lib. iv. cap. xxv. Et hos serios quidem fuisse, quod scripserint; ridiculos, quod, in somnijs præsertim interpretandis, non usurparint. Verba eius sunt: Διδάσκω τι εἰνι Αναγραμματισμός, οὐλαῖς δὲ φαντασίαι αὐτοὶ χρηστεῖν, οὐτε μητέρες συντάξεις, οὐτε ανοδαλούτες, οὐτε προσεθέτες γράμματα: Docent, quid sit Anagrammatismus; sed videntur eo uti non esse, neque transponentes syllabas, neque reiscentes, neque apponentes Litteras. Sed neque reisciendæ, neque apponendæ litteræ erant, vt Anagrammatismus esset. Satis erat, Transponere. An fallor? Nimio plus Somnio, & sic Anagrammatismo tribuit. Addit vero, huius usum illius interpretationi necessarium interdum esse, & ad perfectionem dignitatemque respondere facere. Hac laude Aris-standrum fuisse, qui Alexandri, longa & dubia circa Tyrum obsidione hærentis, somnium feliciter syllabæ vnius beneficio interpretatus est, & viatoriam addixit. Rem Plutarchus narrat; sed verba sequor Artemidori, somniij modum mutantis. Satyrum ecce Rex in scuto suo ludentem per quietem viderat. Quid Vates? Anagrammatismo usus est, vocabulumque diuidens, Quia tuus, inquit, est Σάτυρος, Satyrus, οὐ Τύπος. Tua est Tyrus. Somnium toleres: Somnium enim est. An dicam? Ad οὐκαντιανα siue τοχηρατια superstitio progressa est; tanquam à nomine, quod quisque gerit, fata & futura dependeant, & è litteris, variè collocatis, eruantur. Amplius: tanquam vitæ mortisq; vires & vices Anagrammatismo obnoxia sint, & elementorum traiectione ac situ regantur Hinc Philostratus lib. i. puellam narrat, quæ Romæ in funere efferebatur, ab Apollonio (penes Auctorem sit fides) nominis mysterio, quasi postliminio animatam.

CA

CARAMVELIS

CAPVT V.

Lycophron Poëta Tragicus à pangendis Anagrammatismis celebris. Πτολεμαῖος αὐτὸς μάρτιος : Αἰγαῖος, ἵνα ποτε : Iunonem pro Aerē ponī. Exempla plura ex Eustathio. Neque Homeri ingenium ab hac elegantia absuisse.

CCCCXLVII.

Sed præcipua Artis huius laus Lycophroni Chalcidensi Grammatico & Poëtæ Tragico, vni ex Septem, qui Pleiades appellati, à Scholiaste eius tribuitur. Non fortassis quia reperit Anagrammatismum, sed usurpauit & excoluit : celebris διάτοπος λέγεται αναγραμματισμός ; quia Anagrammatismos formabat ; imo carus Ptolemæo Philadelpho, Lai filio, & sorori eius Arsinoë, vel ob eas delicias. Πτολεμαῖος illi αὐτῷ μάρτιος, transpositis Litteris, quasi ē melle; Αἴγαῖον verò ἵνα πότες : quasi Viola Iunonis. Sed bone Deus ! quanta hic nobis promptior laudis materia est, à Magno, & diuinitus dato Belgis Gubernatore MELLO ! quanta etiam à cælesti Coniuge eius, Gratiarum Matre, Virtutum idea VILLENA ! Et ille quidem totus ē Melle, & melleo nomine, vel sine Anagrammatismo exprimit quicquid plus quam humanum est. Ptolemæus, imo Philadelphus est, decus non armorum tantum, sed librorum ; tanquam & in Castris Litteras habeat ; belli felix, quia Pacis artes Poliorcetes æstimat. Hęc autem quedam quasi Arsinoë est, & Viola Iunonis VENILLA est, vt familię nomen Anagrammatismo comprehendam, & Vrania illa Yenus, illa à Platone descripta; in qua nullus animi nesus formam & pulchritudinem corporis dehonestat. Suaue quidem & melleum, imo & venustum hoc diuerticulum fuit : ad tramitem reuertor. Eustathius ad illud Homerii Iliad. 1. 612 παράδειμα 'Hps. Albis cubitis Dea Iuno decora, vim, ac mysterium Anagrammatismi agnoscit : "Hps εἴπει καὶ τῇ τε αναγραμματισμῷ, εἴ τοι γαρ οὐ γνωμέτεν, εἴ τοτεν λαλεῖτε καὶ εἴπει : Iuno, aér est, & quidem Anagrammatismo . Ex eisdem enim quibus Iuno Litteris, etiam Aér dicitur. Sc & Cicero philosophatur, lib. 11. de Natura Dcorum: Aér, vt Stoici disputation, interiectus inter mare & cælum, Iunonis nomine consecratur: quæ est soror & coniux Iouis; quod & similitudo est ætheris, & cum evsuma coniunctio . Hanc similitudinem, & coniunctionem suis breuiter notat verbis Macrobius, lib. 1. in Somnium Scipionis, cap. xvi 1. Iuno soror Iouis & coniux vocatur. Est autem Iuno aer : & dicitur soror; quia ijsdem seminibus, quibus cælum, etiam aer est procreatus . Coniux, quia aer subiectus est cælo . Serius, vt solet, & seuerus hic Arnobius, lib. 111. Si Iuno aer est, quemadmodum

vos ludere ac dictare consuetis, Græci nominis steritate repetitā ; nulla soror & conjux Iouis rietur . Cæterū, ὥστε, vt Platon placet in Cratylō, quasi σύζυγη amabilis . Vnde Virgilius: Grætor & pulchro veniens à corpore virtus . Hinc alius etiam, & apud eundem Eustathium Anagrammatismus, σύζυγη, σύζυγη . Virtus : quæ vere amabilis, quia pulcherrima est, & omnis boni mater. Etiam Comico teste :

Virtus omnia in se habet, omnia ad sunt bene, quem penes est virtus . Plura exempla ab Eustathio subjunguntur ; sed paucula hic nobis sufficiunt : χρήσις, ὕχλη, ira, turba ; hinc rufus νέκτης insidiae : φλάμμας, οὐρανος Atticè, nugator, vilis: κακόν quod Cereris cognomen est, κακόν bilis. Artes. Cæliter ille Axem humero torquens, Stellis ardentiū aptum ; Τάκτος, miser . Pauca ista sunt ; sed emnūm optima, vt Scholiastes ille Homericus monet, in quibus θεοί τε καὶ θεῖαι σύγχρονοι, τετράκις τριηκοντα : quædam velut cognatio est, vt Litterarum ita sententia .

CAPVT VI.

De Transpositione accuratiū dictum, ratione Proprijs & Appellatiui . E Proprijs & pluribus Unum feligendum, quod optimum usui suū, Epistolis & Dialogis aptum. Anagrammatismi nostri in Como .

CCCCXLVIII.

Sed omnis Transpositio, vel in Proprijs est, vel Appellatiuis . E Proprijs vel Propriis rufus fiunt : vt Iulius, Liuius, Augustus, Gustaus ; quo nomine doctissimus ille Princeps Selinus latere voluit, vt prodesset omnibus : ille, qui curiosa ingenij subtilitate integrum nobis Cryptographiæ Systema dedit, & Trithemij Steganographiam omni Magiæ infamia & simul obscuritate felicissimè liberavit. Potuit id quoque eximius EMARVLCA noster, qui nihil non ingenio potest : potuit nouā & admirandā solertia, nullam detrahens GVSTAVO laudem, & totam sibi vindicans ; par iam Trithemio, quem post Gustauum explicauit. Fiunt & Appellatiua, vt Celsus, scelus ; Anna, nana . Ex Appellatiuis vel Propriis, vt nana, Anna ; scelus Celsus : vel Appellatiua, vt riuis, virus ; domus modus ; porcus, procus, & corpus . Quid inhæreo? Plura ab uno nomine manat nomina, tanquam à fonte riui ; & vnum cum audias hominem, plures putas ; alium alia appellatione, qui tamen idem est, designari. Ergo sacerdos mutabit quisque nomen : idem ipse tamen erit, diuersa semper forma vnam regens . In Aegypto desine Proteum querere ; ubique repe-

METAMETRICA.

deperitur. Anagrammatismum quisquis induet, proteus erit. In multiplici hac nominum copia, quam paucæ aliquot litteræ situ variatæ, supeditant, vnum aliquod cuique eligendum; siue mollius sono, siue blandius sensu, suauitate quadam atque dignitate in aures se insinuâs. Epistolæ quidem, atque Dialogi has delicias currunt: sic scribi amant, vt libertas sub festinitate ludens, dum aliud videtur æcum exotis nominibus exprimere, sui censuram effugiat. Sic aliquando vt promiscuos Orbis mores, Luxu ac Lasciuia laborantes, notarem, Comum Deum stilo Menippæo effinxii, vbi ipsam personam mutans, maximè tamen retinens, EVPANTVS, imò & PANEVTVS esse volui; vt si aliud sumerem nomen, seruare, animum, & in tenebris Cimmerijs accensâ ingenij faculâ, faciliori tramite ad Sapientiæ spatiæ gradum proferrem. De me, sed in Somnio, tanquam de alio loquor: me à me quoque moneri, pulchrum arbitratus sum. Hic etiam ADERBA ille meus, quem studiorum familiaritate & indulgentiâ vt filium habui, mecum somnians vigilat, an vigilans somniat? Hic honestis Mysta, & tranquillissimus senex Taurinus philosophatur. Hic Erulpio, Dranset, Panperches suis latebris noti sunt; & quamuis obcuri, lucent.

C A P V T V I I .

Anagrammatismum ad sermonis securitatem facere, & titulorum compendium.
De his obiter dictum, & ap-

pellatione Domini.

CCCCXLIX.

N Olo aliorum, qui hodie famam ingenio adepti sunt, exemplo consilij mei verecundiam tutari: quemadmodum Anagrammatismo usus sum; ita & alios ipse excitaui, quorum ad maiorem industria securitatem venit, quia in nominibus partim fingendis, partim dissimilans, ingeniosa fuit. Nimirum, animosior doctentis, siue inonentis fiducia est, sub persona loqui: uberior amoenitas, vestire nominis, si vel nuda viliter, vel nota familiariter, vel magna subtiliter usurpantur. Qui peregrinari solent, aliam sœpè sumunt faciem, vt ignorati sint; aliam vestem, vt viles sint; aliam fortunam, vt tuti sint. Nomen mutare, & non mentiri, securitatis tessera est. An mutare? Tuum est, quod non tuum, in proprio peregrinum, in peregrino proprium: eisdem litteris, aliâ structurâ, ijsdem membris, alio corpore: quod in inspicias, & ad examen syllabarum voces, te

tibi, & quasi per ludum, representabit. Aliud quoque ex Anagrammatismo commodum, titulorum compendium; quos uno & velato omnes nomine, etiam magnos, eximios, sublimes, absoluas. Teguntur nomina, & sic tituli, qui adhærent. Simplicitas maiestas est, redditus ad prisci æui imaginem sermonis Genius, quando ambitionis Epithetis non intatur. Cæsar olim, & in epistola, & in affatu ~~etiam~~ Cæsar erat; Cicero, Cicero; Cato, Cato; & solo nomine plenam laudem inueniebant. Hodie quæ deliciæ! Siquis miles, fortissimi titulum exigit; siquis orator, facundissimi; siquis senator, sapientissimi. Sic mores sunt, ac tot pæne modis peccamus, quot vel scribimus, vel loquimur, nisi ad lancem ac demensum ambitionis vocabula persoluantur. Nuda appellatio, si Dis placet, displicet. Alius autem Nobilis, alias Magnificus, alias Illustris, aliterque vocari vult; omnes promiscuè Domini: cum tamen id vile, aut vilibus aliquando tributum. Martiale, audiamus:

Cum voco te Dominum, noli tibi Cinna placere,
Sepe etiam seruum sic resaluto meum.

Augustus, vt est apud Suetonium, cap. XXXXIIII Domini appellationem, ut maledictum & opprobrium semper exhorruit. Et Tiberius, apud eundem Suetonium, cap. XXVII. Dominus appellatus à quodam, denunciauit, ne se amplius contumelie causâ nominaret. Sed nostra tempora circa titulos lasciuiunt; vtinam meliori & Romano ritu corrigenda! Virtus in pretio sit, & ab hac sola pompam & premium quisque capiet. Magni enim, quia animo, etiam nomine magni sunt, tætera syrmatis loco trahunt. Bonos igitur & Doctos inter Magnos numero, qui tam facile sine titulis boni doctique sunt, quam libenter ad Anagrammatismum se duci patientur.

C A P V T V I I I .

Viros Principes, aliosque Magnos Anagrammatismo delectari: sub nomine suo, non suo, dum latent, generosius splendere.

CCCCL.

Illi ipsi qui inter Magnos eminent, viri Principes, & Rectores aliorum, ideo & adeò benigni sunt; vt quid sit latere, experiri ament, alio nomine, & tamen suo: quasi cum demum intelligant, se Magnos esse, quando paruis quodammodo similes, à verborum pompa ac splendore fortunam suam sinunt, & conditionem sequuntur. Si rectè calculum ponis, hoc est sape-

re, & verè eminere: imò hoc est, in aliquam Dei similitudinem euehi; qui suo & solo id totum est nomine, quod exprimi non potest, & omnem appellationem continet. Sic igitur verè Magnus ille RVMASSA (nouo titulo & dignitate TAGRADVLEON) sub inuolucro mihi, septem litterarum, quali Palladis numero, triumque syllabarum, quasi felicitatis mysterio resplendet, totā armatus & ornatus virtute, ut Belgica bella lētis regat auspicijs, fata victorijs attollat. Sic OBENNO, totā ad Bonitatem naturā compositus, ut animo, sic ore aureus, Belgij Primas, Hierarchiam suam, quā prudentiā, eā pietate regens, quā vigilantiā, cā doctrinā, Sacrorum maiestatem in ipsis Bellis & conseruando ornat, & ornando conseruat. Sic ALVEDA, prisci clarique sanguinis, dignus à Magno Rege habitus, qui post præcipua Militiæ Belgicæ munia, rebus Insubrum summo cum imperio præseslet: post arma placidus, & in ipsis Martialis, senario, id est, perfe&to litterarum numero nomen velans, perfectum ipso animo decus explicat. Sic VALZEMIZVS, tam Suavis quām Doctus, gloriam & familiæ suæ, & sæculi tam ingenio effeſens stilo, ut gerere ipse quæ scribit, & eisdem litteris rege re videatur. Sic MENTALCVS, diā mente, origine Regiā, etiam sine titulis, quos infra se habet, excellit: idem fortissimus & prudentissimus, totusque meus: tribus etiam syllabis, quarum tribus singulæ constant litteris, Musarum numerum complexus, hanc sibi laudem vindicat, ut Heros & Hercules dici mereatur. Sic VERVLTHA, & origine, & eruditione tam Græcā, quām Latinā Inclytus, Pacis Arbiter, cum plena & Basilica potestate constitutus, tripli virtutis commendatione Hilpanus, Germanus, Belga: quemadmodum triplici syllabarum structurā compositum Anagrammatismum habet. Sic STOFRANDVS, antiquæ apud Insubres Nobilitatis, & ex ea familia, quæ Orbi Christiano Summum Sacrorum Principem aliquando dedit; vir cultu externo modestus, solidus ab animo ornamenta fortunæ capiens, laude dignus, quia nominari, quām laudari mult. Sic AMANALCAS, ille negotiorum Bellicorum quasi Atlas, tam à titulis alienus, ut ad familiaritatem simplex amet nomen conferre; dignitatem, qua eminet, modestiā; auctoritatem qua pollet, humanitate commendans. Sic ASOR, diuini planè ingenij, eloquij, consilij, & splendens Belgarum fidus, incorruptus sedulusque Summæ Majestatis assertor & viadex: qui etiam in motu tranquillus, in quiete occupatus, semperque sui similis, ad plenas virtutum laudes, breui & simul vernantem nomine conuersis litteris ascendit. Sic BITHOSCO,

magnō illustris munere, & aliquid Solis habens Iustitiæ splendorem vbiique iuachit, duodecim se Dignitatis suæ litteris velut radijs inuolvens, vt omnibus luceat. Sic NICOTHISCVS, vir ad Rem publicam, nec minus ad Sapientiam natus; qua, velut norma, & vitam, & mores componit: benignus omnibus, leuerus sibi, Regios sic administrans thesauros, vt ipse Regi tanquam thesaurus sit; virtutesque ceu diuitias inferendo, perenne Aerarium faciat. Sic SORELBIVS, è Sacro & Academico Ordine; qui cùm titulos alijs tribuat, in se negligit, quia his majoris Majores suos non iactans, sed exprimens, generosum ab indeole, tranquillum à studijs animum in gloriam ducit. Sic & alij ex eadem Orchestra, vel sanguine nobiles, vel virtute celebres, vel famâ insignes, has nominum imagines lēti ac lubentes admisere; latere iocundum rati, cùm obscurari nec possent, nec viderentur posse.

C A P V T I X.

Amicorum & Familiarium Album, quimina sua in Anagrammatismum contulerere. Pleias Melodiariana. Arietis laus, qui Græcis Aries, & Latinis Mars. Aries Martis Signum.

CCCCLI.

Sed familiares ego plerosque meos, loco aut lare proximos, gente aut genio Belgas, hic amoenitate complexus sum; quorum alios genus aut dignitas commendat; alios doctrinam aut elegantia; omnes candor, & exacti ad probitatis normam mores. Recenseri quis volet: haueo certè; paucos è multis, & honoris atque amoris cauſā: suo quemque nomine, an dicam non suo? quia Amicos & familiares, suo, non suo, notos, & tamen ignotos. Cūm neminem nominem, omnes ecce ostendo; cūm loqui non videar, Nomenelator, & quasi ex Albo. Quia Litteris tota hæc amoenitas variatur, Littera hic quoque ordinem Latinā serie constituent. Hi igitur inter alios mei sunt, & quia sub Anagrammatismo, magis mei. Belgæ plerique, alij tanquam Belgæ.

METAMETRICA.

41

AMICORVM ALIQVOT
NOBILIVM, DOCTORVMQVE

A L B V M,

AD PLVRES EXTENDENDVM,

Quorum Nomina, hic testa, in apertum
mox, & cum Elogijs venient.

A Henus.
Ambrynus.

Ampledia.

Anacarpo.

Androgenius.

Ansus.

Arbelaus.

Belaus.

Bidous.

Binycio.

Carasto.

Caricafus.

Chisico.

Catoneocritis.

Cibolius.

Cimuseo.

Ctenuchunda.

Damzilaus.

Danedernius.

Deluvenneda.

Delmo.

Denneras.

Danutenergas.

Derinetes.

Dergis.

Deseriarpa.

Diarba.

Dilo.

Dinaptus.

Dinto.

Disfarta.

Dixiglotta.

Dixigunnius.

Domnorfus.

Dreno.

Duneleus.

Ecbredus.

Effelichius.

Eguinus.

Elborena.

Emarulca.

Emylies.

Engeetus.

Enscurius.

Ergflaus.

Fiferius.

Enbifa.

Eubucyuer.

Eucurcyreta.

Eucyneander.

Eudanaus.

Faqueruca.

Fichalcus.

Focus.

Fronca.

Gassenusa.

Gendaffus.

Geneadorus.

Gelbergondius.

Gelporesbius.

Gistanus.

Gnodius.

Gonuchetus.

Grecherbo.

Gunisba.

Hebisca.

Hegynus.

Heneda.

Herugena.

Hielederves.

Hisenius.

Hiso.

Hyamnus.

Hyerous.

Hyjunus.

Lasca.

Latilaus.

Lerbo.

Lonileus.

Lucenas.

Lyzius.

Manilaus.

Maliassus.

Mecyranus.

Melceto.

Melippus.

Mellurus.

Melthon.

Meltor.

Mermirto.

Meropus.

Mesa.

Mesurgo.

Mesurius.

Mnotta.

Moluna.

Moussnius.

Monzina.

Moruvius.

Mychelba.

Mylerpus.

Nalgernus.

Napuntus.

Narduses.

Necfar.

Nelodonerca.

Nelfiganiltus.

Nesyo.

Nerenunda.

Nibunicio.

Nicander.

Niclestius.

Nicomixus.

Nifia.

Nineveldus.

Nouilanus.

Nucateon.

Nusinno.

Nychio.

Nymetus.

Nylanus.

Ochierca.

Ominero.

Onerbus.

Oralcus.

Oralnes.

Otorva.

Ovissus.

Patharpius.

Phinus.

Pinotus.

Proteus.

Quiceto.

Reberra.

Reulaus.

Rhebegenunda.

Ruarca.

Rupelio.

Senermo.

Sennermus.

Sercho.

Smonanctus.

Somirtus.

Somnosca.

Somo.

Sotas.

Talemnius.

Tarislus.

Teffilchius.

Telbigenander.

Tbarius.

Thenefa.

Thursinaflus.

Tiera.

Timmaromus.

Tirous.

Tirtalla.

Titus Bulerycius.

Torvonander.

Tulbertucius.

Veda.

Vierbus.

Vigaretus.

Vimber.

Virius.

Vrchetus.

Xudelco.

Zapius.

Seorsum Liberos superstites lubet singulari affectu, & sic Anagrammatismo complecti.

PLEIAS MELODARBIANA.

Tusius.

Fusatus.

Amilminaxius.

Darenas.

Heleffus.

Vbaretus.

Arbunus.

Sed bonum factum. Ex Amicorum hoc Albovnus expunctus est, homo tam delicatus, vt elegantiam contumeliam putet: tam ingeniosus, vt in Anagrammatismo suo monstrum nobis monstraret, & meram quasi chimæram.

Spectatum admissi risum teneatis amici?
Et videtur tamen, quia malignè passim quere-

CARAMELIS

Ias depromit, serio nugari. Prorsus tanquam
Litteræ arte transpositæ Arietem effingant, & fu-
rore quodam armatum. Somniant, an delirat? an
Iudos nobis facit? Innocentissimus hic sanè in-
genij lusus est, sine imagine, sine umbra iniuriæ,
aut læsionis. Scire interim licet, Iouem Hammo-
nem Cornibus Arietinis religiose insignitum,,
& hanc Alexandro Magno, ut filius Louis crede-
retur, imaginem Cornifrontis placuisse. Quid?
Cornua habere, diuinum est: radij enim sunt, &
cælestem quandam dignitatem repræsentant.
Sic & Oraculum olim Arietinum erat, cuius Au-
lilus Gellius meminit, lib. 111. cap. 111. Quid ver-
ba facio? redeat ad nomen suum, qui innocentia
Anagrammatismo grauis est; & quod accusat, in-
veniet: inventer Arietem, quia Martem nomine
continet, etiam litibus Martialis. Aries, inquam,
Mars est, Græcis ^{Apis}, qua Plautus voce usus,
Truculēto: *Sis tu in legione bellator, si vis: at ego in*
culina Ares. Latinis autem Aries Ares erat. Var-
ronis verba sunt, lib. iv. de Lingua Latina: *Aries,*
quod eum dicebant Ares Veteres. Non frustra etiam
Martis signū, siue domus in cælo Aries est; cum
bellicosam Dei indolem frontis ferociam expri-
mat, Tauro iam & fortior, & formosior; quia vel-
lere fulget aureo, & auro ferit. Quinetiam, cui
Mars placet, & ante omnia carum est aurum; pla-
cebit Martis Aries, qui torus est aureus. Quam
etiam hic vim voces Hebraicæ habeant, alijs
considerandū relinquo. Sed nihil agimus: exuat
Anagrammatismi elegantiam, qui non capit; qui
sub homine, ut sic dicam, quam sub nomine late-
re mauult, & fallere; qui alieno quoq; ingenio
se attollit. Tessa nostra candor est; à fuco, & fal-
lacijs, more maiorum, alieni sumus: Honestas est;
fraudes, sordes, strophas detestamur: Modestia
est, fastum, & ambitionem Lare, & magis pecto-
re secludimus. Abeant vitia; amicitia inter bo-
nos est: veniant Virtutes, Scientiæ, Elegantiæ;
firmam, & iucundam amicitiam facient. Gaudēt,
qui sic iuncti sunt, *διαγραμματίζεσθαι:* inuolui nomi-
ne, quod è suo quisque nomine capit; nunquam
alius, quamvis esse videatur; semper idem,
quamvis plures formas assumat.

CAPVT X.

De multiformi Anagrammatismi Varietate, pro
numero & natura Litterarum. Ha-
rum diuisio, & obseruatio.

CCCCLII.

Has nunc prosequi lubet, totamque Ana-
grammatismi fertilitatem ad Numerum,
& Modum vocare; ut quadam velut arte inclusa.
Scire igitur solerti licebit compendio, *Quot in*

*vno nomine Nomina sint, & quam Varietate
admittant singula; parua magnam, magna im-
mense.*

Et Varietas quidem à monade ad multitudi-
nem consurgens, incremento suo numerum
rationem Litterarum sequitur, è quibus nome-
vnumquodque compositum, ac formatum vel
Singulis, vel Binis, vel Pluribus. Vnuis Li-
teræ, quæ & Syllabam, & vocabulum potest
cere, vna positio est, nulla tractatio siue transpo-
sitio: quia enim vna vnum simplicemque sit
tenet, Vocalis sit necessum est, vna ex quoq;
A, E, I, O, V. Duarum, duæ positiones sunt, vna
transpositio, atque hæ duæ (sed extra diphon-
gum) vel vocales sunt, & fit Dissyllabum; vna
vocalis & consonans, & manet Monosyllabum.
Vna, inquam, duarum litterarum transpositio
est: quia enim duæ sunt, prima, ut à suo abea-
non potest, nisi secundæ locum occupare: vna
in Vt, & TV, vbi Coniunctio in Pronomenis
sinit. Item IO Inachi filia, à Ioue in inuenientia
mutata, & OI dolentis particula, quasi meta-
morphosis suam deformata puella Anagram-
matismo suspirat. Trium litterarum tergemini
transpositio est. Prima enim situm secundæ
tertiæ capit; secunda, tertiae & primæ; tertiæ
primæ & secundæ: ut MVS, quo nomine feru-
lus Epicuri fuit, in MSV, VSM, VMS, SVM,
SVM. Deinceps maiori incremento surgit con-
jugatio, ordine hic nobis exprimenda, partim
verbis, partim notis. Ut enim Binæ litteræ
nas dant positiones, Ternæ bis ternas: ita

Quaternæ, vicinas quaternas 24.

Quinæ, centenas vicinas, 120.

Senæ, septingentas vicinas, 720.

Septenæ, quinquies millenas quadragi-
nas, 5040.

Octonæ, quadragies millenas, trecentas
vicinas, 40320.

Nouenæ, trecenties sexagies bis millena
octingentas, octogenas, 362880.

Denæ, trigesies sexies centenas millena
vicies octies mille octingentas, 362880.

Vndenæ, trecenties nonages nouies cen-
tenas millenas, decies sexies millena

octingentas, 39916800.

Duodenæ, quater millies septingenties
nonages centenas millenas, mille
sexcentas, 479001600.



METAMETRICA

13

CAPUT XI.

Ratio ac regula, qua tota Anagrammatismi Varietas ad numerum Veniat. Contortuplicata nomina.

CCCCLI.

HAEC Varietas Anagrammatismi est, & extendi potest: Ratio à numero Litterarum, que suo in se ductu multiplicantur, & has regulas habent.

Si una erit Littera, & nomen unius fortassis Litteræ, ad numerum non veniet: semel enim sumpta in se redit, & una est, non aliam ob causam, quam quia una.

Si Duæ, in 1. ducendæ sunt, & erunt 2. Semel enim duæ sunt duæ, & haec tota hic varietas est.

Si Tres, in 2, & erunt 6.

Si Quatuor, in 6, & erunt 24.

Si Quinque, in 24, & erunt 120.

Si Sex, in 120, & erunt 720.

Si Septem, in 720, erunt 5040.

Si Octo, in 5040, & erunt 40320.

Si Nouem, in 40320, & erunt 362880.

Si Decem, in 362880, & erunt 3628800.

Si Undecim, in 3628800, & erunt 9916800.

Si Duodecim, in 9916800, & erunt 479001600.
Quod dico, facio; & multiplicationis ductus gradatim in numeros quemque suos lcansties ostendo.

1 —	1
2 —	2
6 —	3
24 —	4
120 —	5
720 —	6
5040 —	7
40320 —	8
362800 —	9
3628800 —	10
39916800 —	11
479001600 —	12

Licebit vero hoc ordine ac methodo progredi, si grandiora nomina sint: quemadmodum esse possunt, præsertim ficta, & quæ in scena ludunt. Illa Plautina, Persæ Act. iv. Sc. vi. verè longa & contortuplicata sunt; sed ingenium dispungentis occupent. Etenim si fraudulentum vis hominem, ecce Techniloquides, & Nugidololoquides: si superbum, Vaniloquidorus: si auarum, Nummorum-expalponides, Argenti-exterebronides, Quod semel arripides nunquam postea aeripides. In

quo ultimo triginta nouem elementa sunt: & possis minori iam opera in omnes formas suas Alphabetum diducere, verba omnia quotquot xxiv. apud Græcos & nostrates litteris confici queant, numerare. Quantum opus! summam pono, tu pronuncia.

620448401733239439360000.

CAPUT XII.

Modus ac Methodus, qua omnes formæ quotquot numeratae iam sunt, constituantur. Exemplum in digrammato & trigrammatip.

CCCCLIV.

SATIS de Numero, & Ratione Numeri: Modus ac Methodus, qua formæ omnes habeantur, quamvis labore constet, ingenio tamen abfoluitur, & quibusdam velut præceptis, quæ subiungo.


Quot Litteræ, tot ordines constituendi sunt, tanquam è singulis noua vocabula descendant. singulæ etiam in principijs torties locandæ, quoties reliquæ, quæ vocabulum absoluunt, situm variant. Redeat IO, & exemplum Dissyllabum faciat, una iuuenca gemina Litterarum specie. Hic vel I præponitur, & erit IO; vel O, & erit OI: sed quia O, post I, in IO una est, non potest ex IO, nisi OI efformari.

I. O.
IO. OI.

A duabus ad tres venio Litteras, una tamen syllabâ comprehensas. DIS esto, quem Plutonem appellant. Singulæ hic Litteræ bis mutantur: quia enim post primam D. duæ sunt, I, S, gemina collocatio est. Ergo bis D, quia secundo & tertio loco scribi potest: bis I, quia tertio & primo: bis S, quia primo & secundo: ergo post D. potest esse IS, vel SI; post I verò SD, vel DS; post S denique DI, vel ID. Si dicere hæc satis non est, ostendo.

D.	I.	S.
1. DIS.	3. ISD.	5. SDI.
2. DSI.	4. IDS.	6. SID.

Quemadmodum vero (quod animaduersione dignum est) ex una hic constructione senæ sunt: ita conuersiois necessitate ternæ retrogradæ: ultima primæ, quincta quartæ, tertia secundæ: nec sine ordinis elegantia, quam lineæ ostendunt.



CA

CAPVT XII.

Exemplum in Tetragrammato. In tota Anagrammatismi Varietate partem Litterarum dimidiam retrorsus ire.

CCCCLV.

AVgendus est numerus: & quidni ROMA, hic nobis verè quadrata, conuertatur? Verè Amor ac delicium Orbis, vt elogium ex ipso Anagrammatismo exsurgit. Sed Maro accedit, vt quo potissimum ingenij iubare clara sit, nomine suo ostendat. Viginti igitur quatuor diversæ è quatuor Litteris formæ sunt, quot apud Græcos orationis elementa. R. sexies principiū occupat, quia O, M, A, quæ sequuntur, sexies singulæ situm variant: ternario autem numero hanc inesse necessitatem, priori iam exemplo ostendi. Nascuntur igitur post R, OMA, OAM, MAO, MOA, AOM, AMO, suo quidem ordine, & in circulum vocabuli Litteris reductis. Sic post O, MAR, MRA, ARM, AMR, RMA, RAM: post M, ARO, AOR, ROA, RAO, OAR, ORA: post A, ROM, RMO, OMR, ORM, MRO, MOR. Laterculum adiungo.


R O M A.

1 Roma.	7 Omar.	13 Maro.	19 Arom.
2 Roam.	8 Omra.	14 Maor.	20 Armo.
3 Rmao.	9 Oarm.	15 Mroa.	21 Aomr.
4 Rmoa.	10 Oamr.	16 Mrao.	22 Aorm.
5 Raom.	11 Orma.	17 Moar.	23 Amro.
6 Ramo.	12 Oram.	18 Mora.	24 Amor.

Hic etiam vt viginti quatuor tractationes sunt: ita duodecim retrogradæ: vltima primæ, vigesimatertia vndecimæ, vigesimasecunda decimæ quinæ, vigesimaprima quartæ, vigesima octauæ decimanona decimæ octauæ, decima septima quinæ, decimasexta nonæ, decimaquarta seundæ, decimatertia duodecimæ, decima tertia, septima sextæ.

Vt ROMA, sic ROSA est, eodem numero Litterarum, ordine, modo, si M in S commuteatur. Romam Rosam voca, Reginam florum, vt Vrbium habebis.


Ordinis huius partim numeris, partim lineis in numeros redactis, tabella exprimit.



ANAGRAMMATISM

ANAGRAMMATISM

Quatuor Litteris retrogradi, partim numeris, partim lineis coniugati:



CAPVT XIV.

Exemplum in Pentagrammato. Non ex omnibus litterarum coagmentatione syllabam creari. Vbi de natura Consonantium.

CCCCLVI.

AD quinas iam Litteras exemplum profero, & à Platone sumo, bono omne, bono nomine: quippe qui & numeris philosophatus est, & de Nominum ratione in Cratylo scripsit; bis Plato, cum Aristocles appellaretur maiornomine, & alter tantus litteris, quia immutatus. Nimirum hic quoque Hesiodi illud locum habet, *τίτανες τάρταρος: Dimidium plus irato: illis occinendum, qui diuites & auari sunt: indigni opibus suis, imò non suis; quia aut malè, aut non utuntur. Vbi honestas igitur? vbi probitas, candor, fides?* Post nummos hæc omnia, & lucro virtus seruit. Rectè Naso:

Cura quid expedit prior est, quam quid sit bonum;

Et cum fortuna statque caditque fides. Licetne addere? sed Satyrici Venufini ore:

Tan-


METAMETRICA.

15

sensus à labris fisiens fugientia captat
 flumina quid rideas & mutato nomine de te
 fabula narratur. Congestis undique saccis
 Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
 Oferis, aut pictis tantum gaudere tabellis.
 Sed ad Platonem redeo, quinque litteris,
 duabus autem syllabis tot continentem traie-
 ciones nominis, quot annis olim Mensis Ma-
 gnum Aegyptiacus (de quo in Bissexto meo) cō-
 putabatur. Mirati incipe: centum viginti in-
 una forma formæ explicatæ sunt: eo modo, in-
 genio, arte, quibus iam dixi, & docui in com-
 pendium laborem converti. Quia enim quin-
 que litteræ sunt, quinque ordines vocabulorum
 constituantur: & quia post primam quamque
 quatuor reliquæ sunt, viginti quatuor vocabula
 ordines singuli recipiunt: quatuor enim Litteræ
 vigesies quater variantur.

P	L	A
1 Plat.	25 Latop.	49 Atopl.
2 Plat.	26 Latpo.	50 Atolp.
3 Plota.	27 Laopt.	51 Atplo.
4 Plao.	28 Laosp.	52 Atpol.
5 Ploat.	29 Lapto.	53 Atlpo.
6 Plota.	30 Lapot.	54 Atlop.
7 Patpl.	31 Liopa.	55 Anapl.
8 Patlo.	32 Leap.	56 Aopl.
9 Paolt.	33 Lipao.	57 Aolip.
10 Paell.	34 Lepoa.	58 Alpl.
11 Paleo.	35 Leaop.	59 Aotpl.
12 Palot.	36 Ltapo.	60 Aotlp.
13 Peola.	37 Lopat.	61 Apleo.
14 Peoal.	38 Lopta.	62 Aplot.
15 Pilao.	39 Loatp.	63 Aptol.
16 Piloa.	40 Loaps.	64 Apilo.
17 Peaol.	41 Loepa.	65 Apolt.
18 Pealo.	42 Losap.	66 Apolt.
19 Polat.	43 Lpato.	67 Altop.
20 Polta.	44 Lpaot.	68 Alepo.
21 Poatl.	45 Lptoia.	69 Alopt.
22 Poale.	46 Lptao.	70 Alotp.
23 Poala.	57 Lpoat.	71 Alpto.
24 Potal.	48 Lpotia.	72 Alpot.

In primo ordine, post litteram P, sexies L,
 reperiuntur, sexies A, sexies T, sexies O. Duæ
 deinde reliquæ litteræ suâ sequelâ, TO, OT,
 OA, AO, AT, TA;



T	O
73 Topla.	97 Oplat.
74 Topal.	98 Oplta.
75 Tolap.	99 Opalt.
76 Tolpa.	100 Opali.
77 Toapl.	101 Opta.
78 Toalp.	102 Optat.
79 Tptao.	103 Olapt.
80 Tploa.	104 Olapt.
81 Tpoal.	105 Olipa.
82 Tpalo.	106 Olrap.
83 Tpola.	107 Olpat.
84 Tpoal.	108 Olpta.
85 Tlaop.	109 Oatpl.
86 Tlapo.	110 Oalp.
87 Tlopa.	111 Oaple.
88 Tloap.	112 Oapt.
89 Tipao.	113 Oaltp.
90 Tlpoa.	114 Oalpt.
91 Taopl.	115 Otpla.
92 Taulp.	116 Otpal.
93 Taplo.	117 Ottap.
94 Tapol.	118 Ottpa.
95 Talop.	119 Otapl.
96 Talpo.	120 Oatlp.

& sic in reliquis. In secundo ordine post L, se-
xies A, sexies T, sexies O, sexies P. Post A, verò
bis T, bis O, bis P. Et ita deinceps.

In varia hac etiam vicissitudine litterarum syl-
labæ alibi syllabæ non sunt, molestæ ori, diffi-
ciles pronunciari: litteræ sunt, & manent litteræ,
nullam in vocem, quia singulariæ, aut certè
hiulcam admodum coëntentes. Caussa à Conso-
nantium concursu, & collisione, præsertim quan-
do Liquidæ L, M, N, R, Mutas præcedunt, & ip-
se planè mutæ sunt. M, hic etiam peculiari est
indole: nam cum sorores Litteræ L, N, R, sequi
Mutas possint, non præire; hæc neque præit, ne-
que sequitur, nisi post T, vt *Tmesis*, *Tmolus*, quem
admodum in semiuocalibus, non nisi post S, vt
Smaragdus, *Smegma*. Cum etiam Liquida Li-
quidæ coniunctionem respuat, hæc vna cum vi-
cina N, coalescit, vt *Mna*, *Mnemosynon*. Ipsa
etiam vocabula, quamvis vocabula sint, ac pro-
nunciari possint; significacione tamen plerum-
que (vt monui) velut anima destituuntur. Cor-
pora duntaxat, nisi & interdum monstra malis
appellare. Sed hi abortus, vt sic dicam, Litte-
rarum sunt; tanquam ipsa vitium fertilitas adfe-
rat, & mixtura peccet. Formæ retrogradæ nu-
meri dimidium occupant, quas annotare, ope-
ræ & amoenitatis pretium sit: qui volet, lineis
quoque exprimet, curiosam admodum velut
harmoniam intenturus.

Hic nunc sunt ANAGRAMMATISMI,
quinque Litteris Retrogradi, Numeris signati.

1	120	38	66	61	118	91	47
2	78	32	10	62	76	92	5
3	60	33	112	63	41	93	107
4	110	34	56	64	105	94	37
5	92	35	21	65	87	95	19
6	50	36	99	66	31	96	97
7	42	37	94	67	23	97	96
8	106	38	52	68	101	98	53
9	88	39	17	69	83	99	36
10	32	40	81	70	13	100	86
11	117	41	63	71	115	101	68
12	75	42	7	72	73	102	26
13	70	43	119	73	72	103	18
14	28	44	77	74	30	104	82
15	113	45	59	75	12	105	64
16	57	46	109	76	62	106	8
17	39	47	91	77	44	107	93
18	103	48	49	78	2	108	51
19	95	49	48	79	114	109	46
20	54	50	6	80	58	110	4
21	35	51	108	81	40	111	89
22	85	52	38	82	104	112	33
23	67	53	98	83	69	113	15
24	25	54	20	84	27	114	79
25	24	55	90	85	22	115	71
26	102	56	34	86	100	116	29
27	84	57	16	87	65	117	11
28	14	58	80	88	9	118	61
29	111	59	45	89	111	119	43
30	74	60	3	90	59	120	1

CAPUT XV.

Ratio Litterarum ad Syllabas, item ad Dictiones translata. Proteus. In Militia, Conuiuio, Ambulatione Anagrammatismum esse; usu, & lusu probari.

CCCCLVII.

Hic igitur Anagrammatismus est, Numero suo secundus, Modo varius, Arte & labore tractandus. Si quæ de Litteris dixi, ad Syllabas, imo ad Dictiones transferre libeat; noua in compendio amoenitas erit.

Et Syllabæ quidem, vel singulae sunt, & nulla mutatio est: vel binæ, & binas habent: vel ternæ, & bis ternas: vel quaternæ, & vicinas quaternas: vel quinæ, & centum-vicinas: vel senæ, & septingentas vicinas: & sic deinceps. Quid tamen est? Si quis aut Artem longam, aut labore morosum existimet, ingenio, atque etiam fortunâ vtatur. Ante omnia expensis Litteris, ultima utique syllaba constituenda est: ut molli, & vel Latinâ, vel Græca terminatione venustatem assumat: ita enim in suam reliquæ

formam faciliter venient, vel non innite ducentur.

Dictiones carmen, & um præcipue versum respiciunt, quem Proteum appellamus. Quies hic autem verti possit, satis in Thaumaturgo nostris, cum & Pietatem amœnam facceremus, explicatum. Sed ne in solis vel Litteris, vel Syllabis, vel dictionibus ingenium detineam, etiam in Conuiuio, etiam in Militia, etiam in quo diana Ambulatione Anagrammatismum esse libens ostendo. Et in Militia quidem nonne ordinis sunt? in singulis Bini, Terni, Quaterni, Quini, Seni, aut plures eunt: qui omnes ratione numeri locum mutent, & aliam aliamque exhibeant constitutionem. Si Bini, duæ formæ erunt. Qui enim dexter, fieri sinister potest: contra, qui sinister, fieri dexter. Si Terni, sexies inter se variare locum poterunt. Si Quaterni, vigesies quater. Si Quini, centies vigesies: quemadmodum de Litteris dictum. Eadem Conuiuij ratio, vbi vario numero, sed vel Gratiarum, Varro docet, vel Musarum, vel intermedio, per bellè sedetur: si plures Symptæ sint, ac toties singuli bibant, quoties mutare ordinem queant, tota vindemia satis non sit. In Ambulatione quæ reciproca spatia itu redituque conficit, partim mutatione loci, partim solâ conuersione vires sunt, partim vtrâque. Duorum facilis ratio. Redire nequeunt, nisi conuertantur. Hoc modo, qui dexter, sinistri locum capit; qui sinister, dextri. Sed mutatione loci dexter semper dexter erit, & sinistri sinistri; quia sinistrorum vterque reflectet. Ternarius hic numerus senas omnino tropas, atque vicissitudines habet, quemadmodum more suo Hispani hodie, & eleganter ambulant. Singuli igitur, sed distinctis spatiis nunc medium subeunt locum, nunc dextrum, nunc sinistrum. Qui dexter est, fit medius; medius, sinistri; sinistri autem solâ conuersione dexter. Item, dexter & medius sinistrorum circumaguntur; sinistri dextrorum. Dici sole in rebus perplexis, ac dubijs. Quod me veram nescio. Respondeat, non sine ioco Comicus:

Si Deos salutas, dextroruorum censeo.

Atque talis in Sacris motus, talis solennitas tanquam cælum homines sequantur. Sed in Ambulatione ista aliquid sacri esse, & aliqui simul profani, varietas ostendit: maior futura si personarum augeatur numerus, & suum locum ordinem, suumque conuersio obtineant. Nisi sine figura verba sint, senariam mutationem regnis repræsento, tribus litteris totidem personas.

A	A	C	C	B	B
B	C	A	B	C	A
G	B	B	A	A	C

A, B, C, primus itus est, A, C, B, redditus: C, B, sc.

METAMETRICA:

17

secundus itus, C, B, A, reditus: B, C, A,
tertius itus, B, A, C, reditus. Sed manum de-
paula: dixi, quæ huius, & hactenus non tra-
duxi, quod sciam, argumenti sunt, & quæ ad
Anagrammatismum Nominum Propriorum.

propriè faciunt; amœna, si lusum æssimaueris;
seria, si vsum. Quid? amœnus egomet fui, vt
Amicos & familiares aliquot meos nominarem;
serius, vt tegerem. Hi ipsi, quia Amici, nomi-
nari pulchrum censuere; tutum abscondi.

M V S A I I I . V T E N S.

 CCCCLVIII.



VO modo formentur Ana-
grammata, Prima & Secun-
da Musa docent: ergo ex
contemplatione progredia-
mur ad praxim, videamus
que nonnullas ingenio-
sas, & doctas vocum Me-
tamorphoses, quas Viri

Eudit fecerunt.

In ordine nullam legem obseruo; sed quæ
prius ad meas venerunt manus, sunt prius pos-
iti: omnes Viri docti meo iudicio sunt primi,
nullus ultimus: nec volo alicuius gloriar & me-
mis ex hoc capite prædicari.

 CCCCLIX.

 ONORET etiam librum hunc P.
Bohuslai Aloisij Balbini S.I. inge-
nium pium & eruditum: nam inter
alia, Diuæ Vvartensis miracula &
prodigia calamo eloquenti descri-
psit, & rot exornauit conceptibus, vt Concio-
natores, Rethores, & Poëtz multa inueniant,
quibus suas possint speculationes exornare.

Merito Vir optimus suum stylum dedicauit
Deiparæ: quoniam, vt ait D.Bernardus serm.3.
super Salve Regina. De Maria, & ob Mariam,
& propter Mariam omnis Scriptura facta est: pro-
fer banc totus mundus factus est: & hac gratia
Dei plena est: & per banc homo redemptus est: Ver-
num Dei caro factum est: Deus humilis & Homo
sublimis. Et vt D.Bonaventura in Speculo B.
Virginis cap.8. Ipsa (Maria) Dei mater est, qua
maiorem Deus facere non posset. Maiorem Mundum
facere posset Deus: maius Cælum facere posset
Deus: maiorem Matrem quam Matrem Dei, fa-
cere non posset Deus. Hæc duo testimonia præ-
misserat, subiungitque.

MAGNÆ DEI MATRI,

- a Thesauro Trinitatis,
- b Altari Animato,
- c Prodigio Cælesti, &
- d Sacratissimo Spectaculo,
- e Pundatrici Ecclesia,
- f Reparatrix generis Humanæ,
- g Paradiso secundi Adami,
- h Epitoma excellentiarum Dei,
- i Officina miraculorum,
- k Primogenita Redemptionis,
- l Centro Terra,
- m Collo Ecclesia,
- n Throno Dei,

M A R I A E:

Per quam post D E V M totus viuit
Orbis terrarum.

GRAMMATISMA.

- a Origenes ap. Causs. in Aula S.T.I. l.3. sect. 15.
- b Methodius ap. cundem. c S.Ignatius.Antioch.
epist.ad D.Ioan. d Idem ibidem. e S.Cyrill. ap.
Causs. f S.Fulgent. ibid. g S. Proclus hom. de
Natiuit. Chr. h Andr.Cretens. ap. Caussin. l.cit.
i S.Ioan.Damasc. Orat. de Natiuit. k S.Bernard.
din. Senen. Tomo 2. Concil.51. artic.3. cap.4.
l S.Bernardus serm.2. in Pentecoste. m Spinell.
lus in Throno B.V.C.14. num.17. n Id.ibidem.



IPSI SOLI

hunc de Vvartensibus miraculis Librum
offerebat,

Et hoc Anagramma laboris maximi
Voto suscepto Faciebat.

P.Bohuslaus Balbinus e Societate IESV.

PROGRAMMA
ET ORATIO ECCLESIAE.

Sodalis loquitur.

SALVE REGINA, Mater misericordiae,
 vita, dulcedo, & spes nostra salve! ad te cla-
 mamus exules Filij Euæ; ad te su-
 spiramus gementes & flentes in
 hac lacrymarum valle. Eia ergo
 uerte. Et IESVM benedictum fru-
 ctum ventris cui nobis post hoc
 exilium ostende. O clementis, O
 pia, O dulcis Virgo Maria.

ANAGRAMMA PERFECTVM,

Et Responsio Beatissima Virginis,

Iisdem omnino litteris, nullâ desiderata, nullâ

superflua Beatissima Virgo consolatur

Sodalem Salve recitantem:

ME SALVERE CVPIS? VENIO
TVA VIRGO, SODALIS.
SIC TE CLAVDO SINV, MATER;
LAC ACCIPE NOSTRVM!
VBERE CÆLESTES DESTILLO
MELLIS HONORES,
ET TERGO LACRYMAS, ET VVL-

10 12 6 10 7 3 12 18 9 11 10 9 11 8 11 11
7 VM AMPLECTOR AMATU
13 10 2 11 11 19 12 12 14 10 13 3 14 4 20 15 16 11 11 11
ARBOR ERO VITÆ, SPES SI IN
1 13 1 14 13 22 10 13 14 6 23 14
FIXA RECLINET.
2 15 4 24 5 25 13 16 15 16 15 15 17 7 3 26 11
FIDE DEO: IVVAT I NGENV
11 27 16 11 18 14 17 12 15 6 18 14
MEA CVRA SODALE
7 29 18 9 19 20 15 16 21 16 20 17 30 10 21 17 12 31 19
DEIN VVLTV OSIENSO, MEA M
2 19 14 21 4 16 18 15 20 22 12 2 16 21 21 21 21
XIMA GLORIA CHRISTVS
19 31 33 32 42 52 3 15 19 22 20 13 24 11 8 23 9 23 20 21
TE FESTVM (ò) LOCVNDA DI E
24 12 27 25 10 35 17 24 14 21 13 11 36 21
IN SIDERA CONDET.

Sunt tam in Oratione quam Responsione
pauciores, nec plures litteræ:

24 2 2 14 11 36 3 4 2 25 16 15 13 21 4 17 19 20
A æ b c d e f g h i l m n o p r s t u

Hoc P.Balbinus ingenioso Anagrammati
bri initium ornauit: & ut finis contonaret
hoc illum clausit.

PROGRAMMA.

Ave MARIA, gratia plena, Dominus
cum benedicta tu in multisibus, & benedictus
fructus ventris tui IESVS: Sancta Maria
Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, munera
horæ mortis nosfre. Amen.

Responsio Beatissimæ Virginis ad Sodalem
hoc Ave recitantem, eisdem omnino litteris
nullâ desiderata, nullâ in aliam litterâ mutata.

Inuitatur à Beatissima Virgine Sodalis ad
amorem Virgineum.

Chare Sodalis ama! ut non te peccata morent
Ingridiare sinum: tuus est: clauderis in isto:
Totus ibi Matrem bibe, sapius ubera prensa:
Nam tibi nectar erunt, cordi fauus omnia virgo
Vincet Amor.

Sunt tam in salutatione seu Oratione, quæ
in Responce, seu Carmine, litteræ nec pa-
ciiores nec plures.

16 1 13 4 16 1 1 19 2 8 13 2 3 13 12 19 14
A æ b c d e f g h i l m n o p r s t u

Cognoui P.Balbinum in Bohemiâ, virum
pietatem doctrinamque Populo & Principibus
charum: vt vidi, cœpi venerari & amare, quæ
omnes faciunt, qui illi semel loquuti.
alia addidisse ingeniosa Anagrammata; sed quæ
illa nondum habere potui, multo splendore
rebunt.

bune iste paginæ. Addentur, si librum recu-
di contingat.

CCCCLX.

Est Eminentissimus Rospigliosius, Princeps omni litterarum genere exornatissimus: Scientiarum Promotor, & omnium Ingeniorum Mecenæs. Habet in aula suā Viros dignissimos, quos Fama celebrat: ut inter cæteros Paginam hanc nobilitat D.Ioannes Baptista Agnensis, mibi in Mariā Charissimus, nunquam oculatior, quamcum cœcus. Ingenium consecravit Deipara, & multa ingeniosè & deuotè scripsit, quæ merentur applausum. Anagrammata exhibeo, vi meum Lectorem in Metametricis instituam, & in ipso aduersum Angelorum Reginam devotionem intendam.

PSALTERIVM ANAGRAMMATICVM MARIANVM IMMACVLATVM,

Seu

Centum-quinquaginta Anagrammata prorsus pura pro Mariā Deiparā, Immaculatè con-
cepta, ex his Salutationis Ange-
licæ verbis eruta.

MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM.

Auctore IO.BAPTISTA AGNENSI, Cyneo, Calueni.

Eminentissimi Principis S.R.E. Card.

IVLII ROSPIGLIOSI

Aulico, à multis mensibus omnino cœco.

Declaratorius Auctoris erga Diuam affectus.

VE, MARIA, GRATIA PLENA,
DOMINVS TECVM! En interno
mentis lumine dedi cor meum in simi-
litudinem pietate, quam in bono tuo
lumine colloco, Lampas indeficiens. Ecce triginta
unum Angelici huius acroamatis, veluti Men-
sæ tui totidem dierum numero distincti, charac-
tem, seu literas, tanquam totidem Stellas Ordine-
ario choreas agentes, ac Immaculatæ tue gloria
oscillantes, & amabili concursatione alia ex alijs
vixia Tibi texentes Tibi Siflo, illuminatrix MA-
RIA. Accipe hæc fidera noctis mœ. Ita mibi lon-
gæ hæc oculorum nox erit illuminatio in delicijs
misi, dum tu eris oculus cœco tuo: nam ad lau-
der tuas, ut vides, cœci vident. Te feram in-
teulis cordis amore non cœco, dum per Te, gratia

plena, hæc luce gratia, olim lumine gloriae sim-
videns. Hoc est, Domina, quod 150. hisce ana-
grammatibus, veluti totidem psalmis tuis, tibi ca-
nunt, & iam defecerunt oculi mei dicentes, Do-
mina, quando consolaberis me? Ecce lumen
oculorum meorum ipsum non est mecum: Sed
tecum est, dum est Dominus tecum; Dominus
illuminatione mea, & salus mea. Hoc est quod cœ-
cus clamo secus viam: Domina, ut videam Filium
tuum in patria: & tunc lumen oculorum meorum
erit mecum.

Cano Reginam Iure tutam è lapsu Adami
Reginam videtis à nota maculæ puram?
Do Reginam puram, & sine macula auita.
Reginam (at næuo puram) Ixeti dicamus.
Io Regina, pura, munda, & Immaculata es.
Io, Regina amata: dic tu: En almè Pura sum.
Pura animata sum à Rege mei dulci nato.
Pura Vnica ego sum, Mater alma Dei nati
Caro mea pura à malis, Dei natum genuit.
Ego superna, Immaculata Diuina Mater.
Templum Dei sum, Arca ignara notæ Aui.
Regia Munda, & Palatium emicans auro.
Ego aurum nitens, Immaculata Deipara.
Pia, Munda, Iusta, Alma Creatorem genui.
Ego mitis, Pura, Immaculata, veneranda
Margarita cæli sum; niuea aptè munda.
Sat pura è malo Adami Increatum genui.
Vna semper Immaculata, Virgo Dei nata.
Deipara augustè Immaculata nominer.
Arca pura Nati Dei, eum tegam almo simu.
Aula sum tota munda, ac Regina Empyrei,
En Virgo, en Deipara sum, at Immaculata.
Clare Puræ, ideò Amantis Amatum genui.
Ego Eua, armis Paracleti munita munda.
Ego amans, mirè pura, Dei Natum lactaui.
Casta Mater, pura Diuia Anguem elimino.
Longè caput Iræ à summa Diuinæ Matre.
Procul anguis à me, vna Mater Dei amati.
Ruat Anguis amarè, immane caput elido.
Sum Mater vnigeniti à Deo pura, ac alma.
Toia sine macula Adam, purè germinaui.
Pergam inviolata, ac Munda Mater Iesu.
Viuam Deo Integra, Immaculata parens.
Perijt Anguis coram Eua munda, & alma.
Deipara inuenta sum, ergo Immaculata.
Si pariat vna Deum, en ergo Immaculata.
Pura, & digna Mater; summa cæli Ianua.
Digna Mater Iesu, & pura à macula omni.
Sola purè, ac mirè munda animata viget.
En Paradisum, at ignotum iræ maculæ.
Eua, vti Parens, Adami ignorat maculam
Eua secunda malum ignorat primæ? ita
Virgo nè semper munda à macula? ita, ita.
Vna est Deipara Virgo: en Immaculatam.
Vna est Immaculata Virgo: En Deiparam-

CARAMELIS

Ea pura à malo mira genuit sanctum Dei.
En Regia tota lucida, anima summè pura.
En Mater amata, Diua pura, signum Cæli.
Munda mali vigeat super omnia creata.
Purè amata, & munda è macula originis.

Regina summè Diua, purè intacta à malo.
Dei summa Imago, clara, & pura inuenta.
En Virgo nata Diua, semper Immaculata.
Regia Nata quadens luctum amari poni.
Alma Dei Virgo ante casum præmunita.
En Virgo pariet Deum, sana, Immaculata.
Niuea Mater Iesu, culpam ignorat Adam.
Virgo est, ac præmunita in Adæ malum.
Ista Virgo almè, purè, ac mundè animata.
Tanta Virgo merè Immunis à culpa Adæ.
Deipara Magna venit, morsu mali vacet.
Ea sanè tota pura, miraculum Magni Dei.
Iram, maculamuè Adæ penitus ignorat.
Purior Angelis, Deum, vnicè amata, amat.
Regina mirè tuta à lapsu communi Adæ.
En pura Domus aurea micat almè ignita.
Virgo veneranda, ipsamet Immaculata.
Ista Eua Regina, mundo almè pura micat.
Maturè nego in Deipara iusta maculam.
Lapsum, ac reatum Adami Niuea ignoret.
Iure negamus maculam in tota Deipara.
En pura Dei amans, & Immaculata Virgo.
Amici, en pura genuit Adam Saluatorem.
Ergo sine macula auita: nam Deum parit.
O sanè claram, & puram Dei viui Gnatam.
O Diuam purè genitam sine atra macula.
O Diuam ingenti macula præseruatam.
Age munda, I pura, tota mirè sine macula.
Age Numen paris, ò diua ter Immaculata.
Age Idea sane clara omnium puritatum.
Furè Immaculata es, nam Virgo Dei nata.
Vna paries Dei natum, ergo Immaculata.
I, age pura à forde, & munita in maculam.
Munda à macula, i Iesum parito, & regna,
En Ciuitas alma, purè munda Regi amato.
Munda venis, Virgo amata, prima Electa.
Ingenua, prouida, Mater Immaculata es.
Gaudie Eua, spinâ malorum mirè intacta.
Vale pacis Mater, Virgo mundè animata.
En Deipara; ergo tuta, immunis à macula,
Eua, mundi Regina, almè micas tota pura
Eia Pura, mundi Regem amato sinu lacta.
Tu, ò Alma, specie tua mira, i, regna munda,
I, Regum Patrona: en Diua Immaculata es.
Iam munda es à culpa Virgo intemerata.
Vna Deo Immaculata es, Mater puri Agni.
Eia ergo pura, munda Immaculata nites.
I Virgo sanè munda, apertè Immaculata.
Eua te dignam iuro sine macula partam.
Pura à macula, esto etiam mundi Regina.

Tu Regina pia, summa, & munda Cœli A.
I Virgo almè amata, pura, munda nitens.
Sanè digna, meritoue pura Immaculata.
Verum Dei Agnum, intacta à malo parties.
Agè purè animata, mire cumulata donis.
O Regina summè nitida, & pura à macula.
Cœli mei gaudium, Nata Pura Amantis
Virgo planè munda, ac Mater Iesu amata.
Eia Pura, munda, Tu magni electa amoris.
Virgo antea Immaculata; en paris Deum
En vacas multa poni, Regina diua Mater.
Mater Virgo pia, iam vale sanctè munda.
Eua Regina, summo amanti Pura dilecta.
O vera Immaculata, Dei Gnatum pariens.
Tu parens veri Dei, O magna Immaculata.
Adam, & Euam in macula purè ignorasti.
I alma, intacta, Eua Virgo semper munda.
I ergo pura, I sanè munda, & Immaculata.
Euge mali nescia, pura, munda, mira tota.
Euge porta miræ lucis, animata munda.
Age Patrona mundi, Iure Immaculata es.
En tu Immaculata es, nam Virgo Deipara.
Eua secunda, pura Mater Agni Immolati.
Magna Deipara vnicè tuta è morsu mali.
Tu Iure Immaculata, ò magna Deiparens.
Tu magna seruata à nece mali duri poni.
Tu Regia purè munda, anima amicta Sole.
Eia munda parens, & Immaculata Virgo.
Tu è summo data Pura à nece amari ligni.
Tu vera primogenita linea macula Adam.
Tu ergo Immaculata; nam Deipara venis.
Tu Regia, munda animata, Cœlum aperis.
Tu, Alma (duce Amoris igne) purè animata.
Primum tenes, ò Diua ignara maculæ.
Tu paries Virgo, Mundè, ac almè animata.
Virgo semper munda, intacta à vñ mali.
Virgo à macula Adæ patenter immunis.
Tu pia, munda è malo, sacrius agni Mater.
Sana, & mira, en procul à te Iugum Adami.
Angelorum Diua, & purè animata micas.
Eia pura, munda es, ò Regina, à tactu mali.
Tu magna, almè Pura, Diua emicas nitens.
Tu ergo, i, iam per secula, animata munda.
Næumi, & maculam ignorasti Deipara.
Diua Mater genita pura omnis maculæ.
O Iesu; en digna Mater, Pura Immaculata.
O munda à macula per merita Iesu Gnatæ.
Te puram, sine macula genitam adorai.
Roma! En Diua Parens Immaculata viget.
Agnita pura maculæ à Montium Sidere.



METAMETRICA.

21

Spiritus Domini, Spiritus Sapientiae, & Intelligentiae est. & Pietas esse otiosa non potest: quam ob rem D. Ioannes Baptista Agnensis, Deiparam amare pergit, eius laudibus studere non cessat. Priori Psalterio Anagrammatico addidit alterum, purissimum, & ingeniosissimum: quod hoc deuotum Epistolium præmittens, Diuæ consecrat.

EN iterum Tibi se sistit Anagrammatographus ille tuus, & singulas Angelicæ Salutationis literas, lato gestu, ordine variè multiformi iubet ire in laudes tuas. Nam nisi me cœlestibus his occupem, Quale gaudium mibi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Video in his Te, quæ S. Epiphanio es Cœlum, splendidum: S. Ioanni Damasceno Cœlum viuum, è quo post has tenebras spero lucem in lumine viventium. Ita tenebrae non concubant me, neque catena, aut procella tenebrarum trahet me in tenebras exteriores Ancillatur Tibi in tenuibus hisce warum laudum meditamentis modica hæc tenebrarum mearum lux: ita ut & lux mea, & tenebrae meæ, & hæc ipsa in corpore meo, velut in obscuro conclavi, clavis oculorum fenestris, sedens anima, sit in manibus tuis, sicut sunt oculi ancillæ in manibus Dominae suæ. Tu Mater illius es, qui totus oculus es, in quo sperant oculi omnium. Tu noctis meæ Luna pulcherrima es. Tu ò mulier amicta Sole tege me splendido illo tuo pallio, nam contexerunt me tenebrae. Interea, Benedicite lux, & tenebrae mee Domino, ac Matri Domini. In manibus tuis depono oculos meos. Profer hūmen cæco tuo: illumina tenebras meas. Nam à Te ductus, cæcus licet, cœli viam inueniam, & non errabo in itineribus æternitatis. Hæc ipsæ tenebrae meæ mihi erunt pro luce, ac face, ut per Te ad Deum perueniam, qui posuit tenebras latibulum suum. Tu fac ut in hoc tenebrarum mearum latibulo latenter inueniam illum, qui dixit: cum ipso sum in tribulatione, qui in manibus suis abscondit lucem oculorum meorum: & si vult, præcipiet ei, ut rursus adueniat. At quicquid sit de hac luce, ego malo præ hac, ut lux perpetua luceat mibi in regione lucis, & pacis: ubi cum Angelis, & omnibus Tibi singulari animi propensione addictis iam non cæcus in gloriæ lumine Salutator dicā: AVE MARIA.

ITerum dico: salve, Magna pure animata. Salve Pia, te Agni amor Mundam creavit. Virgo an disturbata es à macula? minime. Palam nitesce, Virgo amata, iure Munda. Dic ita Virginem alme amatam, en pura sum. Pura animata sum: nam Virgo Dei electa. Mater pudica sum, notae, malice ignara. Munda, ac alma vitis, vita germe paro.

Sana, ac Pura, en tuli gremio Dei amatam. Ceu Turris animata ego Pia almè Munda. Magna Deum mirè portavi lactea nauis. Enitor, agite, Iesum, Pura, Munda, ac alma. Io, en Agna Dei sum ter Pura Immaculata. Caro Iesu, almi Gnat, mea, Pura, & Munda. Ignea luna, imò lactea, merita, Pura sum. Almè intacta à mortu Adami, pure genui. Ego perulta Cedrus Munda animata iui. Integra, mera, Munda piacui Iesu Amato. Cognita sum viuea, Pura, alma Dei Mater. Praeuiâ Cœli Mater, agnita Munda sum. Almo pede irru, macula iu Anguem, Satan. Pura Vadam; longè sit à me Atau Crimen. Agna iure munda, mei Pastorem laetatu. Iesum lactau, ergo animata permunda. Roma, vidi puram anteseculagenitam. Vide Arcam Puri Agni, è malo sanè tutam. Iagnosce Puram, nitidamque laureatam. En Deiparam, ergo tutam in maculas Aui. Ponas Dei Virginem à rea macula tutam. Ensumma Via lactea merito digna Pura. Pange Diuam; at iure sine macula ortam. O, Agnam Dei intueris; & Puram à macula. O, nega maculam in Matre Dei Puram iusta. Agna Pia, Munda Iesum Creatorem aluit. Virginem adora è spina maculae tutam. Agite laeti, en adoramus Unicam Puram. Agite, en Rosa Pura dum, en Immaculata. A communi lapju Adae iurate integrum. O, laudate eia, Virginem Puram, sanctam. Ait Angelus: Matrem dici Puram à naeuo. Vna ergo, vna dicite eam sat mali Puram. Virginem adeò Puram ita altè Canamus. Solum Agna Dei Mater, Pura naeui micat. Pura ignorauit sentem maculae Adami. Ea summo mane clara, nitida, Pura Viget. Ignorauit Adae culpam, nam Mater Iesu. Turris Euæ communita in Adae plagam. Rosa punicea, Munda, mira, & alma Viget. Vna Euæ Regia Mater, Munda micat Polis. Pia, & mera Euæ Adami ignorans luctum.

Virgo Prudens, ea Immaculatè animata. Ea satorem Mundi Puram, ac Alma genuit. Mater Virgo Pia, Munda eat sine macula. Ea sacra, Munda Euæ Primogenitum alit. En Virgo sanè tuta è macula primi Adam. Enititur Iesum Pura, Magna, ac Alma Deo. Dulcis Amor manè auertit à Pia Anguem. Prostravit Anguem vna alme Amica Dei. Pura à luto irae Adae, cingat immensum. Ruit Anguis coram ea Pia, & alme Munda. Euæ Munda euæst Capturam originalem. Euæ ista maculam primæ nudè ignorat. Tota Pura à casu mali, ea Mundi Regimen. Arca ignea, Mundaue mali, Iesum portat.

Eua

CARAMELISM

Eua Virgo, Pia Mater, sancte Munda mali.
 Mater Almi Agni, ea ipsa vocetur Munda.
 Inuita Virago Alma eat, semper Munda.
 Virgo sancte permanet Diua Immaculata.
 Parit ne Iesum? ita: Ergo munda à macula.
 Primo genita data sine vae macularum.
 Lacaea Virgo Iesum pariat Munda manè.
 Amata, Munda, Puriorue Angelis emicat,
 Casta Virgo, Pura mali, ea Munda eminet.
 Ovis lacaea, Munda, ea nire Agnum parit.
 Electae Anima ita Pura insummo gressu.
 Sancte euadit pomi tutum Agna mirè cara:
 Nil creatum amo purius ea dignè amata;
 Virgo mea, en dulcis Pura animata meat.
 Veni ergo summa dilecta animata Pura.
 Ager, Veni, mirè Munda, ac tota Pura malis.
 Iure d' Nata Anguem perdis Immaculata.
 Macula, siue ira Adam te Piam non urget.
 I, iam animata Pura, & Angelorum Decus.
 Aprimo ad Ultimum en cares vae Agnati.
 Integra Deum paris, naeuo Immaculata.
 Tu integra Munda à pomi vel amari esca.
 Pura enites, o Regia Munda Immaculata.
 Tu Regina, tu sine rea macula pomi Adam.
 En tu Immaculata Deipara Virgo manes.
 Eniteris Deum, o Agna, Pura, Immaculata.
 Aurea scala, te non premit iugum Adami.
 Virgo serena, Pia, Munda, & Immaculata.
 Io, Agna Immaculata, en parturie Deum.
 Iam Puræ: age alito Deum incarnatum.
 Euge Munda, sine pari orta Immaculata.
 Amata, Pia, Munda, Cælum terræ iungis.
 Auri lampas grandem Aui noctem evista.
 Pia, ac alma Virgo, Mundaue Mater nites.
 Iure Munda pates, o Regina Immaculata.
 En paritura es Agnum Dei, o Immaculata.

A Ge, o Vita almè Munda Inereatum paris.
 Vige, o sancte Munda, pariter Immaculata.
 Agni aurea Domus in te, Perimmaculata.
 Una paries Deum, o integra Immaculata.
 Virgo amanda: purè enites, Immaculata.
 Vitam nudè paris, nae ergo immaculata.
 Tu Regina Diua: nempe Rosa Immaculata.
 Eua purior Adam, ingens, & Immaculata.
 Io Agna, Dei Mater, lupum Auerni maculas,
 Ito amata munda, placa Regem universi.
 Diuina ope regnasti mere Immaculata.
 Agna Dei Mater, iuste Pura omni macula.
 Cælum aperiusti Regina amata, Munda.
 Virgo Munda, & semper intacta à vae mali.
 Salve, perge, mira, cui Anima tota Munda.
 O Agna mira, summe Pura, ac in Dei Tutela.
 Tu naeuo Immaculata, Paradisi germen.
 I, lacrum Mare, Virgo Pia, sana, & Munda:
 O Mare, tamen placidum sine ruga Auita.
 Mons Dei Amatis, tu Regina Pura maculae.

Merè nites, o Pura Agna diu Immaculata.
 Virgo nudè animata es Perimmaculata.
 Euge iam intacta Rosa purè Munda mali.
 I, age, Rosa intacta Veprium almè Munda.
 Regia emicans, tota Pura, Mundaue mali.
 Mundi Regem alis, o Vnica amata, & Pura.
 Regina Diua; semper tuta à macula omni.
 I, parua, tota Magna, i mire Munda eluces.
 I, o magna, & almè Pura, Sanctuarium Dei.
 Tu Mater Agni Dei, Pura es à macula omni.
 I, Rosa matutina, i, perge Munda maculae.
 O Vitis amata, Germen dulce, Anima Pura.
 Oliua Pacis Mater, Materue Agni Munda.
 Inuita Virgo, per alme amata, Munda es.
 Alma Regina iure munda es à tactu pomi.
 Eua Mater Adami, ignores Aui planctum
 I, age, te sacram Lunam nosae Puram vidi.
 I, vera Iesu Mater, palam Cognita Munda.
 Ostendi te Reginam Puram à macula Aui.
 Viue, regna, ae impera tota Munda malis.
 Iam Vale intacta Virago semper Munda.
 Casta, imo pura mali, in aeternum gaude.
 Iam es iure Cognita Alma Pura, & Munda.
 Perge mira tota Munda sine macula Aui.
 Sancta Mater Magni Dei, Pura malo viue,
 Regina Cor Iesu, tam Pia, tam Munda, Vale.
 En Regina amata Diua, te Puram colimus.
 Eia, te ingenti macula Puram adoramus.
 Eua Paracleti summi, nota Regia, Munda.
 Virgo i, Munda patens, Mater Amica, Vale.

CCCCLXI.

PErillustris Dominus Lucas Carolucius, Canonicus, & Regius Sacellanus Regalis Matricis Ciuitatis Altamuræ, Poëta celeber, ad honore Beatissimæ semperq. Virginis MARIAE Anagrammata sequentia composuit, & ALEXANDRO VII. Pontifici Optimo Maximo dedicauit.

SVb tuum præsidium confugimus, Sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriofa, & benedicta.

Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

COncede, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium, vt, qui Sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum nostrum.

Anagramma purum.

396.

GRANDIS ALEXANDER, cùm summos SEPTIMVS insis
 Inter Alexandros Vrbis, & Orbis ATLAS,
 Eia,

Eia, FIDE, culpae sine sorde fuisse MARIAM
Conceptam statuas; incipe; iure decet;
Praeluata fuit; sic SCOTI dextera scribit:
Confregit torui Daemonis ipsa caput;
Endius Candor, Ros, Ignis, Gratia, Virtus,
Enq; nouus, mirus VIRGINIS Albor, Amor;
VIRGINIS immensis meritis, en MOTOR IBE-
Poscit id; o signis, indice nempè nota; (RVS
Oh misis BOMBVS consurget, & ignis in ignem
Vi, vi diffidium cotruet! Ecce QVIES. 396.

Clavis Litterarum. D. Lucas

17. 7. 18. 14. 39. 4.	10. 1. 59. 5. 19. 27. 23. 9.
A. b. c. d. e. f. g.	h. i. l. m. n. o. p.
2. 30. 45. 26. 18. 3.	
q. r. s. t. u. x.	396

Carolucius.

 CCCCLXII.
Salue Regina, mater misericordiæ, vita, dul-
cedo, & spes nostra salue. Ad te clama-
mus exules filij Euæ. Ad te suspiramus ge-
mentes, & flentes in hac lacrymarum valle.
Eia ergo aduocata nostra, illos tuos miseri-
cordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum,
benedictum fructum ventris tui nobis, post hoc
exilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis Vir-
go Maria. 285.

Anagramma purum.

Coelestes Ciues, iam verè effundite versus,
Plaudite, vos diuas sollicitate lyras;
Et sine labore, micans, concepta Puella, vigescet,
Daemonis horrendi cornua saeva scidit;
Mox Homo, redde modos ad coelica testa; To-
Surrexit meritis immaculata Parens; (nantis
Tun demum, o verè melicum Ver, Orbis Origo,
Florigeras Musas soluat, ut eugè tonent.
Alleluia. 285.

Clavis Litterarum. D. Lucas
Carolucius.

16. 2. 14. 21. 38. 3. 4. 2. 25. 16. 15. 13. 21. 4.	
A. b. c. d. e. f. g. h. i. l. m. n. o. p.	
17. 27. 20. 14. 2. 1.	
r. s. t. u. x. y.	285

 CCCCLXIII.

Perillustris, & Reuerendissimus D. Iosephus
Costalta, Abbas dignissimus Congrega-
tionis Cassinensis, ita scientias eminentiores
trabat, ut floridiora studia non omittat. Dum
esset Sublacensis Prior Sanctissimi Nostri vitam
centum pulcherrimis Anagrammatismis descri-
psit, & Romæ edidit anno 1655. Illa ego, ut
omnium erga Deum deuotionem promoueam,
& Librum hunc honorem, hic subscribo.


BENEDICTVS ANITIVS
MONACORVM PATRIARCA.

ANAGRAMMATISMUS.

Nunc audi Vir, arcana mira, & obstupestito.
Prodam tibi Naturæ, ac virtutis conanē.
Accipe. Do tibi Virum, nec natum. Sancta orat.
In sacro Abundantia vtero Puer, sic canit.
Nursia stat canora. Benedictum ortum capit.
Eupropius canit, ac breui dat Natū Romanis
Pia Anitiana Domus, cor Vrbis, carum tenet.
Roma indoctus abit, ne merè vanis capiatur.
Arua corde dimisit; Sublacum arcanò petit.
Orans Capisterium vnit, ac bonum dat Caræ.
Nudus vestem, & cibaria à Romano accipit.
Sub Crypta iacet Vir, vnde Monastica Norma.
Rumpit Canis, Aes sonorum; ac Vir nec cadit.
A Viro non abest Deus; immò hic cuncta parat.
It munis Presbyter, ac dat cara vna cum vino.
Pastor ait: Num bestia, Hic, an Vir? Caru Adeo.
Capiens cibum à reo, dat Cor, nutrit Animam.
In spineto accubans, Amoris Arcum deuitat.
Monasterij bonam curam, Vir adactus cepit.
Coenâ virus à Monachis Patri datur. Nec obit.
Actâ Cruce, en abiit Mensâ virus; Domo Pater.
Tria supra nouem Monasteria nunc dicabit.
Erat; nominabatur Primus Occidentis Abba.
Maurus, ac Placidus noti, boni, rectè amantur.
Monacus à Patre, in carne vi ictus, diu orat.
Ab rupe Montis non recti Caris dicit aquam.
Ferrum sicut Natans accedit, pio Manubrio.
Maurus ab Aniene concito Placidum trahit.
Inini Panem, coactus Coruus terrâ abdit.
Casinum cù Renatis adit, ne Amor Arcu obsit:
Presbyteri; ni amari, Acta, Casum condoluit.
Casini carus Pater Daemonium constrauit.
En victor, Martino, Baptiste sacram dicat.
Casini Terrâ, omnibus prædicat cor nouum.
Indicat Pater, an sit Oceanus Miraculorum.
Daemonium in vna petra. Carus orat, sic abit.
Mens rapta Natis. Coquina comburi videtur.
En Carum. Orat, ac spectrum ignis vani abit.
Intime orat, ac sanat Puerum ruina occisum.
Caris en diuinat sumpta cibaria. Commonet.
Arcana ait. Corripit sumentem cibos in via.
Arcanum Totilæ cum bardis, in seruo capit.
Repone (dicit) cara,arma. Nō est ius tuum. Abi.
Iustorum bona naetus mirè edicit arcana.
Nam Carus, Totilæ prædictit Annum obitus.
En diuinat. Roma, vna, Caput Orbis marescet.
Vi oris accinctus sanat Daemonio arreptum.
Nam vetitus à Caro, accipit sacram Ordinem.
Pater ruinam, occasum Monasterij diuinat.

CARA MVELIS

Is nescit vina abdita, ac monet Puerum cara.
 Minor paret. Ecce atrum. Vasi abdito Anguis.
A Moniali orante accipit munera subditus.
 Nato is Orbi mirus, accepta munera diuinat.
 Patri Monacus inscruit, ac vana corde init.
Arcana vir scit. Nato diuinat cor superbū.
En farina votis parta. Bis centum modia. Cur
 Panis non erat Caris; ac Deum orat ob victum.
Asciterium à Natis construendum Cari ope.
 Monasterium Pater in Visu creat, ac condit,
Corripuit Natas ter maledicas in Monacum.
Cara communione duas is priuat, ni taceant.
 Mortuas, non vñitas reijcit Arcā peccatum.
 Hic mortuas absoluīt. Diu permanent in Arca.
Natus amatus en Patri inobedit, ac moritur.
 Sana terra proijcit Natum, nec Diuo carum.
Ob Corpus Domini(en causa terra natu capit.)
Amans, ac curans inobedienti compatitur.
Cœnobita à via Crucis errans, mundum petit.
 Viri iuslo Draco nae premit Natum, ne abeat.
 Puerum scabie orta in carne iustum, is sanat.
 Debitis arctus orat Pium numos. Nec in Arca.
 Oratus orat. Ecce numi. A Pio manibus dātūt.
 Hic Pater, ni bonus, sanat viro cutem variam.
 Imperat Carus Oleum dari. Natus ibi non dat.
 Sancit, vas vitreum non datum, Arce proijci.
 En datur sanum, vas projectum, Cor cari Nati.
 Ob accidens nae mirum stupet Cor nati auari.
 Is Pater nunc orat, ac ibi dat Oleum, ni maius.
 Eiicitur ab Nato Daemon curis, manu Patris.
 Atētus à fero manibus, vi, Patrem inuocat.
 En Visu canina corda premit; Arctum soluit.
 Rustici Natūs ob Parcae manum, en adit Orcū.
 Rustici Natum is voce abripit à cana morte.
 Pater vñā cum Natis adit vicinam sororetu.
 Inuitā sorore nunc is amat, ac cupit abire.
 Orat Scolastica, vt imbre nunc impediatur:
 Ecce nunc it in Paradisum, Vatis beata soror.
 Ab Arce aspicit, Mundum in uno sole arctari.
 Noctū arcana Germani Spiritus adit Cœlum.
 Innocuus Pater dat nobis Caris viam rectam.
 Iustinianus Pium, vt Cor amat. Ecce dat bona.
 Ambo Patruelles, varij dant Normas cunctis.
 Cor Vatis præscit vñā Annum, ac Diem obitus.
 Pater scandit Cœlum viā nimis ornata. Cur
 Tot vana, Orbis curas, Carnem, Daemonia vicit.
 Nactis cor verum Abbas in specu mira donat.
 In imo specu à Beato insana curatur. It mira.
 In specu Virtus Sancti. Ora. Beato animum da.
 Nunc Ioseph Costalta Animum dat. I, care Vir.



Ioseph Costalta Prior Sublacensis.

Anagrammatismus.

Sub alijs celis Patris sto. Hac pono.

CCCCLXIV.

F Loret Romæ Carolus à S. Antonio Pataui.
 no, Piarum Scholarum Sacerdos, Vir vere
 pius & doctus, cuius pulcherrima Anagramma.
 ta cum laude & vtilitate leguntur. Pono alia
 qua, quæ typis edita admirationem promere.
 tur.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FABIO
S.R.E. CARDINALI CHISIO

(Nunc)

ALEXANDRO VII
PONTIFICI SVMMO) AN. M.DC.LII.

Dies Nativitatis Domini nostri IESY
CHRISTI secundum carnem.

Anagramma purum.

Hic ditissimus astris; et nunc (vides.)
in fæno miser taceat, nudus tremit.

Aliud. Infantis hic sibi ritâ & sanctissimo
cruore mundus iste redimendus.

Aliud. Infans iste, et si nudus sic tremuit,
amore iucundissimo intus ardet.

Eidem EMINENTISSIMO PRINCIPI

(Nunc)

PONTIFICI MAXIMO)

Dedicabat Author anno 1653.

Sancta DEI VIRGO MARIA Assumpta
est ad Caelestē solium.

Anagramma purum.

Auguste à Sole amita: pedes Lunâ,
Comas astris redimita.

Vberrimus huius Partheniæ Musæ fons repe-
ritur in illo curioso Diagrammate, quod ite-
rum iterumque recusum est hoc titulo: Ana-
grammata sacra octo & quadraginta, contexta
& literis borum quinque vocabulorum, Sancta Ma-
ria Virgo Mater Dei: quæ quinque verba capi-
tialibus literis Anagrammasum bis representantur.
Anagrammata autem partem sunt pura, partem
cum unius tantum littera commutatione compe-
tia.

PARS

PARS PRIOR.

Sancta MARIA, VIRGO, MATER DEI.

ANAGRAMMATA.

- 1 sic dicar: Anima remota reatu.
 2 Sarca Regis mundi, ò rite amata.
 3 Sicutida, decora, rara, vti gemma.
 4 creatura magna, ò meritis dia!
 5 triadi summæ, ò Regina sacra
 6 ue, raro magis amicta nitore.
 7 ira, ac rara est gaudio menti.
 8 Aurora nata, redimita gemmis.
 9 eo hinc ad vitam rara semita.
 10 ter ò charum in amata sydera.
 11 admirare (ò mira!) casta genuit.
 12 tu magna rati fœderis arca.
 13 ris mundi, terra cælo amata.
 14 regnans, emicat, radiat maior.
 15 audia terris orta amica mea.
 16 rem! edita, sicuti magna, rara.
 17 medicina rara, ægrotis vita.
 18 mor erigitur animæ castæ.
 19 urris, dic ei, magna & armata.
 20 in rosa, edita mira cum gratia.
 21 ecta, vera, magni amoris idea.
 22 ira? amat reos, ac manu erigit.
 23 a fons gratiarum recti Adam.
 24 Entima arca, domus aurea Regi.

PARS POSTERIOR.

Sancta MARIA, VIRGO, MATER DEI.

ANAGRAMMATA.

- 1 Sat vera dicor, Maxima Regina.
 2 Sudi creta mire: magis ornata.
 3 æ sum maiori gratia creata.
 4 canam: Ista prodigium terræ.
 5 Tria ei: nam amor, decus, gratia.
 6 macula, miror, edita integra.
 7 inime Eua dira, at grata fors.
 8 Arbor, ac nimis grata: è me vita.
 9 ea ea? micat iris grata mundo.
 10 IESV en mira decorata gratia.
 11 Creatore mundi ò Iris amata!
 12 iam regiam ea in astra docet.
 13 ista rata ægrorum medicina.
 14 regnat secunda maior? Iam ita.

- 15 Gratia summi decoris ea nata.
 16 Omnia rara, edita, secum gerit.
 17 ire orta: Adam reatus inscia.
 18 diustitium ecce norma rara.
 19 riadi, ò summa Regina creata!
 20 a data, ruga criminis remota.
 21 arum: intacta à dæmonis ira.
 22 iua sacrata ingerit amorem.
 23 ua; at grata; mortis medicina
 24 ista vere emicat rara Domina.

Es S.Ioannes Baptista Vrbis Florentinæ Patronus: & hanc ob causam Magno Etruriæ Duci Author anno 1651. curiosam hanc characterum commutationem dedit.

Diuis Ioannes Baptista, Domini IESV
CHRISTI Precursor.

Anagramma purum.

Res impia! Insani Herodis diro iussa
capite obtruncatus.

Addo aliam ingeniosam literarum transpositionem, inscriptam Eminentissimo Principi Cardinali Pallotto.

Sanctus Joachimus, & Sancta Anna eiusdem
coniux, è tribu David.

Anagramma purum.

EDiuis istis casta IESV MATER enata:
Unde huic mundo cuncta bona.

EPIGRAMMA.

Ex Diuis istis enata est MATER IESV
Castas, unde huic mundo nunc bona cuncta fluunt
Nunc bona cuncta fluunt, quoniam iam assumpta Maria
Cælesti residens regnat amica throno.
Et Regina potens famulis dat munera nobis:
Munera, clausa quibus sunt bona cuncta simul,



CARAMELIS

EMINENTISSIMO PRINCIPI
CARD. GINETTO

Sanctissimi Domini nostri vigilantissimo
Vicario, &c. D.C.Q. 1651.

Sanctus Pantaleon, patria Nicomediensis;
Medicus ac Martyr.

Anagramma purum.

O inclyē curans cunctos: apprimē
Sanas etiam reddit animas.

Anagrammata pura Illustrissimo ac Reuerendissimo D.D. Ioanni Baptista Foppae Archiepiscopo Beneuentano dicata anno 1652.

Sanctus Philippus Neri, Florentinus: Congregationis Oratorij Fundator.

Anagramma purum.

Raras dignitates fugiens, nunc (pro sors!)
in populo rutilat honorificentius.

Alterum etiam purum.

Hic terris arsit igne diuino: nonne nunc polo supra-

positus fortius flagrat?

Succurrunt alia Anagrammata, quæ etiam adiungo.

GILBERTVS,
CARDINALIS BORROMAEVS.

ANAGRAMMA.

Ac dabor Insibria ter geminus Sol.

Eximia laude dignum est illud Anagramma, quo Venerabilis P. JOSEPHI ex MATRE DEI vita, institutum, & obitus indicantur & celebrantur.

Iosephus ex Matre Dei, olim cognominatus Calansius: Natione Tarragonensis: Fundator ac Generalis Clericorum pauperum Matris Dei, Scholarum Piarum.

ANAGRAMMA.

Cristi famulus terrâ: clarus amore erga inopes:
mortuus Rome apud S. Pantaleonem Mart. viij.
Cal. sept. An. nonagesimo secundo. à Christo in carne
M. DC. XLVIII.

Videntur nomina omne non carere, si accuratè legantur. Considera vocum inuersiones sequentes.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D.

IOANNES ANTONIVS

CAPIBLANCHIVS

EPISCOPVS SYRACVSANVS.

Anagramma purum.

Is τνus summis plenus meritis: is sydus, salus: vi-

sus sedans iras: nunc ab Innocentio Pamphilio con-

decoratus.

Tetraстиchon in Anagramma.

Vifus grata salus, sedans Capiblanchius iras:

Testis Parchenope, testis Ibera phalanx.

Illi quid mirum, dederit si præmia Pastor?

Eſſ (oleam cernas) hic quoque pacis amans.

Innocentij X. insigne præsetulit Columba-

cum ramo Oliue.

Fauet Scholis Eminentissimus Princeps Imperialis: & quia hodie Disputationi Theologica illi dedicatæ interfui, & hanc ibi vocum Metamorphosim ab amicis recepi.

Illustrissimus, ac Reuerendissimus D.

LAURENTIVS:

PATRIA GENVENSIS:

Ex nobilissima Imperialium progenie natu-

Reuerendæ atq; Apostolicæ Cameræ Cle-

ricus: necnon Romæ Gubernator.

Anagramma purum.

Res verē: summē verē: summē glorioſa: summeque digna plausu! Is verē se magis erigens, à Summo Innocentio X. biennio ante creatus S.R.E. Caranalis: pronunciabitur poſtridie Calendas Marti- unno salutis M. DC. LIV.

Ecce dat P. Carolus Vaticinationem verissi-
mam, sed ante euentum absconditam & in su-
perioribus vocibus abditam.

Sicut Viti illustres celebrari, sic & perfidi po-

sunt anagrammatibus vituperari & reprehendi

*Iudas Iscariotes, IESV Redemptoris nostri
antea discipulus.*

Anagrammata quinque : omnia pura : omniaque omnium vocabulorum diuersitate prorsus inter se differentia, &c.

terrens (ò sanè crudelis) prodidit. Eius vice postus Matthias.

Ei doloris is sat auarus, projectis denarijs semet suspendit.

virus, ter insanus (heu isti !) Dei traditor, osculo pessimæ pacis.

Dudi, sis te scias : Vesana prorsus res : totum dedit pretio nibili.

vnuis cordis, adhuc proditor : melius illi erat nisi natus esset.

Huc etiam spectant sequentia.

Iudas Iscariotes. Anagr. Is, is, Author cædis. Aliud. A Iesu dicar hostis. Sunt pura.

Placet alia adhuc eiusdem P. Caroli Anagrammata adiungere, eius enim Musa est crudissima & ditissima.

Templum Diui Petri Romæ in Vaticano. Anagr. En modo nitet, apparet miraculum viij. Est purum : & nos monet interdum Anagrammata non linguae, sed calamo correspondere : si enim miraculum octauum scribas, tollis Proteum.

Prædictor. Anagr. Corda aperet. Est purum.

Sancti pueri innocentes, ex Bethlem ciuitate David. Anagr. pur. Cuncti, & ix nati (impictas !) ab Herode nece deleti sunt.

Sanctus Ioseph, è Tribu Dauid. Anagr. pur. Ipse Deus, Orbi natus, huic datus.

Sanctus Petrus, antea Simon, Apostolus, & primus uniuersalis Dei Ecclesie Pontifex. Anagr. pur. Aliè in monte aureo almâ cruce defixus, positus est suspensis plantis, capite inuerso.

Sanctus Paulus, antea Saulus, Prædictor Gentium. Anagr. purum. Is altâ laude, sanè magnus : caput truncatus pro IESV.

Sanctus Petrus, & Sanctus Paulus, Principes uniuersæ terra. Anagr. pur. En, unus caput inuersus cruce passus spirat : at alter ense perit.

Diuus Stephanus Leuita : Anagr. pur. Heu ! En iuflus lapidatus.

Sanctus Laurentius Leuita. Anagr. pur. Leni vultu in cruce affatus.

Sanctus Laurentius Diaconus Martyr. Anagr. purum. Vnde mors à Tyrannis usus craticula.

Sanctus Thomas, Londini in Anglia ortus, Ecclesie Cantuariensis Episcopus. Anagr. En iste insons. En homo clarus constantia, gladiis percussus capite iu. Cal. Ian. Si voces his vltimas completas, Proteum auferas. Si Cantuarium fines

aspiratione possit scribi, hæc inuersio literarum est pura : si autem scribere debeamus Cantuarium, deficit in illa vnum H.

Sanctus Stanislaus, Episcopus Cracoviensis, & Martyr. Anagr. pur. Potest esse typus sat clarus ac rarus animi inconcussi.

Sanctus Michael, Præpositus Paradisi. Anagr. purum. Hic lassat praus Damonis pressi caput.

Sanctus Bartholomæus, è Galilæa, Domini Iesu Christi Apostolus. Anagr. purum. Hic pelle à se uissimis obnudatus, micat honoratus Stola gloria.

Eustachius, prius Placidus, nobilis Romanus. Anagr. purum. Hic plura passus. Sic visus in mundo alter Iob.

Sancta Lucia Virgo. Anagr. Unica grata oculis. Est purum.

Eucharistia. Anagr. Hic & era vita. S in V.

Sancta Catharina Virgo. Patria Senensis. Anagr. pur. En sanè in vita cara Christi Sponsa. At si scribi debeat chara deficit H.

Antonius Lusitanus, dictus de Paduâ, Religionis Patrum Minorum. Anagr. purum. Vir Diuinus, zoto mundo latè nitidus apparens, magnus miraculis.

Sanctus Philippus Neri, Florentinus, Congregationis Oratorij Fundator. Anagramma, Raras dignitates fugiens, nunc (pro sors !) in populo rutilat honorificentius. Aliud. Hic terris arsi igne Diuino : nonne nunc polo suprapositus, furtius flagrat ? Sunt pura.

Diuus Nicolaus de Patara, Antistes. Anagr. pur. Is, una solus, ter data pecunia dotis.

Imperator. Anagramma purum. Roma Petri.

Non tua; Roma Petri, Nero barbare, quem Crucem actas :

Hostis tu Romæ : non tua ; Roma Petri.

Hostis tu Romæ : Pater hic : sacra dogmata pandens.

Hanc genuit Cœlœ : non tua ; Roma Petri.

Quid tibi nex Petri prodest, Nero ? clamat honoris Ecce tui nomen nunc quoque : Roma Petri.

Diuus Ioannes, Christi Apostolus, atque Evangelista. Anagr. pur. O gens ! quanta ipsi Vati laus, honor ! est dilectus à Iesu. Dilecti dicuntur qui amici. Amicus, alter ego. Igitur Ioannes alter Christus. Merito igitur Christus à cruce pendens dixit Matri, Ecce Filius tuus ; & Discipulo, Ecce Mater tua.

*Virginis augustæ natus Crucis arbore peniens
Sic illi : Mulier, Filius ecce tuus.*

Mox in dilectum languentia lumina vertens

Discipulum, Mater, sic ait, ecce tua.

*Ioannes, Christus. dubitas ? miraris ? Amicus,
(Ore id cunctorum personar) alter ego.*

ALEXANDER SEPTIMVS Pontifex. Anagr pur.
Felix p̄œst. Pax est in mundo.

Adluditur ad Summi Pontificis Stema Genitilium, in quo montes, & ad versum Dauidis, Suscipient montes pacem populo.

Felix ecce p̄œst Moderator Maximus Orbis:
Pax est in mundo; Pacis amator ouat.
Mella olim VRBANO, stipantes more Volucres
Concordi, optatae Symbola Pacis erant.
INNOCVOQ. ferens ramum pacalis Oliuæ,
Candida, vicinæ nuncia Pacis, Auis.
Et celsi Montes, quibus est tranquillior aér,
Pacis ALEXANDRO signa dedere suo.
Paxque notata diu, multumq; optata, serenos
Principe sub tanto iam iubet ire dies.
Iam Montes populo, post tot discrimina, Pacem
Sub tam tranquillo Principe suscipiunt.

THEATRVM ERECTVM ROMÆ

**D. PETRO APOSTOLO
IN MONTE VATICANO.**

Anagramma purum.

Hoc toto Mundo erit coronatum, & pia
memoria, & æterno plausu.

IN ANAGRAMMA.

Prisca verecundo sileat ROMA ore Theatra,
Dum Vaticanus surgit ad astra labor.
Tollitur innumeris Moles operosa columnis,
Adstanti Moles obsequiosa Petro.
Et simulacra vehens pia vertice plurima, iussu
Pontificis Summi celsior astra videt. (Molis,
Quantum cernis Opus! non Magni hæc pondera
Maximi ALEXANDRI vecta sed imperio.
Molis erit tantæ quæ digna corona? corona
Tantæ equidem Molis, fama perennis erit.
Fama coronabit venerandum æterna Theatrum:
Aeterna augustum fama coronat Opus.

**S E R A P H I C V S
PATER FRANCISCVS
D E A S S I S I O**

Institutor Religionis Patrum Minorum.

Quinque Anagrammata pura.

